This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

i
161 W


EX LIBRIS
GILBERT
MURRAY
VERITAS
LIBERTA
BIT
BONITAS
REGNA
BIT

303318553V

A.b. 5.

Gilbert Murray
Oxford
Dec. 4. 1917

(re Sale of Strachan Davidson & H. Richards' books)

EURIPIDIS

RHESUS

CUM

SCHOLIIS ANTIQUIS

RECENSUIT ET ANNOTAVIT

FRIDERICUS VATERUS

IO. SEVER. F.

PRAEMITTUNTUR VINDICIAE HUIUS TRAGOEDIAE.

BEROLINI MDCCCXXXVII.

APUD FERDINANDUM DUEMMLERUM.

VIRIS SUMMIS

AUGUSTO BOECKHIO

CAROLO LACHMANNO

AUGUSTO MEINEKIO

PRAECEPTORIBUS OPTIMIS

EA QUA DECET PIETATE

D.

AUCTOR.

L. S.

Aliam alii scribimus ob causam. Me neque gloriae concitabant stimuli, nec sperabam fore ut eximii possem aliquid proferre, quod propter utilitatem et ab hominibus nostris magno aestimaretur, nec posset delere

> innumerabilis
> Annorum series et fuga temporum:

sed qui

> expedivit psittaco suum *Χαῖρε*
> Picasque docuit verba nostra conari
> Magister artis ingenique largitor
> Venter, negatas artifex sequi voces,

etiam huius scriptionis auctor fuit atque verba mirum quantum adiuvit meque donavit civitate Attica.

Nam cum ante hos quatuor annos quaestio de auctore Rhesi ex officio mihi esset expediendа, facile intelligebam non ita tractatum esse hunc locum ab Hermanno, ut stare posset eius sententia. Quare subnatum est consilium Rhesi authentiae defendendae, nec deterruit me Grup-

pii liber, qui anno fere post editus est sed potius confirmavit.

Neque vero me fugit multarum rerum cognitione mihi opus esse, si prospere rem aggredi et viris doctis satisfacere vellem. A qua comparanda multa me retinuerunt; utque audiveram, duos olim fuisse agricolas qui agros possiderent, alterum divitem qui stercore satiaret quo laetius postea efflorescceret, pauperem alterum inopia coactum ieiunae glebae semen mandare et qualemcunque messem facere: ita mihi quoque ante tempus intelligebam peragendam esse messem et invidebam iis, quibus ut diviti illi opes succurrerent et otium esset, quo ederent aliquando talia, quorum multa pars vitaret Libitinam.

Accedebant alia impedimenta. Nam eadem causa erat, quod ne parvo quidem illo temporis spatio uti licuit eo quo vellem modo. Obstabat enim et sacculus plenus aranearum, quominus ea mihi compararem subsidia omnia, quibus opus mihi esse videbam, tum saepe otium interruptum erat laboribus non mentis alendae causa susceptis sed ubi dolosi spes refulgeret nummi.

Quae qui reputaverit, nec maximos thesauros latere in hoc libro sperabit, neque succensebit admodum auctori, qui iis subsidiis quae superessent usus sibi videtur religiosissime. Quodsi ne ea quidem quae praestitit spernenda vide-

antur omnia iudicibus aequis et idoneis, siquo hoc opus praeter multa falsa et levia etiam bona nonnulla continere dixerint atque simile esse Aegypto,

τῇ πλεῖστα φέρει ζείδωρος ἄρουρα
φάρμακα, πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δὲ λυγρά·

haec, inquam, si iudicaverint viri docti, et studia mea, unde animi saepe per hoc tempus adversam experti fortunam requiem petivi, magnopere excitabunt, utque in Andocidis orationibus, quarum editionem nunc paro, quam maximam possim diligentiam collocem, efficient.

Neque vero ullo tempore poenitebit liberi iudicii, cui servando nunquam non studui. Nam hoc summum beneficium iudico, atque ex consuetudine praeceptorum optimorum, quorum nominibus in fronte scriptis librum qualemcunque commendare sustinui, hunc summum fructum mihi tulisse videor, quod me docuerunt nullius iurare in verba magistri, quodque iuvenem tenacem aurei dicti Platonici: *Πάντα θαυμάζειν*, vel quod idem est Horatio: *Nil admirari*, non solum tulerunt adversus se loquentem vel potius balbutientem, sed excitarunt etiam utque ne suis quidem dictis prorsus confideret monuerunt.

Unde factum est, ut cum Seneca dicere possim: *Non servio illis sed assentior*, quippe qui cum praestantissimo Lobeckio philologi tesseram

censeam: *Ἔλεγχ' ἐλέγχου*. Quodsi in Hermanni refutandis erroribus acerbius egerim, ut non *ἐλέγχειν* sed *δάκνειν* voluisse videar, id non ita esse ex animo possum affirmare. At si iniquior fuisse docear, ne alteram quidem partem vocis Euripideae *τὸ δάκνεσθαι* deprecabor. Id vero peto et ab ipso Hermanno et a reliquis viris doctis, ut ne pravi animi sed iuvenilis potius fervoris habeant documentum. Accedit quod haec durities in posterum mitescere possit, si Accio credimus, qui fertur praeclare dixisse: *Nam quod in pomis est, itidem esse aiunt in ingeniis; quae dura et acerba nascuntur, post fiunt mitia et iucunda.*

At ubi fuerint, qui non rem sed hominem calumniarentur, eos non patiar me calcare, sed persuadento sibi vindictae nullam moram fore.

Scr. Berolini d. xvi. m. Iun. mdcccxxxvii.

CONSPECTUS LIBRORUM.

Codices qui Rhesum contineant hi sunt.

Ambr. Ambros. Ambrosianus. Fragmentum Rhesi novem et viginti versus complectens (vs. 843—871. nostrae ed.), de quo Maius in libro quem inscripsit: *Iliadis fragmenta antiquissima cum picturis, item scholia vetera ad Odysseam edente Angelo Maio. Mediolani* 1819., in prooemii parte priore extr. ita disputavit p. xxxv. *Rursus iconi xxxv., quae Rhesi caedem pictam habet, agglutinatum est fragmentum ex Euripidis Rheso v.* 856—884. [ed. Beck.], *cuius variae lectiones hae sunt.* Ac sex quidem illas varias lectiones, quas affert, suo loco commemoravi et in usum adhibui. Nam licet hoc fragmentum scriptum sit aliquot seculis demum post Iliadis codicem, qui ante seculum v. aut vi, nostrae aerae exaratus est, tamen vel si xiii. seculo additum est, antiquitate ad unum paene omnes Euripidis codices superstites superat. Ceterum locus in Buttmanni *Scholiis antiquis in Homeri Odysseam* legitur p. 583.

Brunckii duo codices regii sine dubio sunt duo Parisini E. G. Laudantur ad vs. 152. 382. 466. cf. vs. 82.

C. Coll. Praep. „*Codex regalis Coll. Praepositi τῆσδε* in margine habet: quae lectio nobis probatur." Barnes. scribit ad vs. 277. (267. nostr. ed.) Non potest esse is codex, qui vocatur Collegii Corporis Christi apud Cantabrigienses, si recte scripsit Valcken. ad Phoen. praef. viii. *Barnesius nec veteres editiones adhibuit qua debebat diligentia, neque codices scriptos, praeter unicum Cantabrigiensem, tres tantum tragoedias complectentem: hunc codicem, quem Kingii novimus indicio recentem admodum esse, supra modum et paene pueriliter admiratur Barnesius, Codicem vocans sanctissimum atque irrefragabilem.* Videtur igitur esse de quo ita Beck. in Eurip. ed. T. iii. p. xii. a. „Cod. Collegii S. Benedicti Cantabrig. n. 1528. Euripides, liber quondam Theodori."

Cottoniana sylloge utrum etiam ad Rhesum pertinuerit, hodie non constat. v. Elmsl. ad Medeam p. x. sq. Lips. ad Bacch. p. ix. not. g.

Duport. Duporti codex, de quo Barnes. ad vs. 54. *Male itaque Duportus φυγῇ in suo codice notabat.* cf. id. ad vs. 267. (277. Barn.) Constat hodie ex Elmsleii notis ad Bacch.

Add. ad vs. 261. p. 39. ed. Lips. hunc Duporti codicem Scaligeri esse coniecturas ad edit. Hervagianae secundae exemplum, quod fuit olim Ed. Bernardi et transiit in biblioth. Bodlei. Oxon., adscriptas, de quo dixit Elmsl. ad Med. p. 78. not. s. Legitur enim in titulo: *Gerardus Vossius emit me sibi in auctione librorum Illustris Iosephi Scaligeri, cuius manu multo hic plurima emendantur.* In eodem libro etiam codicis lectiones insunt. Nam est rursus in titulo: *Accedunt huc lectiones Hieronymi Magii ex codice veteri.* Nescitur cur Duporti codicem hunc librum vocaverit Barnesius, neque constat ex Magii codice prior lectio sit an ex coniectura Scaligeri. Illud eo confirmetur, quod semper fere cum Vict. conspirant Magii lectiones.

Flor. Florent. Florentini. Horum septendecim Euripidis tragoedias exhibent, quos Beckius in Euripidis editione T. iii. p. x. sq. e Bandinii catalogo enumeravit quosque bibliothecae Mediceae praefectus Franc. de Furia Matthiaei in usum contulit. Quibus decimus et octavus accedit is codex, quem cum Matthiaeo Flor. A. nuncupavi. Quorum de iis, qui Rhesum habent, deinceps dico.

Florentinus A. „Variantes lectiones MS. Florentini ab Is Vossio olim collati, quae in bibliotheca Lugduno-Batava servantur, ad Hecubam, Orestem *), Phoenissas, Medeam, [*Hippolytum* v. Valcken. ad Phoen. praef. p. xi. et in ed. Hippolyti], Alcestidem, Andromachen, Rhesum, Troades pertinentem. — Collationem illam ad ed. Canteri Antv. 1571. 12. instituerat Vossius, — — cum Musgravio communicavit Ruhnkenius. Lectiones illas e libro Vossiano descripsit, cum Leidae versaretur Io. Chph. Wolfius, cuius apographum, sedecim foliis formae 8. constans, habet bibliotheca Hamburgensis." Matth. T. vi. praef. p. vi. cui copiam fecit C. D. Ebeling., a quo etiam accepit Io. Vossii notas ad Eurip. ed. Antv. 1571. 12., quae ab eodem Wolfio descriptae ibidem servantur. Subieci quae ad Rhesum pertinentia de illo apographo monuit Matth. l. l. p. vii. „E Rheso ultimum est quod affertur p. 468. v. 5. [ed. Canter.] πέρσαι] περ i. e. vs. 598. [586. **) nostr. ed.] post quae scriptum: *Reliqua huius tragoediae desunt in eo cod. quem contuli.* [Cf. Valcken. Diatr. p. 109. C not. 8. extr.] In ea fabula ad nonnullos versus adscriptum V. V. quo spectat annotatio in fine var. lect. e Rheso scripta: *Vides hic interdum*

*) Hecubam et Orestem praetermisisse collatorem statuere Musgr. in Syllabo Codd. sub *Fl.*, Beck. Eurip. T. iii. p. xii, b., Elmslei. ad Med. p. viii. extr. Lips. Veriora docemur a Matth. T. vi. p. vii, et Burgesius ipse Vossii libro inspecto docuit Elmsleium ad Bacch. p. v. not. In errorem inducti videntur viri docti Valckenarii ad Phoen. verbis p. xi. ubi non in Vossii, sed in P. Burmanni Sec. apographo illae defuisse dicuntur.

**) Hinc corrige commentarium nostrum vs. 577. 578. ut in *Corrigendis* monui. Fefellit me Matthiaei oscitantia, qui notam, quae ad vs. 598. suae ed. pertinebat, tribuit versui 589.

afferri V. V. et V. quod infert duos codices diversos sicut et Vossius interdum alterum ab altero diserte distinxit." Alterum librum varius Vossius inspexisse videtur, et ex hoc petivit fortasse, quae ad Bacchas (v. Valcken. Diatr. p. 16. B.) semel et semel ad Cyclopem ex cod. Florent. notavit Vossius. v. Elmsl. praef. ad Eur. Bacch. p. v. not. Lips. Cf. etiam Valcken. Diatr. p. 89. c. sq. unde intelligitur Vossius hic illic emendationes suas addidisse. cll. idem ad Hippol. p. x. Ceterum hic codex hodie non superat in bibliotheca Medicea. Nam quanquam conspirat plerumque cum Florent. quem 10. appellavimus, tamen diversos esse cum id probat, quod, ut annotavit Matth. T. i praef. p. vi., in nullo Florentinorum superstitum Troades extat, cuius varias lectiones ex suo libro dedit Vossius *), tum Flor. 10., mutilus et ille, ducentis fere versiculis integrior est Florentino A. Cf. etiam Elmsl. ad Bacch. p. v. not. Non est idem cum Havniensi ut olim suspicabantur Burges. et Elmsl. l. l.

Florentinus 1. „Laurentianus Plut. xxxi, 1. de quo Bandinius T. ii. p. 73. sq. Apographum est Laurent. C. [Flor. 2.] recentissimum et pessimum, utpote ab homine valde imperito exaratum." Elmsl. ad Bacch. p. vi. sq. Continet „Euripidis tragoedias x. Rhes. Iph. T. et A. Pentheum (Bacch.), Suppl. Cycl. Heracl. Herc. F. Ion. Electr. Cod. chartac. in fol. saec. xv. scriptus." Bandin. Catal. bibl. Medic. ap. Beck. Habet etiam Helenam teste Matth. T. vi. p. vii. Idem paucissima scholia continet. Matth. T. iv. p. iv. Eius fons in Bacchis saltem est:

Florentinus 2. „Laurentianus C. sive Laurentianus Plut. xxxii, 2. chartaceus, varia manu scriptus, de quo Bandinius T. ii. p. 123. Extant in eo praeter Sophoclis et Hesiodi quaedam: Euripidis Suppl. Pentheus s. Bacch. Cycl. Heracl. Herc. F. Helen. Rhes. Io, Iph. T. et A. Phaedra s. Hippol. Med. Alc. Androm. Electr. Hec. Electra s. Orest. Phoen. Sola deest Euripidis Troades." Ex Elmsl. ad Bacch. p. v. sq. qui de Bacchis addidit: „Correctorem passus est Laurentianus, qui non ex ingenio, ut mihi quidem videtur, sed ex alio libro multa mutavit, plerumque quidem recte, interdum etiam secus. Prima scriptura longe propius ad Palatini [*B.*] scripturam accedit, quam ea quae in eius loco reposita est." Praeter Flor. 1. ex hoc fluxerunt Pariss. E. G., at de Bacchis saltem certissime demonstravit Elmsleius. „Papyrac. fol. saec. xiv." a Bandinio dicitur ap. Beck. Etiam hic pauca, pleniora tamen quam 1. scholia habet. Matth. T. iv. p. iv. Idem T. i. p. vi. de codd. Flor. dicit: „Ex his 2. omnibus fere locis conspirat cum eo, cuius varietatem Scaliger enotavit, memoravit Porsonus" ad Hecubam. Idem ib. p. viii. de lectionibus a Victorio excerptis: „Conspirant eae, inquit, plerumque cum cod. Flor. 2., nisi quod ad Troades quoque spectant, quam fabulam nullus Florentinorum complectitur." Cf. T. vi. p. vii. et Elmsl. ad

*) V. Elmsl. ad Med. p. ix. not. d. Lips.

Med. ix. not. d. Acute ex fabularum ordine suspicatus est Elmsl. ad Med. p. vii. not. b. Flor. 2. Palat. B. et Pariss. E. G. in illis saltem quae eodem modo sequerentur fabulis communem originem habere. Addidi Flor. 1. Omnia confirmat Elmsleii praef. ad Bacch.

Florentinus 10. „Laur. B. (xxxi, 10.) nonnisi primas septem et Rhesum habet" Elmsl. ad Bacch. p. iv. not. a. Papyraceus saec xiv. in 4. secundum Bandin. ap. Beck. Rhesum in fine mutilam praebet. Nam desinit vs. 714. [710. Matth. 697. nostr. ed.] cf. Elmsl. ad Bacch. p. v. not. — Ex uno eodemque fonte fluxit atque Flor. A. quem v.

Hardionii codd. vid. *Parisini.*

Harl. Harleianus. „5743. in Museo Britannico, qui Alcestidis fragmentum — — Rhesum et Troades continet." Matth. T. vi. p. viii. Cum Rheso contulit Musgr., qui solas Rhesum et Troades habere dicit.

Havn. Havniensis. Matthiaeo copiam fecit B. G. Niebuhrius, qui contulerat adolescens „chartaceum, qui novem Euripidis tragoedias Medeam, Hecubam, Orestem, Phoenissas, Hippolytum, Alcestin, Andromachen, Troades et Rhesum continet." Matth. T. iii. p. iii. Est is ex optimis Euripidis exemplaribus et praecipuus fons textus emendandi, donec constet de Vaticano libro, quocum fere conspirat. Memorandum quod Matthiaeus ad vs. 937. (925. nostr. ed.) adscripsit: „In Havniensi post hunc versum qui ultimus est quaternionis 12. tomi secundi sequitur in folio proximo spatium, quantum 19. versiculorum capax sit. Quae deinceps exhibet codex usque ad finem — nulla enim hic lacuna est, ab alia manu scripta sunt, quam quae vel primum vel alterum tomum exaravit." De alia huius codicis nota v. ad vs. 691. (704. ed. Matth.).

Miltonus. Io. Miltonus in Rheso ad vs. 529. (p. 210. nostr. ed.) commemoratur a Barnesio. Adscripsit quaedam margini editionis P. Stephani. Omnes eius notae editae dicuntur in Mus. crit. Cantabrig. n. 3. p. 283.

Palatinus A. „98. bibliothecae Vaticanae, olim Heidelbergensis, chartaceus, non antiquus. Easdem fabulas habet quas Vaticanus, eandemque recensionem exhibet. Sed eius apparatu critico destitutus est. Fortasse ab eo derivatus est, non tamen ab eo descriptus." Elmsl. ad Med. in Ind. Codd. — Potest etiam codex hic et Vaticanus ex archetypo aliquo descriptus esse. Neque fugit librarius, iudice Elmsleio, critici provinciam, quam ita susceperit, ut loca multa depravata redderet etiam depravatiora. Ad Rhesum nondum collatus est

Palatinus B. „287. eiusdem bibliothecae, membranaceus, saeculi fortasse decimi quarti. Extant in eo fabulae viginti Aeschyli, Sophoclis, Euripidis, in his Rhesus. Scholia nulla, si bene memini, neque frequentes glossae et variae lectiones. In Medea saltem solus saepe cum Aldina consentit; aliis vero locis idem prorsus diversas exhibet lectiones, necdum alibi repertas." Ex Elmsl. l. l. Ad Rhesum nondum collatus est. V. de eo Fr. Sylburgii Monumenta pietatis et Litteraria. Eiusdem collationem habere videtur GDindorf. qui hic illic laudat

Poett. sc. praef. xxvi. xxvii. cet Maxime accedit ad Flor. 2., ut suspicatus erat Elmsl. ad Med. p. vii. not. Lips. ob ordinem fabularum: Andr. Med. Suppl. Rhes. Io, Iph. T. et A. (cui subiectum est Danaës fragmentum a Commelino editum) Hippol. Alc. Tro. Bacch. Cycl. Heracl. — Conveniunt igitur inde a Rheso usque ad Hippol. excepto illo fragmento, ut in his saltem communem originem habuisse videantur. Neque in Bacchis diversissimi sunt. v. Elmsl. ad Bacch. p. vi.

Par. Paris. Parisini. Primus ad Rhesum contulit Hardionius „Corrections de quelques passages de la Tragédie de Rhesus", quae dissertatio exhibetur in „L'histoire de l'Academie royale des inscriptions et belles lettres" Tom. ix. Paris. 1736. p. 44—48. Legitur ibi p. 44. „Il a conferé (scil. M. Hardion) la Tragédie de Rhésus, telle que nous l'avons dans les livres inprimez, avec deux manuscrits de la bibliothéque du Roy No. 3310. et 3519. Le second qui est le plus ancien ne paroît pas avoir plus de 300. ans; cependant il a trouvé dans l'un et dans l'autre des leçons, qui luy ont paru importantes." Mihi non dubium videtur, quin iidem *) fuerint, quos litteris A. et B. signatos contulit Markland. in Supplicibus et in Iphigenia utraque, quosque Musgravius E. et G. nominavit, de quibus iam dico.

Par. E. „Hac nota Musgr. designavit duos tomos eadem manu nitidissime [*sed non accurate* Elmsl. l. l.] scriptos in bibl. regia n. 2887. et 2888. In priore sunt Cyclops, Heraclidae, Hercules furens, Helena, Rhesus, Ion, Iphigeniae duae, Supplices, denique Bacchae usque ad vs. 755. ed. Musgr." Matthiaei Eurip. T. vi. p. ix. — Hunc librum praeter Hardionium etiam Musgravius cum Rheso contulit. V. Elmsl. ad Bacch. p. vii. not. c. Derivatus est in Bacchis ex Flor. 2.

Par. G. „chartaceus n. 2817. Easdem fabulas habet, quas n. 2887. atque in eodem Baccharum versu desinit." Matth. l. l. Rhesum contulit Musgr. v. Elmsl. ad Bacch. p. viii. Duo hi codices in Bacchis prorsus ex Flor. 2. fluxerunt, nec fide digni in Rheso ubi de Flor. 2. constat. Iidem videntur *Brunckii duo codices regii*, atque etiam Musgravius ad Rhesum solos E. et G. nominatim appellat, quanquam quatuor usus est. Ex duobus reliquis fuit, opinor:

Par. P. „Exemplum editionis Aldinae, cum cod. MS. collatum a Puteano, unde varias lectiones exscripsit Musgr. usque ad finem Iphig. Taur." Matth. l. l. p. x.

Ceterum de omnibus libris Parisinis hoc extat iudicium Matth. T. i. praef. p. ix. „Codices Parisienses nondum collatos nihil, quod operae pretium esset, ad textum emendandum praesidii afferre posse, ii, qui accurate eos noverant, Bastius, Haasius, Boissonadius fidem fecerunt". cf. T. vi. praef. p. xi. et qui idem iudicium protulit Elmsl. ad Bacch.

Scalig. Intellige Ios. Scaligeri coniecturas, Canterianae editioni adscriptas, a Barnesio commemoratas. Fuit liber Dan. Hein-

*) V. vs. 116. 220. 261. 922. cet.

sii ex legato Ios. Scaligeri et ex Ed. Bernardi bibliotheca in Bodleianam Academiae Oxoniensis transiit. v. Elmsl. ad Med. p. 78. not. s. Est etiam alia editio cum Scaligeri notis ornata, de qua vide sub *Duport*.

Steph. HSteph. Codices Henrici Stephani, qui in libro „Annotationes in Sophoclem et Euripidem Paris. 1568. 8." inscripto varias lectiones ad Rhesum et reliquas postremas fabulas e duobus codd. Italicis dedit. De his libris, ubi habeantur, nunc non constat. v. Matth. praef. T. vi. p. xiv. Cum Brunckio, suspecta sibi esse, quae de codicibus in Italico itinere inspectis tradiderit Stephanus, monet Elmsl. ad Bacch. 235. Commemorantur lectiones ad vs. 53. 207. 245. 249. 713. 823.

Vaticanus, cum scholiis, quae edidimus correctiora. De eo iam accipe praefatiunculas edit. Glasguensis.

AD LECTOREM.

Notandum est horum Scholiorum notitiam, quorum apographum (hic verbum verbo impressum) pro singulari sua humanitate arcessentibus nobis misit vir doctus Hieronymus Amatius, deberi omnino Elmsleio. Is in Indice Codicum ad suam Euripidis Medeae editionem sic incipit:

„Rom A. Vaticanus 909. bibliothecae Vaticanae, bombycinus, scriptus saeculo duodecimo, ut ab optimo harum rerum iudice audivi. Inter omnes fabularum Euripidearum codices, quos possidet bibliotheca Pontificia, hunc praestantissimum simul et antiquissimum appellarunt custodes. Complectitur novem tragoedias, primas septem scilicet, Troadas et Rhesum. Rhesus in fine mutilus est. Omnibus accedunt scholia in margine scripta, glossae interlineares, necnon variae lectiones, quarum nonnullae ab ipso codicis scriptore additae sunt, pleraeque vero a diversa eaque non una manu. Textum huius fabulae, quem exhibet codex, bis cum Aldina editione contuli, omnesque fere varias lectiones a librariis indicatas enotavi. Scholia vero quae lectu difficiliora sunt, propter temporis angustiam vix inspicere potui, nedum cum Arseniana ἐκδόσει conferre: Scholia in Troades et Rhesum, praeter pauca in Rhesum, quae nuper protulit Matthiae, nondum edita sunt. Quae pertinent ad Troadas, fortasse nonnisi in hoc codice Romano extant. Certe bibliotheca Laurentiana, qua sola in scholiis ad posteriores tragoedias colligendis usus est Matthiae, nullum codicem habet, ipso teste, qui eam tragoediam complectatur."

I. B.

Sequitur Amatii praemonitum

AD LECTOREM.

Monitos vellem viros doctissimos, ad quos hae schedae nostrae pervenient, scholia ista adeo minutis, deficientibus, et evanidis litteris scripta esse, ut palaeophitos superiorum ac nostrorum temporum deterruerint: Nec certe per chartae genus, quod bombycinum appellamus, auxilii aliquid a medicaminibus illis sperandum erat, quae nunc membranis adhiberi solent. Non quidem plura etiam emendare et supplere meditando potuissemus:

Verum aliis aliisque distinemur laboribus. Utcunque tamen scholia ipsa primum ab experientia et curis nostris prodeant, in lucem sane proferri merentur; quum et sensum maxima parte sat clarum exhibeant, et nominibus ac fragmentis auctorum hactenus ignoratis abundent.

HIERONYMUS AMATIUS.

Haec illi de codice et scholiis, quae non mutata ex codice illo exhibuit Amatius, edidit auctor editionis Euripidis Glasguensis anni 1821. et repetivit LDindorfius in edit. Eurip. Teubneriana, in margine nonnullis emendatis Et fragmenta quidem poetarum etiam aliorum acumen exercuerunt: nemo vero hactenus tota scholia emendare sustinuit. Id quatenus vires permittebant conatus sum, neque vero dubito quin alii, qui post me tractaverint, multa rectius possint constituere. Ceterum monendum est, me nunquam reliquisse editionem Glasguensem celato lectore, nisi in accentibus et interpunctione, quae, ubi non referret, non annotavi mutata. Reliqua in margine leguntur. Neque vero ei, qui fidem meam examinaturus sit, Lipsiensi utendum est editione, sed Glasguensi. Nam invito LDindorfio nonnulla menda irrepserunt. Ita versu 36. lin. 3. ed. Dind. falso *κυλλήνης* exhibetur, editio Glasguensis praebet *κυλήνης*; vs. 360. lin. penult. Dind. *οἰνοπλανήτας*, ed. Glasg. *οἰνοπλανήταις*; vs. 430. lin. 2. Dind. *τῷ πέλανος*, ed. Glasg. *τό*, quod ego quoque neglexi annotare; denique vs. 494. lin. 2. Dind. *τὰ εἰς ον* habet, ed. Glasg. *τὰ εἰς ων*, et vs. 789. lin. 2. Dind. *γενέμενον*, ed. Glasg. *γινόμενον*.

Haec annotanda videbantur, non quae exprobrarem LDindorfio, diligentiam enim vel maximam talia fugiunt, sed ne iis, qui editione Glasguensi non uterentur, negligentior fuisse viderer. Ceterum dubitari licet, an fuerit idem codex, ex quo Siebenkeesius Harlesio prologum Rhesi, primo editum a Valckenario, suppeditavit. Verba Harlesii haec sunt in Fabricii bibl. Gr. T. ii. praef. p. 18. „Cod. Vaticanus chartaceus n. ccccvi. continet Euripidis Rhesum". Itidem incertum est, utrum variae lectiones Vaticani, quas Barnes. alibi ex schedis Cottonianis commemorat, ex hoc fluxerint codice necne. V. Elmsl. ad Med. p. xi. Sed id asseverare ausim, eum codicem Vaticanum, quo usus est Andreas Schottus cuiusque lectiones cum in Observationibus humanis, tum in Observationibus poeticis, quos libros frustra in bibliothecis Berolinensibus quaesivi, cum lecturis communicavit, eundem esse cum eo, ex quo scholia fluxerunt. Id quod docere videtur nota Barnesii ad vs. 710. „Andreas autem Schottus Observat. poet. l. 2. c. 43. ad hos versus: *Ὃς εἰς Ἀθηνᾶς σηκὸν εἰναγχος μολὼν Κλέψας ἄγαλμα ναὸς ἐπ' Ἀργείων φέρει:* *Non*, inquit, *servatus hic temporum ordo ab Euripide; post haec enim gesta Palladium Ulysses abstulit.* Quae prorsus consentiunt cum iis, quae ad eundem versum (489. nostr. ed.) in scholiis Vaticanis leguntur. Quare cum constet cognitum habuisse Schottum codicem aliquem Vaticanum, facilis est coniectura eundem fuisse atque eum, qui hodie inter Vaticanos principatum tenet. Maxime vero ido-

neus index, qui hac de re nos certiores faciat, est GDindorf., qui collationem huius codicis habet accuratam, unde et Alcestidem edidit emendatiorem et lectiones quasdam commemoravit in praef. ad Poet. scen. A quo viro postquam frustra per amicum petii, ut varias lectiones ad Rhesum pertinentes meis usibus concederet, id unum me solatur, quod praestantissima pars scholia nota sunt quodque Havniensis cuius discrepantias novimus communem cum Vaticano originem habet et in paucissimis tantum recedit. v. Dind. praef. Poett. scen. p. xxi. cet. ad Eurip. Alcest. praef. p. iii. Accedit quod in multis locis eiusdem Dindorfii et Schotti beneficio nota est Vaticani discrepantia. Addo quod hic Vaticanus, quocum praeter Havniensem etiam Palatinus A. fere consentit, notus fuisse videatur Dionysio Petavio, quod eius explicatio loci astronomici prorsus cum ea congruit, quam Parmenisco auctore in scholiis legimus ad vs. 515.

Vict. Victor. Variantes lectiones a *P. Victorio* margini exemplaris Aldini in bibl. Monac. adscriptae, quas a Iacobsio accepit Matthiaeus, quem vid. T. i. praef. p. viii. Sunt eae pleraeque omnes ex codd. petitae, et conspirant saepe cum Flor. 2., quanquam etiam ad Troades spectant quae non est Florentino. Sed potest in hac alio codice vel hoc integriore usus esse Victorius; nam hoc eum usum esse, confirmet quod hic illic duplicem lectionem memoravit Victor., ut etiam Flor. 2. in Bacchis saltem correctorem expertus est. v. Elmsl. ad Bacch. p. vi.

Voss. vid. ad *Florentinus A.*

Hinc duas codicum Euripideorum habemus familias, alteram eorum qui priores novem septemve fabulas complectuntur meliorem (v. Dind. ad Eurip. Alc. p. iii.), peiorem alterum ad unam fere omnes exhibentem. Unde hoc stemma codicum conficitur:

1. Codex melior.

Flor. A. Flor. 10. Vatic. Havn. Palat. A.

2. Codex peior.

Palat. B. Flor. 2. Vict. Scalig.

Flor. 1. Par. E. Par. G.

Editionum conferri merentur hae.

Aldina Euripidis continet xviii. tragoedias, quarum xvii. in fronte indicantur. Prodiit duobus voluminibus Venetiis apud Aldum, mense Febr. M. D. III. 8. Hanc, quippe Rhesi principem, ipse contuli diligentissime, ut minimas etiam annotarem discrepantias, suppeditante bibliotheca regia Berolinensi. Orditur Rhesus volumen secundum, cuius in fronte, nam deest titulus, legitur: ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ ΡΗΣΟΣ; tum in verso folio extat: ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΡΗΣΟΥ, quatenus nota erat ante Valcken. P. 3. se-

quitur personarum index, et p. 4. ipsa incipit tragoedia. — Ex hac fluxerunt

Hervagianae tres, Basil. 1537. 1544. et 1551. editae, quarum secundam, quam possideo, est ubi inspexerim. V. de hac Elmsl. ad Bacch. p. ix. sq.

Brubachiana Francofurti s. a. 8. Edita creditur 1558. Continet nonnullas notabiles lectiones atque etiam versiculos, qui non sunt in aliis editionibus, ex coniectura illata. Non usus sum.

Brodaei editio cum versione Stibilini. Basil. ap. Oporin. 1562. fol. Quae ex hac commemoravi petita sunt ex Beckiano Euripide.

Canteriana Antverpiae ex officina Christophori Plantini, Regii prototypographi 1571. edita opera Gulielmi Canteri Ultraiectini. Possideo et nonnunquam inspexi.

Has editiones non operae pretium videbatur conferre; lubenter tamen, si praesto fuisset, comparassem hanc:

Commeliniana. „Εὐριπίδης. Euripidis tragoediae XIX. Accedit nunc recens vigesimae, cui Danae nomen, initium, e vetustis Bibl. Palatinae membranis, Graece iunctim et Latine. Latinam interpretationem M. Aemilius Portus F. C. P. F. passim ita correxit et expolivit ut nova facie, nitidoque cultu nunc primum in lucem prodeat." cet. Heidelbergae typis Hieron. Commelini. 1597. 8. II. Voll. „Textus est Canteri, nisi quod menda nonnulla, quae ex Hervag. in Canter. fluxerant, sublata sunt." Matth. T. vi. p. xviii. Mihi codicibus usus videtur Palatinis auctor, quippe qui ex Palatino, quem secundo loco nominavi, Danaën petiverit, nec adeo credi possit socors, ut in reliquis neglexerit. Itaque quia in Rheso non collati sunt Palatini, fortasse eorum loco fuerit haec editio.

Stephaniana c. Lat. interpr. Gul. Canteri, scholiis et notis varr. Genevae typis Paulli Stephani 1602. 4. (iii. Voll.). Non habui.

Barnesiana. Cantabrig. 1694. fol. Usus sum ea quam repetiverunt Morus et Beckius Lips. 1778 — 1788. iii. Voll. 4.

Musgraviana. Oxonii 1778. iv. Voll. 4. Novi ex Beckii editione. Antea prodierunt Sam. Musgrave *Exercitatt. in Eurip.* libri II. LBat. 1762. 8.

Schaeferiana. Lips. 1811. iv. Voll. 16. Rhesus inest vol. iii. hic illic a me inspectus.

Matthiaeana. ix. Voll. 8. Lips. 1813 — 1829. Decimus tomus nunc imprimitur, sed nondum venit. Tomo ii. textus, tomo v. scholia pauca, T. viii. notae continentur.

Glasguensis repetita Beckiana, 1821. edita, quae praeter alias accessiones scholia Vaticana prima habet. Quae cum non extaret in bibliotheca regia, G. Finckii, librarii honestissimi concessit liberalitas, ut cum hac scholia Dindorfianae accuratissime conferrem.

Bothiana. Lipsiae 1825. 8.

Dindorfianae. Altera Ludov. Dindorfii est, Lips. 1825. ap. Teubner. ii. Voll. 8. cuius prius volumen Rhesum continet et schol. Vaticana. Alteram curavit Guil. Dindorfius in Poetis scenicis Graecis. Lips. 1830.

Subsidia praeter has editiones partim ab aliis commemoratas partim a me collatas haec erant.

Beck. Beckius ubi simpliciter nominatur, intelligitur eius diatribe de Rheso in ed. Eurip. T. iii. p. 444. sqq.

Boeckh. Boeckhius in libro de tragicis Graecis.

Grupp. Gruppius. v. Vindicc. i, 32.

Hard. Hardionius. In commentario intelliguntur eius *Corrections de quelques passages de la Tragédie de Rhésus*, in Memoires de l'Acad. Roy. des. I. et B. L. T. ix p. 44. sqq., in Vindiciis *Dissertation sur la Tragédie de Rhésus*, ib. T. x. p. 323. sqq.

Heath. Beni. Heathii Notae sive Lectiones ad tragicorum Graecorum veterum, Aeschyli, Sophoclis, Euripidis quae supersunt dramata deperditorumque reliquias. Oxon. 1762. 4.

Herm. Hermannus. Significatur eius Dissertatio de Rheso in Opuscc iii. p. 262. sqq., in Excursu ii eius scriptio de fragmentis poetarum in scholiis Vaticanis Opuscc. v. p. 182. sqq.

Lenting. Lentingius in Novv. Actis Traiectinis, quem laudat Matth.

Lindem. Lindemannus. v. Vindicc. i, 31.

Morstadt. v. Vindicc i, 30.

Petitus. Sam. Petiti Miscellanea.

Reisk. Io. Iac. Reiskii ad Euripidem et Aristophanem animadversiones. Lips. 1754. 8.

Steph. Henr. Stephani Annotationes in Sophoclem et Euripidem. 1568. 8. Non usus sum.

Valck. Valckenarius in dissertatione de Rheso, Diatribae in Eurip. fragm. inserta. Usus sum editione Lips.

Welcker. v. Vindicc. i, 33. Quae eius scripta in Excurss. i. et ii. intelligantur, cuivis perspicuum est.

X. *II.* Christus patiens, tragoedia Christiana, in qua plurimi Rhesi versus leguntur. Usus sum Gregorii Nazianzeni editione ab Iacobo Billio curata Parisiis 1630. fol., ubi in tomo secundo hoc drama continetur.

VINDICIAE

RHESI TRAGOEDIAE.

VINDICIAE RHESI TRAGOEDIAE.

CAPUT PRIMUM.

HISTORIA CRITICA RHESI TRAGOEDIAE.

i. Qui scribere quavis de re induxerit in animum et novam suam proferre sententiam, eum non solum tenere omnia ea, quae ad hunc locum faciant, par est, sed merito postulari etiam videtur, ut quas ob causas priorum placita non potuerit probare, exponat. Etenim cum ea aetatis huius sit indoles, ut improba novandi cupidine ducti, quae sanxerint maiores, evertere conentur homines nostri, nulla fere habita ratione, emendentne an corrumpant instituta vetera, et sola novi specie allecti, eam in litteris saltem legem observandam censeo, quamquam neglectam video saepenumero, ut, si quid novi statuere velis, cur, quae prius credita sint, haud satisfaciant, quam diligentissime demonstres. Nam cum ipse, quo melius, quid priores erraverint, perspexeris, veriora poteris intelligere cavereque tibi ab errore, tum ii, quibus placita tua probari velis, si erroribus niti vulgarem opinionem probe docueris, faciliores praebebunt aures et trahi se ad sententiam tuam patientur.

ii. Quae si vera sunt, nescio an si negligenda sint minime, qui de Rheso dramate scripturus sit. Nam bene

intelligo, si usquam, hac in causa opus esse accurato, quid alii statuerint, examine. Vix enim alius invenietur liber, qui tam diversa virorum doctorum expertus sit iudicia. Accedit, quod viri in his litteris principes quaestionem de auctore huius fabulae aut uberius tractaverunt, aut attigerunt saltem. Quare si quis Scaligeros, Valckenarios, Hermannos, ne alios commemorem, qui et doctissimi merito habentur et elegantissimi, superbe contemserit, hic ne arrogantior recte dicatur vereor, quam veri studiosior.

iii. Quae cum reputassem, non mea minus videbatur interesse, quam lectorum, ut quid et veteres et recentiores de Rheso dramate iudicassent, quam possem accuratissime examinarem. Hoc enim uno modo indoctae temeritatis suspicionem evitare posse mihi videbar, si omnia, quae alicuius momenti essent, colligerem, iisque, quae iam allata essent, refutatis, quid sentirem ipse, exponerem, ut et lectores, cur virorum doctissimorum placita sequi noluissem, docerem, et, quae meae sententiae faverent, quam maxime commendarem, omni tamen ira remota et studio. Neque enim is sum, qui, dum illustrissimis nominibus maculam adspergam, vanam captare gloriolam studeam et nomen parare ex talium virorum erroribus. Nam quanquam non ultima laus fuerit, ubi tales viri errarunt, veriora docere, eorum tamen, quae immerito vituperaveris, tota in te redundat ignominia. Quare non recte mihi quidem scripsisse videtur ingeniosissimus poeta, eum iam tulisse certaminis pretium, qui, quamvis victus esset, summis cum viris certasse ferretur.

iv. Ceterum confido, me eo facilius omnium impetraturum esse veniam, quo difficilior quaestio est, quae nisi multi in eadem operam et studium collocaverint, ad liquidum perduci non possit. Nam quanquam in eo fere consentiunt viri primarii, hancce Rhesum non esse scriptam ab Euripide celebri, tamen de auctore fabulae et de tempore, quo scripta sit, maxime dissentiunt. Alii enim dum ita contemnunt hoc drama, ut ab ignobili et serioris aetatis poeta scriptum, atque ne florente quidem scena Attica dignum iudicaverint, alii extiterunt, qui ita admirarentur, ut Sophoclem praedicarent auctorem; aliorum denique neutri horum assensum tulerunt, qui ab aequali triumvirorum tragicorum poeta fabulam scriptam esse persuadere volunt. Pauci tantum cum codicibus

Euripidi drama tribuerunt, nemo vero cum aliqua probabilitate Euripidem auctorem esse demonstrare potuit.

v. Hoc probaturus illas tres sententias examinandas et refutandas mihi sumsi, ne, ut iam supra significavi, solus viderer in tanta luce caecutire, quoque facilius traherem lectores in meas partes. Quia vero adversarii argumenta sua petiverunt cum a testimoniis veterum, tum ex fabula ipsa — compositionem imprimis dico et dictionem — ne lectores in medias res ducerem, ante triplicis coniecturae confutationem non solum veterum de Rheso dramate sententias quam potui accuratissime et collegi et examinavi, qui fons est errorum praecipuus me iudice, sed praeter recentiorum placita, etiam mythum tragoediae, quatenus notus est, enarravi, et artificium poetae in condenda tragoedia pro viribus explicare studui. Ita omnibus, quae alicuius momenti sunt collatis et digestis, non solum contrarias sententias facilius refutatum iri spero, sed confido etiam me Euripidi, Mnesarchi filio, hoc opus sero quidem vindicaturum esse. Sed haec deinceps persequenda sunt.

A. Veterum testimonia.

vi. Euripidem Rhesi auctorem esse, si veterum scripta perlustramus, uno fere ore affirmatur. Omnes enim, qui huius fabulae mentionem iniecerunt, aut Euripidi tribuerunt aut saltem non alii poetae adscripserunt. Quare multo melius a fortuna huic fabulae cautum est, quam aliis quibusdam. Nam saepe aut librarii socordia aut scribentis errore factum est, ut idem versus ab aliis alii tribueretur, cum vel ex fabulis superstitibus iisque nulli dubitationi obnoxiis alii poetae adscripti reperiantur versus. Quid quod ipsi scriptores veteres satis docti et antiqui, Euripidi quaedam adscribenda sit tragoedia vel sententia an alii poetae interdum dubitant? Quorum nihil cadit in Rhesum fabulam.

vii. Quo magis mirari licet, ut hinc exordiar, quod solus grammaticus, qui prius argumentum conscripsit, Rhesum nostram a nonnullis in suspicionem vocatam esse, memoriae prodidit. Ita enim scripsit lin. 14.: *τὸ δὲ δρᾶμα ἔνιοι νόθον ὑπενόησαν, ὡς οὐκ ὂν Εὐριπίδου·*

τὸν γὰρ Σοφόκλειον μᾶλλον ὑποφαίνειν *) χαρακτῆρα. De quibus verbis quanquam infra, ubi ventum erit ad eorum sententiam, qui Sophoclem fabulae auctorem putaverunt, dicetur explicatius, ne quis hoc nostrae causae infausto exordio deterreatur, monendum est, etiam eos qui obelis hoc drama notarunt, minime ad Alexandrinos relegasse, sed vel Sophocle dignum iudicasse. Qui si illud significare voluissent, drama sibi videri supposititium et ab Alexandrino poeta confectum, non potuissent minus aptis uti verbis. Nam cui quaeso antiquo, sive mavis recentiori, Sophocleum et Alexandrinum idem valuit? Quis si malam esse aliquam tragoediam significare voluisset, Sophocleum prae se ferre pronuntiasset characterem? Itaque posteaquam monitum est, vix quenquam puto fore tam caecum, ut non probatum esse a veteribus hoc dicat drama et habitum indignum Euripide. Ceterum quanquam non scimus, qui fuerint isti homines, qui Rhesum in suspicionem vocarunt, tamen id apertum est et concessum a viris doctis — v. Boeckh. p. 230. Grupp. p. 312. — caruisse eos historicis argumentis et solum sensum suum secutos aut Sophocli aut scholae Sophocleae tribuisse. Cui explicationi non repugnat vox νόθος. Haec enim et verbum νοθεύειν id tantum significat, esse drama non eius auctoris cui vulgo adscribatur, quemadmodum in vita Euripidis ab Elmsleio edita legitur: τὰ πάντα δ' ἦν αὐτῷ (Euripidi) δράματα ϟβ'. σώζεται δὲ οὐ· τούτων νοθεύεται τρία Τέννης, Ῥαδάμανθυς, Πειρίθους, quarum ea quam ultimo loco nominavi Critiae a quibusdam tribuebatur. Qui locus et ob id memorabilis est, quod inter dramata νοθευόμενα non recensetur Rhesus.

viii. At obstant maioris momenti testimonia. Nam praeter futiles hos testes, ut Euripidi hoc drama veterum aliquis iverit ereptum, vel cum dubitatione auctorem nominaverit, tantum abest, ut tueantur Rhesum tam graves auctores, ut temerarium plane videatur de codicum fide dubitare. Atque statim post verba modo transcripta, in argumento legitur lin. 16., Euripidi tribui Rhesum in Didascaliis, quarum auctoritatem summi quique critici praedicaverunt — v. Boeckh. de tragg. p. 228. sqq. Corp. Inscr. Gr. T. i. p. 349. sq. Hermann. p. 263. sq. Verba grammatici haec sunt: ἐν μέντοι ταῖς

*) Vulgo ὑποφαίνει. v. not. ad Argum. i. lin. 16. p. 66.

Διδασκαλίαις ὡς γνήσιον ἐπιγέγραπται, καὶ ἡ περὶ τὰ μετάφρασια δὲ ἐν αὐτῷ πολυπραγμοσύνη τὸν Εὐριπίδην ὁμολογεῖ. Cuius testimonii gravitas non fugit Boeckhium, olim Mnesarchidae hanc fabulam abiudicantem et super Hermannum. Quare alia via, ut infra dicetur, horum catalogorum fidem elevare et minuere susceperunt.

ix. Id quidem frustra, opinor. Nam nostra memoria novum idque gravissimum authenticae praesidium huic fabulae accessit. Didascaliarum enim auctores tempore excipiunt atque auctoritate paene aequant Aristarchus, Parmeniscus, Dionysodorus, Crates Mallotes, quibus hanc Rhesum notam fuisse et Euripidi tributam, cognoscitur ex scholiis Vaticanis ab Amatio editis. Quos si demonstrari potuit non dubitasse de Euripide Rhesi auctore, vix tantam accedere posse argumentorum vim, persuasum habeo, ut ab his viris principibus dissentiamus.

x. At quia de Aristarcho saltem dubitatum est, utrum Euripidi an alii poetae hoc drama tribuerit, locos accuratius excutere constitui. Aristarchi commentarii in Rhesum commemorantur ad vs. 526. cf. infra §. 27. Parmeniscus, Aristarchi discipulus — v. Wolf. Prolegg. in Hom. p. ccxliv. not. 30. schol. ad Iliad. *θ'*, 513. ubi legitur *Παρμενίσκος ἐν τῷ ἀ πρὸς Κράτητα ὡς Ἀριστάρχειαν γραφὴν προφέρεται κείνων* — Parmeniscus, inquam, laudatur ad vs. 510. et ad vs. 515. lin. 15. et 21. atque commentatus est etiam in alia Euripidis et aliorum poetarum scripta. Dionysodori, item Aristarchei — cf. schol. Hom. Il. *β'*, 111. Lobeck. Aglaoph. p. 1221. not. Reines. ad Suidam p. 72. — mentio fit ad vs. 495.

xi. Iam hoc velim reputemus. Horum primum Aristarchum, summum et celeberrimum criticum, non est probabile operam suam navasse dramati, quod spurium haberet. Neque vero vituperavit aliquid, sed locum ineptiis interpretum vexatum, explicuit et suo assensu comprobavit. Quod non est eius, qui fidem auctoris in suspicionem vocaverit. Hoc enim si voluisset, potius omnia conquisivisset, unde fraus appareret. Maioris etiam momenti est, quod Parmeniscus et Dionysodorus Euripidem auctorem fabulae habuerunt. Quod perspicuum est ex scholiis ad vs. 515. lin. 23. et ad vs. 495., ubi loquentes inducuntur et Euripidem sine suspicione nominant. Quare si Aristarchus fabulam suppositam esse docuisset, quis credat discipulos a magistri sententia reces-

sisse, eamque admiratos esse tragoediam quam praeceptor improbavisset? Quod mihi firmissimum videtur argumentum, si meminerimus, quanta auctoritate gavisus sit Aristarchus apud discipulos, ut dicta eius non minoris facerent, ac si de tripode Delphico venissent. Ita enim valuit apud eos Aristarchus, ut hunc — verba sunt Wolfii Prolegg. ad Hom. p. ccxxxviii. — *Pythagorica quadam superstitione uno ore velut deum suum colerent, ut profiterentur etiam, malle se eo duce errare potius, quam vera sentire cum caeteris.* Cf. Villoison. prolegg. ad Hom. Iliad. p. xxix. *) Omnino, si quid video, non recepta esset haec fabula in corpus tragoediarum Euripidis, si tanti nominis grammaticus, qualis Aristarchus erat, eam spuriam docuisset. Multo minus persuadere mihi possum, commentarios in eam scriptos fuisse a grammaticis antiquioribus, ut discitur ex scholiis Vaticanis. Hinc etiam factum esse videtur, ut nullus liber, de quo celebrior grammaticus dubitavit, ad nos perveniret.

xii. Posteaquam docuimus, non notam solum fuisse Aristarcho hanc fabulam, sed Euripidi quoque tributam ut a Dionysodoro et Parmenisco, restat ut idem adversariis eorum, Pergamenis grammaticis placuisse moneamus. Id nemo dubitavit eorum, quantum scimus, neque credi potest dubiam alicui horum visam esse, quandoquidem princeps eorum, quem iam commemoravi, Crates Mallotes Rhesum ab Euripide scriptam esse diserte testatur, addens, nescio quo argumento usus, a iuvene poeta compositam esse fabulam. Locus legitur apud scholiastam ad vs. 515. pr.: *Κράτης ἀγνοεῖν φησὶ τὸν Εὐριπίδην τὴν περὶ τὰ μετέωρα θεωρίαν διὰ τὸ νέον ἔτι εἶναι, ὅτε τὸν Ῥῆσον ἐδίδαξε.* Eiusdem in Rhesum commentarius laudatur etiam ad vs. 4. lin. 9. 18., ut aliis Euripidis fabulis idem operam suam navavit. Menecratem etiam, de quo v. ad vs. 515. p. 203. not. *, nostram fabulam in-

*) Neque vero hodie aliter sentiunt viri quidam docti. Huiusmodi extant verba Olai Wormii de oratione pro Marcello a Wolfio edita haec: *Dicere vix possum, quid mihi, perlecta hac commentatione, fuerit animi, quemadmodum fuerim affectus? Omnem certe hilaritatem pectore exturbavit et tristitiae quasi nebulam aliquamdiu animo offudit. — — Malo cum Asconiis, Quintilianis, Camerariis, Manutiis, Victoriis, Lambinis, Graeviis, Ernestiis errare, quam cum Wolfio vero sentire.* v. *Leben und Studien Fr. A. Wolf's v. Koerte.* T. i. p. 333.

terpretatum esse, discimus ex schol. ad vs. 515. lin. 33., quanquam non diserte dicitur Euripidem auctorem habuisse.

xiii. Hos sequantur reliqui, quibus innotuit fabula, iam nominati maximam partem a Valckenario p. 93. sq. et Hermanno p. 279. — Euripidis nomine diserte laudaverunt Tzetzes Chill. iv, 966. (cf. not. ad vs. 497.), Eustathius et schol. ad Dionys. Perieg. 270. (cf. ad vs. 29.), Etymol. M. p. 439, 3. (cf. not. ad vs. 841.), schol. Il. ζ, 479. (cf. not. ad vs. 377.) Stobaeus Serm. liv, 9. (cf. not. ad vs. 105. sqq.), Mar. Victorinus i. p. 2498. (cf. ad vs. 211.) Unde perspicitur, quam recte dixerit Gruppius p. 339. sq. a nemine veterum hanc fabulam aut Euripidis aut Rhesi nomine laudari; adhiberi tantum versus et voces ex hac tragoedia, neque auctore nominato neque loco, unde petita sint. Praeterea versibus ex Rheso non nominato fonte usi sunt Suidas v. ἦσαν et Zonaras p. 1009. (cf. not. ad vs. 841.) Stobaeus Gesneri Serm. iii. extr. (cf. ad. vs. 206.). Itidem auctor Christi patientis plurimos huius tragoediae versus in usus suos convertit, quos accurate semper indicavi. Voces denique nonnullae rariores ex hac Rheso receptae sunt ab Hesychio, de quo ita disserit Valckenarius p. 93. C. *Ex Rheso quoque voces in lexicon suum tragicum receperat Didymus; hinc praebet Hesychius γοργωπὸν ἔδραν sumptum ex Rhesi vs.* 7. [8.] *(vidit Heringa Observv. p.* 312.) *κερόδετα τόξα ex vs.* 34. [33.] *(E. Spanh. in Callim. h. in Apoll. vs.* 33.) *ὕπαφρον ex vs.* 711. [694.] *(P. Wesseling. Probb. p.* 47.) *ἐδέννασεν ex vs.* 925. *et* 951. [910. et 936.] *τολυπεύσας Homericum ex vs.* 744. [729.] *προταινί ex vs.* 523. [510.] *et ex proximo vs.* 524. [511.] *ἐγερτί. Nam ubi vulgatur ἐγεργετῖ, γρηγορεῖ scribendum videtur ἐγερτί, ἐγρηγόρως. Haec forma vulgaris, Homericum est ἐγρηγορτί in Il. κ′,* 182. *illud in loco Rhesi legitur et sensu nonnihil diverso in Soph. Antig. vs.* 419. [413.]. Quibus ipse passim de meo nonnulla addidi.

xiv. Alii *) tectius ex hac fabula profecerunt velut Eustathius, quem negaverat Valckenarius p. 91. A. in Homeri commentariis Rhesum laudare, ad Il. κ′. p. 822,

*) In his Callimachum me iudice licebit commemorare. Quanquam quia res dubia videri possit, eum hic omisi. V. infra §. 18.

3., loco a Beckio primum §. 15. p. 466. not. 2. indicato. Unde quia Morstadtius p. 74. sqq. libelli infra l. efficere studet, habuisse Eustathium aliam, aliam nos Rhesum, verba eius accuratius considerare visum est. Omnino vero vix cuiquam, qui Eustathium noverit, in mentem venire potest, hunc plures tragicorum fabulas quam nos legisse, tum obstat etiam, quod idem grammaticus, ut supra commemoravi, nostrae Rhesi mentionem fecit ad Dionysium. Sed ipse locus, de quo agimus, idem probat. Nam miratus interpres Homeri, quod Troiani apud Homerum interfecto Rheso starent *θαμβήσαντες, ποιοῦσι δὲ οὕτως*, inquit, *οἱ Τρῶες τάχα μὲν εὐθυβολώτερον, οἷα εἰδότες, ὡς οὐδὲν ἀνύσουσι διὰ πολλά, τυχὸν δὲ καὶ διὰ τὸ βάρβαρον ἦθος, ὅπερ διαγράφει Εὐριπίδης ἐν οἷς αἰτιᾶται τοὺς Τρῶας, ὡς μὴ προσφερομένους τοῖς φίλοις καθάπερ ἐχρῆν.* Iam pergit Homerum interpretari: *ὀκνοῦσι γὰρ ἴσως ὑπερκινδυνεῦσαι τῶν νεηλύδων, ὧν οὐδὲν αὐτοὶ ἀπώναντο, καὶ εἰ τοῦτο ἄρα συντέθνηκε κατὰ τὴν παροιμίαν ἡ ἐκ τῶν Τρώων χάρις.*

xv. Priore loco Eustathius mea sententia ad aurigae convicia in Hectorem vss. 789. 790. et maxime vs. 820. sqq. respexit; altero ut potuerit ante oculos habere vs. 328.

χάρις γὰρ αὐτῷ Πριαμιδῶν ἀπώλετο,

tamen si quid video, omnino non fluxerunt verba ex Rheso dramate. Diversissima enim sunt *κατὰ τὴν παροιμίαν* et *κατὰ τὸν Εὐριπίδου Ῥῆσον*. Esse vero alius hoc proverbium demonstrare poterat Stobaeus, qui Serm. cxxvi. cum alia similia dicta attulit, tum n. 5. hoc Stesichori (fragm. inc. iii. ed. Gaisf.):

*θανόντος ἀνδρὸς πᾶσ' ἀπόλλυται χάρις.**)

Ad eadem etiam respicere mihi videtur aurigae convicia Eustath. Il. *κ'*. p. 815, 35. *οἱ ἐπίκουροι ἐπιτρέπουσιν ἑαυτοὺς τοῖς Τρωσὶν εἰς φυλακήν, κατὰ τό, σοὶ δὲ χρὴ ταῦ-*

*) Propter hunc locum et alios scripsi cum libris *ἀπώλετο* pro *διώλετο* vs. 328. Conferendus poeta, ut videtur Euripides (fragm. inc. 51), ap. Stobaeum l. l. n. 7. *τῆς εὐσεβείας δ' ἦν ἐν ὀφθαλμοῖς χάρις. Ἀπόλωλ', ὅταν τις ἐκ δόμων ἔλθῃ* [*κάτω*]. Adde versum in Append. Stobaei Gaisf. T. iv. p. 31. *Ἀμνήμονος γὰρ ἀνδρὸς ἀπόλλυται χάρις*, qui si Sophocli (fragm. 780.) tribueretur, *ὄλλυται* scribendum esset. Sed praestat opinor cum Bruncklo comici hunc versum putari. Denique Eur. Heracl. 438. *οὔτοι σοί γ' ἀπόλλυται χάρις.*

τα μέλειν νύκτας τε καὶ ἡμαρ; ὁ δῆπου ὠνειδίσθη πρὸς ἐπικούρου ὁ Ἕκτωρ, διὰ τὸ μὴ ἔχειν δῆθεν τὸ ἀναγκάζον ἑαυτοὺς ἀγρυπνεῖν.

xvi. Praeterea imitati sunt hanc tragoediam, ut mihi quidem videtur, Longus Pastorr. i. p. 18. Schaef. ut uberius exposui ad vs. 209., Parthenius c. 36. ut indicavi ad vs. 422., Dio Chrysost. or. lv. p. 561. Mor. v. ad vs. 841. et alibi fortasse. Quem cum viderimus alio loco hanc Rhesum expressisse, non difficile est in oratione Troiana eiusdem scriptoris, imitationis vestigia animadvertere. Intelligo or. xi. p. 181. Ἀχιλλέως τελευτήσαντος ὑπὸ Ἕκτορος ἐν βοηθείᾳ τῶν νεῶν οἱ μὲν Τρῶες ὥςπερ καὶ πρότερον ἐπηυλίσθησαν ἐγγὺς τῶν νεῶν, ὡς φυλάξοντες τοὺς Ἀχαιούς. ὑπώπτευον γὰρ αὐτοὺς ἀποδρᾶσαι τῆς νυκτός. (cf. vs. 53. sq.). ὁ δὲ Ἕκτωρ ἀνεχώρησεν εἰς τὴν πόλιν παρά τε τοὺς γονέας καὶ τὴν γυναῖκα χαίρων τοῖς πεπραγμένοις, ἐπὶ τοῦ στρατεύματος καταλιπὼν Πάριν. ὁ δὲ αὐτὸς καὶ τῶν Τρώων τὸ πλῆθος ἐκάθευδον ὡς εἰκὸς ἦν κεκοπωμένους καὶ μηδὲν προσδεχομένους κακόν, (cf. vss. 749. sqq.) ἔτι δὲ παντελοῦς εὐπραγίας οὔσης (cf. vs. 754.). Tum Graeci in Chersonesum fugiunt, quo non potuerunt sequi Troiani ob navium defectum, ibique manserunt rapinas exercentes, ne Troiani in Graeciam transirent. Quae dum geruntur Troianis auxilio venerunt Memno et Amazones, καὶ ἄλλο πλῆθος ἐπίκουρον, ὡς εὐτυχοῦντας ἐπυνθάνοντο τὸν Πρίαμον καὶ τὸν Ἕκτορα (cf. vs. 309. sq.) καὶ τοὺς Ἀχαιοὺς ὅσον οὔπω διεφθαρμένους πάντας, οἱ μέν τινες κατ᾽ εὐνοίαν, οἱ δὲ καὶ φόβῳ τῆς δυνάμεως. οὐ γὰρ τοῖς ἡττημένοις οὐδὲ τοῖς κακῶς πράττουσι, ἀλλὰ τοῖς νικῶσι καὶ τοῖς περιγενομένοις ἅπάντως πάντες ἐθέλουσι βοηθεῖν (cf. vss. 307. 309. 314. sqq.).

xvii. Hi sunt loci, quos partim interpretes, partim ego collegi. Quanquam non dubito, quin plures addi possint, si quis accuratius, quam factum est, Graecos scriptores perlustrare voluerit. Miror vero, quod nemo interpretum Romanos poetas advocaverit, qui tempus illud, quod inter grammaticos Graecos antiquissimos et Parthenium Dionemque Chrysostomum iacet explent. Et horum quidem Virgilium cognitam habuisse Rhesum, et sine testimonio probabile est, si eruditionem huius viri

spectaveris, et testari videtur laus, quam Doloni tribuit Aen. xii, 346.

Parte alia media Eumedes in proelia fertur,
Antiqui proles bello praeclara Dolonis;
Nomine avum referens, *animo manibusque parentem.*
Qui quondam, castra ut Danaûm speculator adiret,
Ausus Pelidae pretium sibi poscere currus:
Illum Tydides alio pro talibus ausis
Affecit pretio, neque equis adspirat Achillis.

Quem ad locum observat Macrob. Sat. v, 16. *Eumedes Dolonis proles bello praeclara, animo manibusque parentem refert, cum apud Homerum Dolo imbellis sit.* Itaque Virgilius videtur Euripidem secutus esse vs. 158. sqq., quanquam mentem eius non assecutus est. Nam imbellem etiam Euripides voluit Dolonem censeri a spectatoribus, quanquam sibi et Troianis callidissimus videretur et fortissimus.

xviii. Rectius *timidum* Dolona dixit Ovidius Ibid. 628. cf. Tristt. iii, 4, 27. — Particeps tamen est erroris eiusdem cum Virgilio Plautus Poenulo Act. iv. extr.

Nimis illic mortalis doctus, nimis versutus, nimis malus,
Superavit *Dolum Troianum* atque Ulixem Pseudolus,

sive Plautus ipse Euripidis mentem non intellexit, sive imitationes poetarum Romanorum eum fefellerunt. Itidem a Pindaro, qui dicitur, in Iliadis Epitome Doloni tribuitur *pectus sollers* vs. 707. et dicitur *fidens animoque manuque* vs. 714. Neque vero Ovidius non habuit cognitam Rhesum. Nam in Ibide vs. 626. sqq. haec leguntur:

Qualis equos pacto, quos fortis agebat Achilles,
Acta Phrygi timido est, nox tibi talis eat.
Nec tu quam Rhesus somno meliore fruaris,
Quam comites Rhesi tum necis, ante viae,

ubi verba *ante viae* aperte ex malorum descriptione fluxerunt apud Euripidem, quae passus est Rhesus in via ante adventum. v. vs. 423. sqq. Postremo Ciceronem quoque ex Rheso dramate verba pauca in epistolam quandam transtulisse non satis probabilis est coniectura Mureti Varr. Lectt. vii, 14.

xix. Magis etiam mirum est, quod nemo tragicos Romanos cum hac Rheso contulit,*) quanquam inter fa-

*) Haec diu scripseram, antequam mihi innotuit Welckeri censura libri Gruppiani l. infra l. p. 629. sqq. Iure hic vir do-

bulas Accii una commemoratur, quam Nyctegersiam s. Nyctegresiam vocavit, quamquo idem argumentum atque Euripideam ornasse, vel inde perspicuum est, quod grammaticus, qui Rhesi argumentum scripsit prius lin. 13. addit: *περιέχει δὲ Νυκτεγερσίαν* sc. Rhesus tragoedia. Etenim cum soleant tragici Romani in fabulis suis Aeschylum, Sophoclem, Euripidem sequi, in hac ab Accio Euripidem expressum esse, probari videtur eo, quod, ut grammatici loquuntur, *ἡ μυθοποιία παρ' οὐδετέρῳ κεῖται.* Neque alium quenquam scio poetam scenicum Graecum, qui eandem quam Euripides illustraverit materiam, nisi Eubuli comici huc referas Dolonem, cuius locos congessit Meinekius Quaest. Sc. iii, 20. Itaque nisi malueris statuere Accium solum Homerum ante oculos habuisse, necesse est ut ex hac Rheso eius tragoedia fluxerit. Quod mihi admodum probabile videtur ob locos nonnullos similes. Neque vero obstat, quod multa aliter atque Euripides instituit Romanus. Nam alia potest ab Homero petivisse, qui communis erat fons omnium poetarum, alia suo periculo mutasse, quandoquidem non verba sed vim Graecorum poetarum exprimere solebant tragici Romani, teste Cicerone Quaestt. Acad. i, 3., ne alios commemorem.

xx. Maxime vero in eo recessit Accius ab Euripide, quod duplicem scenam, Homerum opinor, imitatus, finxit. Id cur noluerit Euripides, apud quem *necessario* in castris Troianis tota agitur fabula capite secundo paragrapho xviii. exponam. Nam id quidem certo certius est, initium fabulae Romanae complexum esse ducum Graecorum concilium et Diomedis Ulixisque iter ad castra Troiana. Quod abunde probant fragmenta. Ita sine dubio Agamemnonis haec sunt verba ad reliquos principes, causam exponentis, cur nocturno tempore duces convocaverit, ap. Nonium v. *tumulti* (p. 484. ed. Mercer. Sedani 1614.)

Cuius vós tumulti caúsa accierim et quíd parem
Advórtite.

---

ctus mentionem fecit fabulae Romanae, quanquam de ipsis fragmentis componendis rarius assentiri possum. Omnium vero falsissimum videtur, quod legitur p. 631., discrepantias Graecae et Romanae tragoediae inde explicari, quod Accius non superstitem sed genuinam Euripidis Rhesum verterit. Hoc quot nominibus veri sit dissimile, non opus est dicere.

Eiusdem puto versum corruptum, ni fallor, apud eundem Nonium v. *fervit* (p. 503.)

— Classis aditus claúditur, fervít.

vel ut Mercerus exhibuit: *Classis adit, ocladitur, fervit.* Agamemnoni suadenti, ut princeps aliquis speculator castra Troiana subeat, Diomedes opinor se offert, cuius haec videntur verba apud Nonium v. *ruspari* (p. 166.)

Iubét nunc attentáre iubet nunc ánimus ruspárí Phrygas.

Ita enim videtur librorum scriptura: *Iube nunc attentare, iube nunc animo ruspari Phrygas* cum Mercero corrigenda, quod magis accedit ad Homericum (Il. κ', 220.)

Νέστορ, ἔμ' ὀτρύνει καρδίη καὶ θυμὸς ἀγήνωρ
ἀνδρῶν δυσμενέων δῦναι στρατόν, ἐγγὺς ἐόντων,
Τρώων,

quam altera eiusdem coniectura, probata a Bothio: *Iubet nunc attentare, iubet nunc animo ruspari Phrygas.* Certius etiam Diomedi, speculatum ituro et de socio assumendo interrogato, aliud tribuitur fragmentum ap. Nonium *de accusativo pro genitivo* (p. 500.), congruum Homericis l. l. vs. 243.

Án ego Ulixem oblivíscar unquam aut quénquam
praeponí velim *)?

xxi. Sequebatur altera pars et loci mutatio. Quod etiam si non probarent fragmenta, tamen certissime sumi posse contendo, res Dolonis et Rhesi in castris Troianis actas esse. Nam cum caedes Rhesi potissima sit huius fabulae pars, quis tandem sibi persuadeat haec ex sola tantum narratione Diomedis et Ulixis prodita esse spectatoribus? Neque vero sententiam meam fragmenta non confirmant. Nam Dolonis verba sunt, quae servavit Nonius v. *expedibo* (p. 505.), pro Achillis equis speculatoris partes suscepturi:

Cuncta éxpedibo; id módo iusiurandúm date.

Diomedis vero non possunt esse verba, quod voluit Welckerus p. 630., quia ei nullum iusiurandum datur. Post abitum Dolonis, veneritne Rhesus, an, ut apud Homerum iam praesens fictus sit, ex fragmentis nequit diiudicari.

*) Aliter atque Homerus et Accius rem exposuit Theodectes in Aiace ap. Aristot. Rhett. ii, 23. p. 1399, b, 28. Bekk. ὅτι ὁ Διομήδης προείλετο Ὀδυσσέα οὐ τιμῶν, ἀλλ' ἵνα ἧσσων ᾖ ὁ ἀχολουθῶν. Homeri vero verba exornat etiam Ulixes ap. Ovid. Metam. xiii, 239. sqq.

Adventum vero Diomedis et Ulixis cum res postulat, tum testantur Ulixis verba ad Diomedem ap. Nonium v. *lucti* (p. 485.):

Tún', quod superest sóciûm, mittis léto, an lucti poénitet?,

quae congruunt fere cum Euripideis vs. 606.

Διόμηδες, ἢ σὺ κτεῖνε Θρῄκιον λεών,
ἢ 'μοὶ πάρες γε, σοὶ δὲ χρὴ πώλων μέλειν,

quod moneo eorum causa, qui de Achille cogitarunt, cuius neque partes sunt in Nyctegresia, neque, si essent, haec verba apte ad Achillem dicerentur. Falso Vossius *poenitet* per *parum est* explicat, quod ipsius sententiae adversari videtur, siquidem contrarium expectatur. Sunt verba Ulixis, callide Diomedem stimulantis, ne sibi interficiendi Thraces sint, et *superest* pro *adest* sit dictum. Sensum hunc statuo: *Utrum tu Thraces interficere vis, an horres sanguinem gemitumque?* Quae Welckeri sententia sit p. 630., ego quidem non intelligo.

xxii. Minus certum locum cetera fragmenta habent. Velut quod legitur apud Nonium v. *textus et textum* (p. 227.):

— — Scandit aúra laterum téxta Volcaní vorax;

sic enim scribendum est cum viris doctis pro librorum lectione: *Scendit hora laterum* cet., et intelligendi sunt ignes, quos Graeci aut Troiani aluerunt ista nocte. Deinde Hectoris ad Dolonem potest esse versus ap. Nonium v. *levare* (p. 336.):

Illos suapte indúxit virtus, tú laudem illorúm levas,

collato Euripide vs. 159.. sq.

— — πατρὸς δὲ καὶ πρὶν εὐκλεᾶ δόμον,
νῦν δὶς τόσως ἔθηκας εὐκλεέστερον.

Denique quae extant itidem apud Nonium v. *grave* (p. 315.) verba, aut Hectoris ad Dolonem, aut Agamemnonis ad Diomedem esse videntur:

Id quód facis gratum ét grave est.

xxiii. Hos ii excipiant loci, qui cum dubitatione aliqua ad Nyctegersiam referuntur. Dolonis fuerint aut Diomedis verba, principis alicuius mortem promittentis, quae itidem extant ap. Nonium v. *sufferre* (p. 397.), et inter Clytaemnestrae fragmenta (xi.) leguntur:

Aut ego illum eripiam, aút illi poenas súfferam,

ubi Vossius: *Aldina citat ex Clytaemnestra, ea an-*

tiquior Mediolanensis ex Praegressia; MSS. Nyptaegressia, Iuniana et Merceriana Nyctegresia, quae vera absque dubio lectio est. Explicat eam vocem Festus in Egretus, ubi Noctisurgium interpretatur. Denique haud scio an verba potius Diomedis sint ex Nyctegresia, quam ex Diomede fabula, quae apud Nonium sunt v. *attendere* (p. 238. sive fragm. Accii Diomed. ii.):

Simul aúrem attendi, ut quírem exaudire ámplius,

quae respondent fere Graecis vs. 550. sqq. Huius modi errores in Graecorum poetarum fragmentis passim correxerunt viri docti.

xxiv. Postremo ex fragmentis Accii incertis cum quadam probabilitate referri huc poterunt fragm. viii. ap. Festum v. *sospes* (p. 519, 13.)

Si rite ad patriam sospes pervenisset,

sive aliter scripsit Accius, collato Rheso vs. 512., et fragm. xxvi. ap. Varronem de lingua L. vi. p. 96. Bip.

Iamque aúroram rutiláre procul
Cernó,

non dissimile est Rheso vs. 521. Sed plura afferre abstineo, quia nolo in rebus incertis diutius patientiam lectoris ludere, cum supersit quaestio gravissima. Quare quanquam videtur in fabula quam Epinausimachen nuncupavit, transtulisse quaedam ex Euripidis Rheso Accius, ut v. c. docere potest fragm. ii. ap. Nonium v. *exercili* (p. 485.)

— Cóntra quantum obfúeris si victús sies
Consídera et quo révoces summam exércitus,

quae plane respondent Euripideis vs. 115. sqq. tamen, quia incerta sunt, nolo ea persequi. Itidem quia reliquorum tragicorum Romanorum non nota est Rhesus fabula vel Nyctegresia, idemne argumentum tractaverint, necne, discerni nequit.

xxv. Restat, ut quae hactenus disputata sunt, breviter repetam. Vidimus Euripidis Rhesum ab hominibus quibusdam nobis ignotis ob Sophocleum characterem in suspicionem esse vocatam; sed in Didascaliis Euripidis nomine fuisse notatam. Eidem poetae tribuisse et alios grammaticos et utriusque scholae principes, Aristarchum dico cum Dionysodoro et Parmenisco et Cratetem. No-

tam vero fuisse viris doctis et grammaticis cuiusvis fere seculi. *) Hinc ad recentiorum transimus placita.

B. *Recentiorum placita.*

xxvi. Quo constantius eadem apud veteres per omnia secula valuit sententia, Rhesum superstitem ab Euripide Mnesarchi filio scriptam esse, eo magis de auctore huius fabulae recentiores dubitaverunt, ut in diversissimas partes abirent viri in his litteris primarii. Quorum primus, quantum scio, hanc quaestionem attigit Iosephus Scaliger, qui solo, ni fallor, argumenti Graeci loco, supra laudato, motus, Euripidis Rhesum esse negavit, antiquissimam esse fabulam nec Sophocle indignam asserens. Sed quo sententia eius omnibus pateret, quia vulgo falso de eo refertur, ipsa verba summi viri subieci. Ad Manilium prolegg. p. vi. sq. scribit: *Auctor Rhesi tragoediae vetustissimus, qui sine dubio non est Euripides, scribit Vergilias eminere supra finitorem,* cet, quae hic non refert transcribi. Pergit deinde: *Quod cum et iste auctor fecerit, sive is Sophocles, sive alius, sane non potuit nisi summus vir esse, qui praeter rationes civilis tetraëteridos, etiam ex phaenomenis et ex astrologia, quae tum inter nationes Graeciae locum habebat rem propositam demonstraret. Ex quo accidit, ut propterea, quod Euripides cum Eudoxo in Aegyptum profectus inde quaedam de Planetis in Graecia primus vulgaverit, ut produnt priscae historiae, propterea veteres critici tragoediam Rhesum illi attribuerint,* ὅτι, *inquiunt,* ἡ περὶ τὰ μετάρσια ἐν αὐτῇ πολυπραγμοσύνη τὸν Εὐριπίδην ὁμολογεῖ, *innuentes locum illum, qui a nobis iam explicatus est: quanquam character grandiloquentioris poetae foetum arguit, puta Sophoclis,*

*) Minus recte in commentatione mea de Rheso, capite hoc extr. l., legitur p. 10., authentiae testem quovis fere seculo extare. Verius dixissem: *notam et lectam fuisse Rhesum, ex quovis fere seculo testem nos etiamnum posse proferre.* Quanquam hoc parum refert. Nam cum summis grammaticis genuina visa sit, Plutarchorum, Stobaeorum, aliorum huius generis auctoritas, non multum ponderis addit. Accedit, quod vix dubitari potest, quin ii genuinam habuerint, qui dignam censerent, quam imitarentur.

et vereor ut haec tam vere Euripides referre potuerit. Id ut dubitem, facit locus ex Iphigenia in Aulide in re simillima: Σείριος ἐγγὺς τῆς ἑπταπόρου Πλειάδος ἀΐσσων Quomodo non consuluit oculos suos, ut posset videre quantum intervallum sit inter Sirium et Ursam maiorem? Haec ergo fuit rudiorum illorum rudior astrologia. Non detrectavi hunc locum longiorem transcribere, quo quid huic viro visum fuisset, omnibus constaret. Solum argumentum astronomicum, si vera traderet Scaliger, vim aliquam esset habiturum. Sed de hoc loco uberius disputavimus cap. v, 13. sqq. Quae vero de charactere grandiloquentioris poetae dixit, ea ex solo Graeco argumento fluxerunt. Similiter idem Scaliger ad Virgilii Culicem [Virgil. Catalect. LBat. 1617.] p. 31. scripsit: *auctor tragoediae Rhesi, non enim est Euripides.*

xxvii. Scaligeri sententiam probasse dicuntur Florens Christianus, Dan. Heinsius animadvv. in Senecae tragoedias, Andr. Schottus, quos commemorasse sufficiat. Recentiorum qui idem fere statuerint, infra enumerabuntur. Sequitur Sam. Petitus, cui non solum aliquanto peior videbatur tragoedia quam Scaligero, sed qui novam etiam de auctore coniecturam protulit. Verba eius haec sunt Miscellan. iii, 22. p. 185. sq.: *Tragoediae Rhesi quis auctor non sit facilius dici potest, quam demonstrari, quis sit ὁ τοῦ παιδίου πατήρ. Sophocli vero aut Aeschylo adscribi non posse oeconomia huius fabulae a Sophoclea longe diversa et dictionis character ab illo utriusque plane alius nullo negotio evincunt. Dicemusne auctorem illius fuisse Aristarchum poetam tragicum non incelebrem, Euripidis aequalem? Videtur posse colligi e Didymi commentariis ad hunc Homeri versum e Graecorum exploratorum prece Iliad. κ'.* [vs. 281. sq.]:

Δὸς δὲ πάλιν ἐπὶ νῆας ἐϋκλείας ἀφικέσθαι
Ῥέξαντας μέγα ἔργον, ὅ κε Τρώεσσι μελήσει —

μέγα ἔργον, μεγάλην πρᾶξιν. Ἀρίσταρχος δέ φησι τὸ φονεῦσαι Ἕκτορα. Quod ab Aristarcho proditum dicit Didymus, habes in hac tragoedia Rheso [vs. 559. sq.]:

καὶ μὴν Δόλων γε τάσδ' ἔφραζεν Ἕκτορος
κοίτας, ἐφ' ᾗπερ ἔγχος εἵλκυσται τόδε.

Verum haec arbitraria sunt. Haec quoniam vel Petito, infelici si cui critico (v. not. ad vs. 534.), non magni momenti videbantur, satius est, silentio praetermitti.

Nam id quidem non difficile est intelligere, ab Homeri interprete Aristarchum grammaticum commemorari, quem, quoniam ut supra vidimus hancce Rhesum novit et commentario illustravit, verisimile est ex hoc Rhesi loco μέγα ἔργον per τὸ φονεῦσαι Ἕκτορα explicuisse. Petiti tamen coniecturam de Aristarcho tragico amplexus est Schoellius hist. litt. Graec. T. i. p. 264. ed. Germ. Ceterum primus conatus est Petitus ex oeconomia fabulae ostendere, saepe peccatum esse a poeta, neque dignam esse Euripide, de qua dissertationis parte ita iudicat Valckenarius p. 93. b.: *Docte Sophocli fabulam abiudicat et Euripidi, utiturque in eam rem argumentis haud contemnendis.* Contra nos affirmamus et ostendimus cap. ii., multos locos fabulae non intellectos esse a Petito, quid vero leges dramatis postularent, id eum omnino non perspexisse.

xxviii. Post hanc coniecturam alia est commemoranda, quae ad recentissima usque tempora fere valuit et a viris primariis sustentata est. Eam primus commendavit M. Anton. Delrio prolegg. in Senecam p. xxii. [in Syntagmate Tragic. Lutet. Paris. 1620.], sive quod locus in argumento Graeco iam saepius commemoratus ei negotia facessivit, sive quod vidit varias tum de hac Rheso proferri coniecturas, ne ἀσύμβολος hanc quaestionem relinqueret, cum Euripide Mnesarchi filio minorem Euripidem confusum esse ratus. De Delrione ita Valckenarius p. 95. a. disserit: *Huic cognomini fratris filio, velut auctori tragico, tria Suidas attribuit dramata, Orestem, Medeam, Polyxenam: ego et Rhesum illi tribuerim, inquit Mart. Anton. Delrio Proleg. in Senecae Trag. p. 22. Quae non sanequam absurda est suspicio: nec enim tum longe quaerendum, cur alterius Euripidis dramati inter nobiliora locus fuerit concessus.* Cf. eundem p. xxi. *nam Rhesus Euripidis non est.*

xxix. Quam coniecturam, qui ante Hermannum de Rheso sententiam dixerunt, probavere plerique omnes. Quorum primus nominandus est Iac. Hardionius. Qui cum ex fabulae oeconomia neque Euripidem neque Sophoclem Aeschylumve Rhesi auctorem esse posse, demonstrasse sibi visus esset, Delrionis opinioni calculum suum adiecit, dubitanter alia etiam prolata coniectura de qua infra dicetur. Commentationi nomen est: *Dissertation sur la tragédie de Rhésus* in *Memoires de Litterature de l'Acad. Roy. des Inscr. et B. L.* T. x. p. 323. sqq., quam

in epitomen redegit Welckerus l. infra l. p. 651. sqq. Eandem causam susceperunt, et cum fabulae oeconomia tum dictione examinata non sine doctrinae importune impensae crimine stabilitum iverunt L. Casp. Valckenarius *Diatribes in Euripidis perditorum dramatum reliquias* cap. ix. et x. et Chr. Dan. Beckius in *Diatriba critica de Rheso supposititio Euripidis dramate*, quae extat in editione Euripidis Barnesio-Musgraviana T. iii. p. 444. sqq. Quorum Valckenarius p. 95. b. sibi iam diu visum esse dicit cum Hardionio, Rhesum drama nec Euripidis esse neque Sophoclis. *Sophoclea quidem insunt non pauca*, inquit; *loquendi quoque formulae ab Aeschylo et Euripide transsumtae; sed ab Aeschyleis diversissimum, drama in universum non Sophocle tantum, sed et indignum arbitror Euripidis persona. Horum ingenia qui cognoverint mecum opinor fatebuntur ab utriusque ingenio alienissima huic fabulae inesse lineamenta.* Eadem et Beckii sententia erat, neque aliter statuit olim Aug. Boeckhius, qui Delrionis opinionem tuitus est et in *libro, quem de tragicis Graecis* scripsit c. xviii. p. 228. sqq. et ad *Corpus Inscr. Graec.* T. i. p. 349. sq. Deinde vero postquam cognovit scholia Vaticana, retractavit sententiam in *secunda de Sophoclis Antigona commentatione* in Actis Academ. Boruss. 1828. p. 110. not. 1., celebrem Euripidem auctorem statuens.

xxx. Ulterius progressus est Godofr. Hermannus. Qui cum olim in dissertatione quam inscripsit: *Observationes de Graecae linguae dialectis* p. ix. sq. (Opuscc. T. i. p. 136.) et in *Elementis doctrinae metricae* p. 124. neque Athenis fabulam scriptam esse contendisset, neque tam brevi intervallo contingere aetatem Euripidis, atque putassent Delrio et qui eum secuti essent: id accuratius sibi docendum elegit Car. Morstadtius in libello, quem Germanice de Rheso edidit ita inscriptum: *Beitrag zur Kritik der dem Euripides zugeschriebenen Tragödie Rhesos. Heidelb.* 1827. Studuit vir doctus argumentis aestheticis demonstrare, tam male Rhesum drama esse compositum, ut non posset ab Euripide celebri scriptum esse, sed aevum Alexandrinum redoleret. Quo nisus argumento scriptam quidem esse Rhesum ab Euripide contendit, sed superstitem non Euripidis, sed poetae Alexandrini esse, postea pro Euripidea fabula haberi coeptam. Quam coniecturam ingenii et doctrinae quibus

pollet copiis Hermannus illustravit in *dissertatione de Rheso*, tertio Opusculorum volumini inserta inde a p. 262. *) De qua opinione, quoniam capite tertio examinandam sumsi et refutandam, non opus est hic pluribus disserere.

xxxi. Haec sententia nostris temporibus multorum fulisse videtur assensum, nescio an magis ob auctoris praestantiam, quam ob argumentorum vim. Unde factum est, ut Frid. Lindemannus in programmate de Rheso edito (*Ad annuam lustrationem Gymnasii Zittaviensis a. d. xxiv. mens. Mart. mdcccxxxiv. Praemittuntur emendationes ad Rhesum atque eiusdem fabulae interpretatio Teutonica*), cui praeter novas paucissimas Hermanni coniecturas, excepta interpretatione saepe falsa maximamque partem horrida atque aspera nihil paene novi inest: hinc accidit, inquam, ut Lindemannus non dubitaret scribere p. 16.: *Qui illas rationes, quas Hermannus de seriori aetate Rhesi deque aperta veterum tragicorum imitatione attulit, vinci posse aut refutari arbitratur, eum non veritatis indagandae sed ludi faciundi causa scribere, persuasissimum habeo.* Haec e cathedra pronuntiare potuit iudex non gravissimus. **) Ego contra affirmare possum, me solius veritatis causam suscepturum mihi videri, si Hermanni coniecturam refutare conabor. Quodsi argumenta mea, quibus Hermanni opinionem infringere studui, posse evellere sibi visus fuerit Lindemannus, sique me non indignum iudicarit, quem errores dedoceat, maximas ei gratias agam et habebo.

xxxii. Ut extrema sequi solemus, ita in prorsus contrarias partes abiit O. F. Gruppius in libro, cui no-

*) Falso V. D. in censura Opusculorum Hermanni in *N. Jahrbb. f. Philol. u. Paedag.* i. p. 208. dicit: *Ein neu hinzugekommener Aufsatz ist die im dritten Bande befindliche, gegen Morstadts Schrift gerichtete dissertatio de Rheso tragoedia.*

**) Lindemanni peccata in commentario multis locis notavi, quos taedet afferre. Quo magis miror censuram viri docti in *N. Jahrbb. f. Phil. u. Paed.* xi. p. 239. *Herr Lindemann hat in der gelehrten (?) Abhandlung nach einigen Vorerinnerungen über das Stück überhaupt eine Reihe (?) recht braver (?) kritischer Bemerkungen zu demselben gegeben, welche für die Textesverbesserung von nicht gemeiner Wichtigkeit (?) sind, und sich besonders an Hermanns Verbesserungen anlehnen. Diesen folgt eine gelungene (?) metrische Uebersetzung des Stücks, welches Herr L. in den Zeiten der ersten Ptolemäer verfaßt sein läßt.*

men indidit: *Ariadne, oder die tragische Kunst in ihrer Entstehung und in ihrem Zusammenhange mit der Volkspoesie.* Is examinata Hermanni coniectura, grammaticorum quorundam in argumento Graeco proditam sententiam confirmare studet, cum fabulae oeconomiam Sophocli prodere auctorem ratus, tum posse idem ex historicis argumentis confici; esse enim hoc drama ex prima Sophoclis tetralogia, qua Aeschylum vicerit — v. librum l. c. vii—x. p. 285—364. Quae quoniam uberius capite iv. examinavi, sicco pede praetereo, hoc solum adiiciens, laudem deberi huic viro docto, melius de tragoediae compositione, quam factum erat, disputasse et Hermanni rationes acute interdum refutasse. Qui Gruppii secutus sit opinionem nescio neminem praeter Arn. Rugium in *Allgem. Litteraturztg. Iuli* 1835. n. 121. 122. Ceteri, quantum scio, qui de hoc libro sententiam dixerunt, improbaverunt omnes.

xxxiii. Consentaneum est, alios viros doctos propius a vero abfuisse. Quod dictum volo de Car. Lachmanno, Fried. Theoph. Welckero, Aug. Matthiaeo, et si qui alii antiquam quidem esse hanc Rhesum statuerunt, sed non dignam Aeschylo, Sophocle, Euripide. Quorum primus Lachmannus ita se Hermanni coniecturae opposuit in libro *De choricis systematis tragicorum Graecorum* p. 116. sq.: *Caeterum is poeta, qui Rhesum scripsit, carmina chorica ad eamdem plane rationem contexuit, quam Sophocles et Euripides in antiquissimis earum fabularum, quae exstant, seculi sunt; quapropter mihi difficile est illum poetam cum Hermanno ad seriora tempora detrudere, praesertim cum eum Aeschylum saepe imitari videam, non Sophoclem aut Euripidem, totam autem fabulam non tam τὸν Σοφόκλειον χαρακτῆρα prodere, quam Aeschyleum.* Quae sententia viri praestantissimi eiusque praeceptoris dilectissimi digna est, quae accuratius expendatur, praesertim cum eandem paucis annis post tuendam duceret etiam Matthiaeus in dissertatione de Rheso, notis in hanc fabulam praemissa T. viii. p. 2. sqq., quanquam hic quidem vir doctus postea eorum probavit sententiam, qui Euripidem fabulae auctorem dixerunt. *)

*) Eurip. Opp. T. viii. p. 445. in addendis, quod fugit viros doctos, ubi ita scribit: *Itaque nec hoc plane abiiciendum videtur, quod scholia ad vs.* 529. *huius fabulae adscripta, citata*

Maxime vero, accuratius hanc sententiam examinari, requirit Welckeri censura libri Gruppiani in *Zeitschrift für Alterthumswissenschaft* 1834. n. 76. sqq. p. 609 – 670., qui etiam post Hermanni et Gruppii disputationes incertum esse auctorem pronuntiavit, sed aequalem Sophoclis Euripidisque. Quare de ea dictum est cap. iv.

xxxiv. Restat ut ceteros alicuius nominis recentiores, qui Euripidi hanc tragoediam abiudicarunt, hoc loco commemorem. Quorum primum nominare decet Aug. Guil. Schlegelium, postquam monuit, non probare multum argumenta virorum doctorum contra authentiam prolata, ita disserentem in libro laudatissimo: *Ueber dramatische Kunst u. Litter.* T. i. p. 263. *Dem zufolge würde ich, wenn das Stück dem Euripides abgesprochen werden soll, auf einen eklektischen Nachahmer rathen, aber eher aus der Schule des Sophokles als des Euripides, und zwar wenig spätter als beyde. Dieſs schlieſse ich aus der Vertraulichkeit mancher Auftritte, indem sich damals die Tragödie zum bürgerlichen Schauspiel hinneigte, denn spätter in der Alexandrinischen Zeit verfiel sie in den entgegengesetzten Fehler, in Schwulst.* Quibus verbis si vere huius tragoediae characterem delineavit Schlegelius, prorsus convenit iis, quae de se praedicat Euripides Aristophaneus Ran. 937. sqq. At vereor, ut satis recte iudicaverit vir ingeniosissimus. Alii vero incertum reliquerunt, quo tempore hanc fabulam scriptam censerent, ut Elmsleius ad Heraclidas, Medeam, Bacchas *Incertum Rheso* laudat, et disertius ad Med. p. 55. ed. Lips. *Rhesus enim non est Euripidis*, quanquam idem postea ad vulgarem sententiam rediit. v. infra §. xxxv. *Tragici Rhesum* citavit Reisigius praef. ad Soph. Oed. C. p. xxxix. Ad *Auctorem Rhesi* provocat Monkius ad Eur. Hipp. 521., quem censet versum ex Euripidis Hippolyto sumsisse. Nec Porsonus nomen poetae addidit, ut etiam Blomfieldius, qui verbi c. Gloss. ad Aesch. Sept. 444. *Incertum Rhesi auctorem* nominavit, Aeschyli studiosissimum.

xxxv. Sed haec sufficiant, quanquam facili negotio augeri possunt. Superest enim, ut de iis dicam, qui me-

---

ab Elmsleio ad Soph. Oed. Col. p. 302. *not. memorant* Κράτης ἀγνοεῖν φησί κτλ. Idem in Grammaticae Graecae ed. ii. sub finem libri semper scripsit *Euripides Rheso*, cum antea dedisset *Incertus Rheso* vel *Auctor Rhesi*.

cum Euripidem Rhesi putant auctorem. Neque enim ulla aetate defuerunt, qui codicibus fidem haberent. Et Boeckhium quidem, et Matthiaeum retractasse suas sententias supra significavi §. xxix. et xxxiii. Idem de Elmsleio dicendum, qui scripserit ad Soph. Oed. C. 1518. not. laudato Cratetis loco ap. schol. Vatic.: *Si iuvenis Rhesum docuit Euripides, non mirum eam ceteris eiusdem poetae tragoediis tam dissimilem esse.* Eadem, nondum cognitis scholiis Vaticanis Frid. Bothii erat coniectura, qui p. 57. not. *Sane,* inquit, *id illos* (didascaliarum auctores) *non facturos fuisse puto, nisi aequales fabulam ad Euripidem retulissent. Qui ut in multis impar hic sibi sit, quid tum postea? Mutamur homines imparesque sibi sunt Shakspearius, Schillerus, Goethius, alii adeo, ut vix eosdem agnoscas.* Etiam Dindorfii Euripidem fabulae putant auctorem, quorum Guilelmum audio ab amicis quibusdam, quemadmodum Alcestis pro satyrica docta est, ita Rhesum quoque quartum tetralogiae locum obtinuisse credere. Quae cur non probanda videatur sententia, dicetur infra c. v, 4. Ultimo loco Aug. Lobeckium liceat adhibere, virum omnibus ingenii doctrinaeque copiis ornatum, qui Euripidis nomine Rhesum laudat Aglaoph. p. 239. Sophocl. Ai. p. 165. p. 169. cet. ed. sec.

xxxvi. Omnes hi viri docti, quos postremo commemoravi, non quod drama characterem Euripideum prae se ferre sibi videretur, Euripidem, opinor, huius tragoediae auctorem dixerunt, sed quia argumenta, quibus hanc fabulam ereptum iverunt Euripidi, non satis idonea iudicarent ad fidem Didascaliarum infrigendam. Contra iam olim Barnesius et Carmelius (si fides est Gruppio p. 323. sq.) prorsus Euripideum ingenium prodere Rhesum contenderunt. Quorum ille ad vs. 430. suae editionis scripsit: *Si qua mihi in his rebus perspicacitas, non modo Sophoclei characteris omnino nihil sapit, sed totum penitus Euripidem ad vivum exprimit. Hoc centum plus instantiis possem probare.* Aliis locis quasdam dictiones cum Euripideis contulit, quanquam hodie saltem non sufficit eius defensio. Nobis vero quanquam non summus criticus videtur Barnesius, tamen non dubitamus eius sententiam subscribere. Nam licet in multis dissimilis haec Rhesus sit reliquis Euripidis tragoediis, tamen insunt haud pauca, quae artem et ingenium huius poetae produnt. Id infra cap. v. demonstrabo, quatenus pro-

misi nuper in commentatione *De auctore Rhesi et tempore quo docta sit*, excusa in *N. Jahrbb. f. Phil. u. Paed. Supplem. B.* iv. p. 5. sqq., ubi Hermanni et Gruppii opiniones confutare studui et in tempus actae fabulae inquisivi. Sed antea de oeconomia tragoediae disserendum est et alia exponenda.

CAPUT SECUNDUM.

DE OECONOMIA FABULAE.

i. Quae est hominum levitas, solent plerique aliis auctoribus contemnere, quae ipsi ne noverint quidem. Haec enim optima est ignaviae excusatio, utque non difficile est inventa aliorum non examinata subscribere, ut faciebant pedarii quos Cicero nuncupat sive agipedes Lucilii, ita ne periculosum quidem videtur nec turpe habetur cum magno cecidisse viro. Quae meditanti mihi, quomodo factum sit, ut Rhesus contemneretur a plerisque omnibus, sola visa est causa. Etenim cum pauci oeconomiam huius tragoediae examini subiecissent iique non satis idonei iudices in his rebus, plurimi horum edicta secuti sunt, ne lecta quidem fabula, vel non libero saltem iudicio rem examinantes. Et est sane magni ingenii contemnere aliquid, quod alii admirantur, habeturque ingeniosius. Contra nos id solum postulamus ab iis, qui cum supercilio Rhesum despiciunt, ut cognoscant fabulam. Nam aut fallor, aut non minus turpe est, quae laudem merentur negligere, quam admirari ea, quae non digna sunt admiratione. Iis vero qui tardiores sunt, quam ut velint aut possint pernoscere artem in hac tragoedia condenda positam, succurrere statui, ut ante auditam alteram partem ne damnarent, quoque perspiceretur, me non obloquendi studio ductum, contrariam viris doctissimis sententiam professum esse, sed solius veri rationem habuisse.

ii. Ubi Aristoteles de officio poetae in specie praecipit (Poet. c. xiv. p. 1453. b. 22. Bekk.), inter alia haec monet: *τοὺς μὲν οὖν παρειλημμένους μύθους λύειν οὐκ ἔστι· λέγω δὲ οἷον τὴν Κλυταιμνήστραν ἀποθανοῦσαν ὑπὸ τοῦ Ὀρέστου καὶ τὴν Ἐριφύλην ὑπὸ τοῦ Ἀλκμαίονος· αὐτὸν*

δὲ εὑρίσκειν δεῖ καὶ τοῖς παραδεδομένοις χρῆσθαι καλῶς, quae verba regula esse possunt, si quis iudicium de fabula aliqua ferre voluerit. Nam ubi mythum penitus cognoveris, ea facile dignosces, quae mutari non debeant. Deinde si discernere studueris, quid poeta traditum repererit, quidque ipse de suis copiis addiderit novaveritque, sine negotio aequum iudicium de praestantia aut pravitate operis cuiusvis poetici fieri poterit. Quare examinaturo mihi malene an potius bene Rhesum drama composuerit auctor, quo rectius iudicare possem, quidquid ex hoc mytho conquirere potui, visum est in hunc locum colligere et in examen vocare, ne id quod ex mythi natura suspensum erat et mutari non poterat vitio verteremus poetae, et contra ne laudaremus magnopere, quae antea inventa esse probari posset. Hic canon qui praecipue ibi valebit, ubi plures poetae eandem fabulam tractaverunt, velut in Electris, etiam in Rheso, fabula post Homerum praeter Euripidem a nullo poeta antiquiore uberius illustrata, non sine fructu in usum vocabitur. Quare nolim irasci mihi lectores, quod in materia per se satis ampla admiscuerim aliena.

iii. Primi quatenus notum est fabulam de caede Dolonis et Rhesi tractarunt Homeridae Iliadis libro decimo, qui *Δολώνεια* sive *Νυκτεγερσία* inscriptus, a Pisistrato demum dicitur Iliadi insertus — v. schol. ad Il. *κ'*, 1. Eustath. p. 785, 41. cf. Wolf. Prolegg. p. exlvi. sq. *Νυκτεγερσίας* nomen praeter Accium grammaticus in argumento Rhesi (v. supra i, 19.) adhibuit eratque genuina, ut videtur, inscriptio decimi Iliadis libri. v. schol. et Eustath. ad vs. 1. et Zoilum et Zopyrum ap. schol. ad vs. 274. (p. 288, a, 12. et b, 4. Bekk.) cf. Bekker. anecdd. p. 768, 28. Eustathius tamen l. l. scribit: *πολλοὶ δὲ τῶν παλαιῶν καὶ Δολώνειαν* *) *ταύτην ἐκάλεσαν*, etiam aliud nomen *Δολωνοφονία* commemorans. Post poetam epicum quanquam Pindarus quoque de Rheso cecinisse traditur, explicatius eandem fabulam illustrandam elegit Euripides et apud Romanos Accius. Attigerunt deinde fabulam Virgilius, Ovidius, Pindarus, qui dicitur, in Iliadis Epitome 698. sqq. Claudianus xxviii, 470. sqq. Dictys, qui dicitur, Cretensis ii, 37. et 45. sqq. Cono

*) De varia forma *Δολώνεια* et *Δολωνία* v. Lobeck. ad Soph. Ai. p. 116. sq.

narr. 4. Dio Chrysostomus or. lv. p. 561. D. Mor. totus ab Homero pendens, Tzetzes Chil. iv. 965. sqq. Euripidem secutus, alii quos suo loco commemorabo. A quibus quaedam traduntur quae neque apud Homerum neque apud Euripidem compareant, unde coniecturam fieri licet, alios poetas epicos, quorum memoria periit, eandem rem tractasse. Addo locum huc pertinentem ex Tabula Iliaca (et apud alios et apud Müllerum de Cyclo Gr. ep. p. 152. sqq.), ubi lin. 27. sqq. legitur post legationem ad Achillem irritam: *οἱ δὲ ἀριστεῖς ταῦτ' ἀκούσαντες κατασκόπους πέμπουσιν Ὀδυσσέα καὶ Διομήδην. οὗτοι δὲ Δόλωνι συντάντήσαντες ὑφ' Ἕκτορος ἀπεσταλμένῳ κατασκόπῳ, πυθόμενοι παρ' αὐτοῦ τὴν τάξιν τῶν τὸ στρατόπεδον φυλασσόντων, αὐτόν τε διαφθείρουσιν καὶ Ῥῆσον τὸν Θρᾳκῶν, μετ' αὐτοῦ δὲ καὶ ἄλλους, καὶ λαβόντες τὰς ἵππους ἐπὶ τὰς ναῦς ἐλαύνουσιν. ἡμέρας δὲ γενομένης μάχην συνάπτουσι κτλ.*

iv. Pater Rhesi ab Homero traditur Ἠϊονεύς Il. *κ*, 435.

ἐν δέ σφιν Ῥῆσος βασιλεύς, παῖς Ἠϊονῆος.

Quocum facit Dict. Cret. ii, 45. Contra Euripidi et iis, qui post hunc scripserunt, Strymo vocatur — v. Plutarch. qui dicitur de fluvv. xi. p. 453. T. vi. Tauchn. Scriptores ap. schol. Rhesi 336. Apollodor. bibl. i, 3, 4. Virgil. Culic. 327. Conon. narr. 4. schol. Il. *κ*, 435. — Eustathius ad Il. *κ*. p. 817, 25. *οἱ νεώτεροι*, inquit, Strymonem eius patrem dixerunt, quo nomine saepissime tragici opponuntur Homero. cf. Mützell. de theog. Hesiod. p. 74. Utramque famam ita componit Cono l. l. ut de Strymone disserens, adiiciat: *οὗ καὶ ὁ πάλαι Ἠϊονεὺς ποταμὸς ἐπώνυμος*. Servius denique ad Virg. Aen. i, 469. Rhesum Thraciae regem, Martis, secundum alios Hebri vel Strymonis filium tradit, quae nescio unde petivit. Fratres eius Brangas dicuntur a Conone et Olynthus.

v. Mater Rhesi neque ab Homero commemoratur, neque apud Euripidem nomen extat, qui solum prodidit eam ex Musarum numero fuisse. Argutius enim Welckerus p. 634. videtur disputare, colligens ex eo, quod vs. 380. Rhesus vocetur *παῖς τῆς μελῳδοῦ μητέρος, Μουσῶν μιᾶς* cf. vs. 341. quodque vs. 635. nominet eum Pallas *τῆς ὑμνοποιοῦ παῖδα Θρήκιον θεᾶς Μούσης*, iuxta Euripidis sententiam Clius filium fuisse Rhesum.

Quae coniectura per se non est probabilis, cum quamvis Musam ὑμνοποιὸν vocare possis, tum mos est Euripidis nomina tacere, quem characterem notavit interpres ad Med. 169. Matth. τοῦ Εὐριπίδου μήτε ἐνταῦθα μήτε ἐν τῷ Αἰγεῖ δηλώσαντος τὸν Ἄψυρτον ὀνόματι. Itidem Creontis filiae nomen in Medea nusquam prodidit, de quo v. schol. ad vs. 19. Musam tantum etiam Cicero nominavit. v. infra v, 30. Contra alii matris eius mentionem fecerunt, ut adeo quatuor diversae sententiae supersint. Secundum Apollodorum in biblioth. i, 3, 4. Rhesus Euterpes filius est, quem alii Calliopes dicerent. Hoc qui praeterea tradiderit novi neminem, Euterpes vero filium prodidit iterum Apollodor. ap. schol. Rhes. vs. 336. lin. 20. Heraclitus ibid. lin. 14. schol. Rhes. 380. Eustath. ad Il. κ'. p. 817, 25., scholl. ad Il. κ', 435. Servius ad Virg. Aen. i, 469. Terpsichorae tribuerunt schol. Il. κ', 435. et argumentum Rhesi lin. 2. Clius denique statuit Marsyas ap. schol. Rhes. 336. lin. 4. et schol. Rhes. 380.

vi. Quomodo filium conceperit Musa et a choro exponitur vs. 341., tum uberius ipsa enarrat vs. 900. sqq., ubi fatetur se ad certamen cum Thamyra profecturam Strymoni clam nupsisse; filius vero, ob pudorem a se in patris undas abiectus ut a Nymphis fluvialibus nutriretur, curasse Strymonem, quarum ope laetissime efloruerit. A se totius Thraciae regem factum esse Rhesum, gloriatur Hector apud Euripidem vs. 393. sqq., cui antea parvum tantum regnum fuerit, quod fictum tantum videtur, quo appareret debuisse Rhesum Hectori ἐν μέρει opem ferre. Id quod multae impediebant causae, quominus faceret Rhesus. Nam ut apud Euripidem Rhesus narrat vs. 413. sqq. obstabat bellum Scytharum, ut Musa ib. vs. 887. 919. sqq. a se et patre deterritus, ne fata expleret, tam diu cunctatus est; Parthenius denique Arganthones uxoris carissimae vinculis obstrictum remansisse tradit.

vii. Sed quaqua causa retinebatur, plurimis Hectoris legationibus arcessitus (v. vs. 386. sqq. 921. Parthen. l. l. μετήεσαν αὐτόν), decimo anno belli Troiani, aut victis Scythis (cf. ad vs. 422.), aut donis et precibus Troianorum superatus, sive *pacta* etiam *mercede*, ut tradit Dict. Cret. ii, 45., ea nocte *) advenit, qua Troiani

*) Aliter Dictys Cret. ii, 45. qui de Rheso: *Is incidente ve-*

superiores erant et e regione Graeci exercitus castra posuerant. Adventum eius uberius descripsit Euripides, dum apud Homerum incertum ex quo tempore praesens fingitur v. vs. 440., quanquam non diu affuisse Dolonis verba docent vs. 434.

Θρῄκες οἷδ' ἀπάνευθε νεήλυδες, ἴσχατοι ἄλλων.

cf. vs. 558. Id saltem etiam Nestoris verba vs. 548. sqq. probant, nondum cum Graecis manus conseruisse Thraces.

viii. Paullo aliter rem tractavit Pindarus. Etenim schol. ad Π. κ', 435. (v. fragmm. ed. Boeckh. p. 652.) διάφορος δέ, inquit, τῶν καθ' αὐτὸν γενόμενος (Rhesus) ἐν πολεμικοῖς ἔργοις ἐπῆλθε τοῖς Ἕλλησιν, ὅπως Τρωσὶ συμμαχήσῃ, καὶ μίαν ἡμέραν συμβαλὼν πολλοὺς τῶν Ἑλλήνων ἀπέκτεινεν. δείσασα δὲ Ἥρα περὶ τῶν Ἑλλήνων Ἀθηνᾶν ἐπὶ τὴν τούτου διαφθορὰν πέμπει· κατελθοῦσα δὲ ἡ θεὸς Ὀδυσσέα τε καὶ Διομήδη ἐπὶ τὴν κατασκοπὴν ἐποίησε προελθεῖν. ἐπιστάντες δὲ ἐκεῖνοι κοιμωμένῳ Ῥήσῳ αὐτόν τε καὶ τοὺς ἑταίρους αὐτοῦ κτείνουσιν, ὡς ἱστορεῖ Πίνδαρος. Idem alius grammaticus ibidem tradit: ἱστορεῖ δὲ Πίνδαρος ὅτι καὶ μίαν ἡμέραν πολεμήσας πρὸς Ἕλληνας μέγιστα αὐτοῖς ἀπεδείξατο κακά· κατὰ δὲ θείαν πρόνοιαν νυκτὸς αὐτὸν Διομήδης ἀναιρεῖ — et Eustath. p. 817, 27. Πίνδαρον δέ πού φασιν ἱστορεῖν ὅτι μίαν ἡμέραν πολεμήσας μεγάλα κακὰ τοῖς Ἀχαιοῖς ἐνεδείξατο. Haec uberius duxi explicanda non solum, quo rectius de Euripidis fabula iudicari posset, sed etiam quia falsa de Pindaro tradere video Heynium ad Virg. Aen. i, 469.

ix. Sed secutus videtur Pindarum nemo, nisi aliquatenus is, qui prologum secundum in argumento Rhesi commemoratum conscripsit. *) Imo Eustathius l. l. ἅμα γὰρ κατέλαβε, inquit, καὶ αὐτονυχεὶ ἀνῃρέθη ὑπὸ Διομήδους ὑπνώττων ἀφύλακτος. De mortis auctoribus variae traduntur famae. Nam cum in eo omnes consentiant, ut a Diomede Ulixis socio interfectus sit, alii ta-

---

spera, inquit, *paulisper moratus apud peninsulam, quae ante positam civitatem continenti eius adiungitur, secunda circiter vigilia ingressus Troianos campos explicitisque tentoriis, ibidem opperiebatur.*

*) Possem etiam Parthenium affere xxxvi, 4. Ῥῆσος ἦλθεν εἰς Τροίαν καὶ μαχόμενος ἐπὶ ποταμῷ τῷ νῦν ἀπ' ἐκείνου Ῥήσῳ καλουμένῳ πληγεὶς ὑπὸ Διομήδους ἀποθνήσκει, nisi corruptus videretur locus, sic fere emendandus: εἰς Τροίαν μαχούμενος, καὶ ἐπὶ ποτ.

men proditum finxerunt Rhesum a Dolone, alii a Pallade. Id quod Euripides ad exemplum Pindari, ut videtur, novavit ob causas infra commemorandas. Homerus enim et recentiores Dolonem cecinerunt Rhesi adventum et stationem hostibus prodidisse spe vitae servandae.

x. Dolonem plerique imbellem finxerunt, alii vero non sine laude commemorant, ut exposui i, 17. 18. Hunc, Hectore Troianorum aliquem speculatorem ad castra Graeca ire, magno praemio promisso, iubente, gloriae stimulis incitatum et pedum celeritate astutiaque sua, quam putabat, confisum, id negotium suscepisse tradunt, postquam Hector ei equos Achillis immortales pollicitus est, v. Homer. Il. κ', 321. sq. 329. sq. 392. sq. 401. sq. Euripid. Rhes. 182. sqq. 234. sq. Virgil. Aen. xii, 349. sq. Ovid. Trist. iii, iv, 28. Pindar. ep. Iliad. 721. Pater eius Eumedes dicitur ab Homero vs. 314. caduceator, divitiis abundans. cf. Eurip. Rhes. 159. Virg. Aen. xii, 348. Ovid. Trist. iii, 4, 27. Pindar. Epit. Il. 712. Dictys Cret. ii, 37. Huius unicus erat filius cum quinque sororibus, deformi quidem vultu sed pedibus celer neque incomposito corpore praeditus, ut bene observat Aristot. Poet. xxv. p. 1461. a. 12. Bekk. *καὶ τὸν Δόλωνα, ὃς δή τοι εἶδος μὲν ἦν κακός, οὐ τὸ σῶμα ἀσύμμετρον, ἀλλὰ τὸ πρόσωπον αἰσχρόν.*

xi. Hunc igitur Dolonem Diomedes et Ulixes in itinere capiunt et ab eo, tormentis adacto ut solus tradit Serv. Aen. xii, 347., Rhesi adventum edocti et stationem, ipso proditore interfecto castra Troiana subeunt, Rhesoque cum duodecim Thracibus, itinere fesso vel vino somnoque sepulto, trucidato, equis eius raptis in castra Graeca redeunt. — Aliter, ut solet Dict. Cret. ii, 45. narrat Ulixem et Diomedem, vigilias ea parte curantes, animadvertisse Rhesum, et multis Thracibus cum rege interfectis, currum et equos ad naves duxisse. — Caedes Rhesi Diomedi tribuitur, cf. Conon. narr. 4.; ad Ulixem referuntur equi aversi, de quorum praestantia infra exposui cap. iii, 38. sq., ubi eos fatales Troiae fuisse enarrabitur.

xii. Rhesum, interfectum auctore Parthenio (xxxvi, 4.) ad flumen Rhesum, ob eius mortem ita vocatum, Homeroque Il. μ', 20. *) iam notum, lugent mater et reli-

*) Hoc flumen postea *Ῥοιτης* vocabatur. v. schol. ad Il. l. l.

quae Musae apud Euripidem, et divini honores in Thraciae recessibus ei praesagiuntur, de quibus coniectura prolata est cap. v, 27. sq. Luctuosa vero Rhesi mors familiae eius erat. Nam dolore victum Strymonem patrem se in fluvium Palaestinum praecipitasse, inde Strymonis nomine vocatum, fama erat, quam narrat Plutarchus de fluviis xi, 1. p. 453. T. vi. Tauchn. et videtur ante oculos habuisse Cono narr. 4. Uxor autem Arganthone, Oresibii filia, insigni forma puella montium nemorumque cultrix, audita morte mariti, moerore victa in flumen se deiecit, auctore Parthenio xxxvi, 5. et meminit fluvii ab Arganthone dicti Simonides, qui dicitur, ap. Etym. M. p. 135, 30. cf. Schneidewin. Simon. rell. p. 227. — V. de hac muliere Toup. emendd. in Suid. i. p. 144. Lips. Wernsdorf. ad Himer. xxii, 8. p. 763. Meinek. ad Euphor. p. 150. Filii eius erant Thynus et Mysus, populorum cognominum auctores, teste Arrhiano ap. Eustath. ad Dionys. 809. extr. *Ἀρριανὸς δέ φησιν ὅτι Θυνὸς καὶ Μυσὸς υἱοὶ ἦσαν Ἀργανθώνης, ἥτις καλόν τι χρῆμα νύμφης ἦν, ἀφ' ὧν Θυνὸς μὲν Θυνίαν οἰκίσας ἀφ' ἑαυτοῦ ὠνόμασε,* [a Bithyno rege dictam contendit Martianus Cap. vi, 687.], *Μυσοὶ δὲ ἐπὶ τῷ Μυσῷ ὠνομάσθησαν.* Cf. idem grammaticus ad vs. 322., ubi corrupte legitur: *Mysi nomen traxerunt ἀπὸ ἑτέρου Μυσοῦ, υἱοῦ Ἀργανθώνης τῆς γενναίας τῆς Ὀρεσιβίου.* Scribe cum Valckenario p. 104. b. not 6. *Ἀργανθώνης, Ῥήσου γυναικός, τῆς Ὀρεσιβίου,* quod arrisit etiam Bernhardyo ad Dionys. Per. p. 890. cf. Stephanus Byz. s. v., qui meminit *Ἀργανθώνης, Ῥήσου γυναικός,* a qua monti cognomini inditum sit nomen. Sed hactenus de Rhesi fatis eiusque familia.

xiii. Superest, ut quomodo fabulis, quas noverit, usus sit Euripides demonstretur. Videbimus autem, opinor, quod exigit a poeta Aristoteles, et iis, quae suggerebat Homerus bene usum esse Euripidem, et ipsum nonnullis inventis ingenii eximia documenta dedisse. Duas vero fabulae esse partes, quarum altera Dolonis res complectitur, altera Rhesi adventum, mortem et ho-

---

Eustath. p. 889, 59. cf. Plinius H Nat. v, 33. [30.] Strabo xiii. p. 554. 583. [T. v. p. 117. 260. Tzsch.]. Interpp. ad Valer. Fl. Argon. iv, 698. Nonnus Dionyss. iii, 193. Rhesum, C Maximi filium commemorat Plutarch. Parallel. xxv. p. 350. T. v. Tauchn. loco corrupto, ita fortasse corrigendo: *τοῦτον ἐγέννησεν ἐξ Ἀμειρίας. Ἄχων ὁ Ῥῆσος οὗτος ἐν πυνηγεσίῳ ἀπέκτεινε τὸν ἀδελφόν.*

nores exponit, quivis videt. Quarum prior pars tantum abest me iudice ut praeter necessitatem sit adiecta, ut demi nequeat, nisi vim fabulae deleri malis. Sed id exponam, praemissa Homerici carminis descriptione.

xiv. Finxit poetarum princeps Agamemnonem insomnem multisque curis cruciatum, quod Troiani primum hac nocte ante urbem castris positis, multos ignes foverent. Praeterea sollicitum eum reddidit δμαδος ἀνθρώπων apud Troianos. Cui armis sumtis Nestorem adituro ad consilium capiendum, consulturoque de Graecorum salute, iisdem doloribus anxius frater occurrit Menelaus, ipsum quaerens optansque, ut speculator aliquis ad Troianas stationes mittatur. Hi Nestore reliquisque Graecorum ducibus somno excitatis, ad fossam excubias subeunt, ubi consilium capiant. Suadente Nestore, ut aliquis in his rebus trepidis speculator eat ad castra Troiana, Diomedes promittit, socium itineris rogans. Tum cum omnes periculi vellent participes esse, ipse eligere iussus, Ulixem designat. Quibus constitutis festinant, quod duabus noctis partibus praeterlapsis, tertia tantum reliqua sit. Euntibus Pallas obviam fit, ad quam vota sua dirigunt.

xv. Inde a vs. 209. convertit nos ad Troianos Homerus, quorum Hector principes itidem congregat. Iubet vero aliquem castra Graecorum subire magno promisso pretio, ut constet, custodianturne naves an fugiant hostes rebus adversis victi. Profitetur Dolo, Eumedis caduceatoris filius, deformis sed velox, si pretium accepturus sit Achillis equos, polliceturque se usque ad Agamemnonis tentorium iturum esse, ut quidquid agant Graeci intelligatur. Equis Achillis iureiurando ab Hectore promissis, Dolo pelle lupina indutus ad Graecorum castra proficiscitur.

xvi. In itinere a Diomede atque Ulixe capitur. A quibus vitae spe incitatus, ut ubi Hector dormiret, proderet et qua ratione custodirentur Troiani indicaret, non solum narrat, Hectorem ad Ili tumulum cum reliquis ducibus consilia capere, exercitum male custodiri, eosque tantum quibus cura ignium esset vigilare, sed etiam, quod non interrogatus fuerat, quo certius vitam servaret, multo facilius esse docet quam Troianos interficere Thraces modo advenas, qui seiuncti a Troianis non custoditi in extrema castrorum parte dormirent cum Rheso

rege, cuius laudibus effert et virtutem et equorum splendorem. *) Quibus auditis contra pactum proditorem interficiunt Graeci et spoliis Palladi dicatis, ad ipsos Thraces interficiendos se accingunt, inter quos medium reperiunt Rhesum dormientem.

xvii. Diomedes deinde ab Ulixe incitatus, ut aut viros interficeret aut equos averteret, duodecim Thraces trucidat ipsumque Rhesum, gravi somnio turbatum. Interea Ulixes equos solvit. Tum Graecos pluris caedis cupidos Pallas admonet reditus, quod hostes appropinquarent ab Apolline expergefacti. Quare fugae se dant, equis Rhesi conscensis. Hostium vero primus Hippocoon, Thracum vir *βουληφόρος* et Rhesi propinquus et equos sentit ereptos et socios interemtos; deinde ceteri Troiani. Graeci vero speculatores, receptis Dolonis exuviis, ad suos redeunt et gaudio implent Graecum exercitum.

xviii. Aliter instituit poeta epicus, aliter tragoediam Euripides. Itaque quanquam summam fabulae non mutavit — Dolonem intelligo ad castra Graeca missum interfectumque, Diomedis Ulixisque adventum, Rhesi caedem — haec, inquam, quanquam non mutavit Euripides, tamen in multis tragoedia haec Homeri deseruit vestigia et sui iuris est. Ac primum differt ab Homero Euripides eo, quod locus unus est, dum in epico carmine et apud Graecos et apud Troianos agitur. Id prudenter ab Euripide institutum dico. Nam quanquam loci mutatio in Graecis tragoediis non semel reperitur, in hac tamen tragoedia omnino nequibat adhiberi. Nempe si indolem Graecarum tragoediarum perspiciam, ibi tantum loci mutati potestas fuerit, ubi idem manet chorus, sicut in Aiace Sophoclea et in Aeschyli Eumenidibus. Quod non cadit in Rhesum, in qua illic milites Graeci, hic Troiani

*) Hunc locum bene ut solet expressit Dio Chrys. or. lv. p. 561. D. Mor. *καὶ γὰρ ἐκεῖνος* (Homerus), *ὅταν μὲν διηγῆται περὶ Δόλωνος, ὅπως καὶ ἐπεθύμησε τῶν ἵππων τοῦ Ἀχιλλέως, ὅπως δὲ τοὺς πολεμίους ἀποφεύγειν δυνάμενος ἔστη τοῦ δόρατος ἐγγὺς παγέντος καὶ οὐδὲν αὐτὸν ὤνησε τὸ τάχος· ὅπως δὲ ἐβάμβαινεν ὑπὸ τοῦ δέους καὶ συνεκρότει τοὺς ὀδόντας· ὅπως δὲ ἔλεγε τοῖς πολεμίοις οὐ μόνον, εἴ τι ἐρωτῷεν, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ ὧν μηδεὶς ἐπυνθάνετο· καὶ γὰρ τοὺς ἵππους ἐμήνυσε τοὺς Θρᾳκικοὺς καὶ τὸν Ῥῆσον ὃν οὐδεὶς ᾔδει ἀφιγμένον — ταῦτα δὲ λέγων, οὐ περὶ δειλίας ὑμῖν καὶ φιλοδοξίας δόκει διαλέγεσθαι;*

chorum efficerent. *) Itaque quod potissima fabulae pars in castris Troianis versatur, hic res necessario geritur. Quodsi aliter instituisse vidimus Accium (i, 20.), omnino nescitur, quatenus choro usi sint tragici Romani.

xix. Chorus militum Troianorum, quibus custodiendi exercitus cura imposita est, Euripidis fabulam orditur. Hi, ut milites gregarii, summo timore perculsi, quod viderunt in Graecorum castris multos ignes et totum exercitum ad Agamemnonis tentorium confluentem, Hectorem expergefaciunt suadentque ut ob periculum imminens **) exercitus lectis evocetur. Ipsâ timoris causâ post multas ambages demum cognitâ, Hector e contrario fugere hostes potius, quam insidias struere censet, vigilantia simulata se fallere studentes. ***) Quare statim ipsa hac nocte invadere gestit Graecos. Choro frustra reluctanti nocturno clamore excitatus subvenit Aeneas, qui re audita se dubitare profitetur, an hostes non fugiant. Itaque ne quid detrimenti capiat exercitus nocturna expeditione, neve incidat in hostium insidias, exploratorem mitti iubet. Quod cum chorus etiam assensu suo comprobasset, cedit Hector, et, dimisso Aenea ad exercitum tumultu expergefactum componendum, ipse, quis Troum praesentium explorandi negotium in se suscipere velit, percontatur. Pollicetur Dolo, si praemio sibi dentur equi Achillis. Quos cum ei Hector sospondisset, a choro ob divinum hoc praemium celebratus car-

*) Recte Gruppius p. 286. me iudice, ut poeta tragicus rem in castris Troianis geri fingeret, necesse fuisse statuit, quidquid obloquatur Welckerus p. 630. Unica restabat via, si ante chori adventum locus mutabatur. Quod quantis difficultatibus prematur, vix est opus moneri. Quomodo enim concilium Graecorum ducum potuisset exhiberi, nisi chorus eos egisset?

**) Falso Gruppius p. 289. statim ab initio chorum suspicari de hostium fuga dicit hancque esse causam timoris. Contrarium docent et Hectoris verba vs. 52. sqq. et vss. 76. 77.

***) Multarum ineptiarum hunc fontem iudicavit Morstadt. p. 10. sqq. Neque enim fugam dissimulari potuisse, si castra pellucida fuissent, nec caput principis se relaturum spondere potuisse Dolonem, his congregatis in Agamemnonis tentorio; omnino speculatore non opus fuisse, cum chorus ex priore loco omnia accuratissime conspexisset; quorum hoc etiam adoptavit Hermann. p. 285. His respondeo ad tam severas leges, ea quae extra scenam posita sunt, non exigenda esse apud tragicos Graecos; deinde apud Homerum quoque ignes Troianorum conspici et ὅμαδον ἀνθρώπων (vs. 13.), et tamen exploratorem mitti.

mine Dolo, qua ratione negotium executurus sit, exponit. Etenim pelle lupina indutus Graecorum custodes decepturus est, pollicitus praeterea itineris testem caput alicuius Graecorum principis. Eius confidentiam laudibus ornat chorus in carmine parodo, invocato Apolline tutore, optans ut re gesta praemium Doloni contingat; dignum enim praemio esse, qui in rebus trepidis tantum periculum subire sustinuisset. Postremo deliberat, quem interfecturus sit hostium et optat ut Agamemnonem caedat.

xx. Hic paullulum subsistamus. Ignes quos apud Homerum fovebant Troiani, retulit tragicus ad Graecos, haud absurde me et Hermanno p. 284. iudicibus, quo viderentur proelium aut fugam moliri. Nam cum primam illam noctem ante urbem transigerent hostes, probabile erat, Graecos fuisse vigilantissimos. Deinde etiam causa est opus timoris, ut excitetur Hector et mittatur explorator.*) Nam in epico carmine quanquam simpliciter narrari potest missum esse speculatorem, in dramate ex ipso causarum nexu id effectum volumus. Ipsum vero timorem ob multitudinem ignium non poteris vituperare apud milites gregarios, tam multa mala iam ab hostibus perpessos, ut nihil non timendum videretur, et iustum fuisse timorem eventus comprobavit, ad quem spectatorum animi praeparandi erant. Postremo fingendus erat hic timor, quo magis fiducia Hectoris elucesceret. Cuius audacia demum erecti et Aeneae prudentia, metum ponunt. Inter chorum vero et Hectorem tertius character intercedit Aeneas, aeque a vano timore atque a superba confidentia alienus. Cuius interventu qui tragoediam carere potuisse censent, vel potius debuisse, quae est Morstadtii sententia p. 12. not. 1., ii mentem poetae non assecuti esse videntur. Nam cum Hectorem non

*) Solus mendax ille Dictys Cretens. ii, 37. Graecorum tumultum apte explicat. Fingit enim Achillem ultum iniurias, Graecos clam invadere tentasse. Quod cum Ulixes praesensisset et indicasset Graecis, ingentem horum ortum esse clamorem, dum ad arma currunt. Quare metuentes duces Graecos, ne ob hunc tumultum novi quid molirentur hostes, Aiacibus, Diomedi et Ulixi diversis partibus custodiam mandasse. Quorum Ulixem et Diomedem incidisse in Dolonem, quem Hector causam tumultus scire cupidus misisset exploratorem. Tum Dolonem a Graecis interfectum esse.

sine arte, ut infra dicetur, finxisset poeta *superbum et sine pectore militem, qui nil nisi proelia nosset* — verba sunt Valckenarii p. 98. a.: necessarius erat Aeneas non solum prudentia spectabilis *) sed etiam genere et rebus gestis clarus, cuius consilio illius effrenata audacia coerceretur. Cui parere Hectorem sane non adeo miror quam Valckenarius p. 99. sq.

xxi. Ceterum suspicionis, Graecos fugam moliri fons' est Homerus vs. 309. sqq. ubi exquirere iubetur speculator apud Graecos:

ἠὲ φυλάσσονται νῆες θοαί, ὡς τὸ πάρος περ,
ἦ ἤδη χείρεσσιν ὑφ' ἡμετέρῃσι δαμέντες,
φύξιν βουλεύουσι μετὰ σφισιν, οὐδ' ἐθέλουσιν
νύκτα φυλασσέμεναι, καμάτῳ ἀδδηκότες αἰνῷ.

Cf. Il. Θ', 510. sqq. Idem characterem Dolonis praeivit, quem recte Dio loco supra (ii, 16. not.) l. *φιλόδοξον* et *δειλόν* vocat. Gloriae stimulis incitatus et divini praemii cupidus contemtor dicitur humanarum rerum. Vera tamen virtute eum carere manifestat ridiculus dolus et fiducia stulta et promissa hiantia. Hoc modo poenae praeparatur,

Ζεὺς γὰρ μεγάλης γλώσσης κόμπους
ὑπερεχθαίρει —,

dumque chorus, milites scilicet gregarii iique barbari, astutum Dolonem putant, ineptumque eius inventum praeconio suo ornant, spectatores non potuit latere mens poetae. Namque uti iam apud Homerum Dolo *ὡς ἄφρων* inducitur, quae est observatio antiquorum — v. ad vs. 209. p. 121. not. —: ita etiam Euripides talem eum videri voluit Atheniensibus, qui superba confidentia deos

*) Vituperat Valckenarius p. 99. extr. quod in Rheso *βουληφόροις* accenseatur Aeneas, qui non ex eorum numero sit, *queis aetas longa magistra fuit.* Vide tamen Dioscoridem ap. Athenaeum i. p. 11. A. *ἱστορεῖ δὲ καὶ* (Homerus) *τὸν δεινότατον Αἰνείαν τῶν Τρώων ἐν τῷ βουλεύεσθαι, διὰ τὴν ἐν τῇ μέθῃ παῤῥησίαν — μικροῦ παραπολλύμενον.* Philostratus Heroic. p. 723 Ol. *ἐκάλουν δὲ οἱ Ἀχαιοὶ τὸν μὲν Ἕκτορα χεῖρα τῶν Τρώων, τὸν δὲ Αἰνείαν νοῦν, καὶ πλείω παρέχειν αὐτοῖς πράγματα Αἰνείαν σωφρονοῦντα ἢ μεμηνότα Ἕκτορα.* Ceterum iis quae de coniuncta fortitudine et prudentia collegit exempla Valckenarius l. l. not. 2., *quae copula rara est* (Auson. epitaph. Heroum vii, 1.) adde Adrasti verba de Amphiarao ap. Pindar. Ol. vi, 17. *Ποθέω στρατιᾶς ὀφθαλμὸν ἐμᾶς, ἀμφότερον μάντιν τ' ἀγαθὸν καὶ δουρὶ μάρνασθαι,* et de Iphicrate Demosth. adv. Timoth. p. 1187. R.

offenderet, et inepta astutia interitum sibi pararet. Quodsi hoc Homeri et Euripidis consilium putabitur, non solum Euripides contra omnium fere criticorum iniurias defenditur, sed intelligitur simul, quam scite ex scintilla flammam excitarit. De Dolone cf. etiam infra ii, 42.

xxii. Postremo fuerunt etiam, quibus hic primus actus, quem vocant, superfluus videretur. Etenim ne duplex existeret actio, ab adventu Rhesi voluerunt incipi. At cohaerent ita Dolonis res cum nece Rhesi, ut divelli non possint. Opus enim erat aliquo, qui Graecis viam ad castra Troiana aperiret, et a quo stationes singulorum principum docerentur. Id munus sustinet Dolo. Ipsum Rhesum quidem non prodit, quia ante adventum eius abierat, quod cur factum sit infra docui §. 28., at non solum ubi Hectoris sit cubile ab eo audiunt Graeci, sed prodita tessera potestas etiam iis datur effugiendi manus Troianorum. Necesse igitur erat, ut Dolo, cuius proditione tota ligatur tragoedia, agendo spectatoribus innotesceret. Ita poeta non solum τοὺς παρειλημμένους μύθους secutus est, sed comprobavit etiam, se tenere, quo τὸ δραστικόν, quod requirit drama, efficeretur.

xxiii. Sed ut unde digressa est oratio ad ipsam fabulam describendam redeat, post carmen, quo Dolonis iter prosecutus est chorus, a pastore aliquo Priami nuntiatur Rhesi adventus. Bene vero instituit Euripides, quod Rhesum non αὐτόμολον introduxit. Nam hoc nuntii sermone et chori qui sequitur cantu ita celebrantur Rhesi fortitudo, splendor, divitiae, ut facile intelligas eius qui nuntietur primarias esse partes in dramate, eiusque auxilium non minoris momenti Troiae futurum, quam mortem eius luctuosam. Perspicuum vero est, laudibus summis Rhesum extulisse poetam, quo Hectorem minueret. Id quod tantum abest, ut vituperem cum viris doctis, ut indicare mihi videatur non mediocre ingenium poetae, qui splendorem summum personae principi convenire probe intelligeret. Ea etiam est causa cur Hectorem tam audacem finxit; hinc explicanda huius invidia, qui a se solo Graecos vinci posse confisus noluit Rhesum habere gloriae socium, *quod sentiebat, se hoc recepto, nullius momenti apud exercitum futurum, et, si quid secundi evenisset, nullam in ea re suam partem fore.* Tamen coniunctis chori et pastoris precibus vincitur Hector, seque Rhesum recepturum esse pollicetur.

xxiv. Iam chorus carmine pulcherrimo Rhesi adventui praecinit, quo, Adrastea placata, originem eius celebrat et spe fertur, Rhesum fore, qui libertatem priorem reducat victis Graecis et caeso Achille. Deinde ipsum regem in conspectum progressum dei instar appellant. Rhesus, ubi chorus desierat, salutat Hectorem seque opem latum advenisse profitetur. Cui respondet minus benigne Hector, aperte indicans, se iratum esse, quod tam sero venerit, immemor beneficiorum a se olim in ipsum collatorum. Quod opprobrium bene diluit Rhesus. Docet enim se bello Scythico impeditum, celerius venire non potuisse. Neque vero sero se adesse. Nam hoc decem annorum bellum se uno die confecturum et solum, siquidem concesserit Hector. Deinde chori gaudio et laudibus erectus non consistit in hoc confidentiae, sed victis hostibus ipsam Graeciam subigere gestit. A quo consilio abhorret Hectoris animus, neque hoc facillimum esse dicentis, seque diis gratias habiturum, si hostes ex patria sua repulerit. Denique socium, multis et superbis et confidentiae plenis verbis ultionem divinam evocantem, edoctum de conditione Graeci exercitus Ulixisque insidias abominatum tessera dicta abducit, stationem designaturus, choro iusso ad priorem locum redire et expectare reditum Dolonis.

xxv. Hic etiam non defuerunt, qui mutatum Hectoris animum vituperarent. Sed ex iis, quae iam monui (§. 23.), quivis videt, nil aptius potuisse fingi. Eundem enim, cuius maxima ante fuerat audacia, Rheso videmus inferiorem huiusque confidentia superari. Ut supra ex chori timore et Aeneae prudentia Hectoris metiendae erat fiducia, ita prudentia Hectoris, praesente Rheso audacissimo, illum Hectore ipso multo audaciorem esse indicat. Idem quod supra principis Troiani invidia docuerat, nunc docet cunctatio et metus eiusdem. Unde intelligitur, opinor, non solum excusari hoc posse, sed prudenter fecisse poetam et debuisse ita instituere, si quidem principi personae illustrandae inserviunt reliquae. Quo apertius vero superba fiducia principis personae circumscripta est, eo magis deos, qui nimiam fiduciam puniunt, offendit, eoque certius mors eius paratur, quae in sequentibus describitur. Id etiam hic illic indicavit poeta. Nam ultionis divinae admonet spectatores deae Adrasteae mentio saepius iniecta, et non sine causa callidi Ulixis insi-

diae enarrantur, per quem ipsi illi Rheso, qui hunc contemnit et minime timet, destinatus est interitus.

xxvi. Hactenus nodus ligatur. Venimus ad solutionem. Postquam reges abierunt, chorus non redit ad priorem locum, ut Hector mandaverat, sed ex coeli statu suas vigiliarum partes praeteriisse intelligens, excitatum abit Lycios, se secuturos. Ita proditur exercitus et via munitur hostibus ad facinus perpetrandum.

xxvii. Sed liceat secundam et tertiam fabulae partem rursus contemplari. Nam ea quae ab adventu pastoris usque ad chori discessum descripsimus non tractata sunt ab Homero, apud quem ex sola Dolonis proditione (vs. 433. sqq.) Rhesum nuper advenisse discimus. Itaque in his pleraque inventa sunt ab Euripide. Et bene ni fallor. Nam id quidem omni caret dubitatione, agere debere principem personam. Itaque in secundo actu non solum adventus eius indicatur, et auxilium eius maximi momenti esse docetur, sed tertio in actu ipse etiam Rhesus prodit, et quod ex nuntii antea audiveramus sermone, ipsius regis verbis comprobatum cognoscimus.

xxviii. Apud Homerum Graecos de adventu Rhesi Dolo fecit certiores. Ab Euripide cur necesse fuerit abitum Dolonis ante Rhesi adventum poni, ut supra (§. 22.) significavi, superest ut exponam. Video enim hoc vituperare et alios et Morstadtium p. 47. sq. Etenim si Rhesus ante Dolonis abitum advenisset, vix causa restaret, ut mitteretur speculator. Gravius est, quod inter Dolonis iter et Graecorum adventum pausa existeret non ferenda. Itaque omitti debebant Dolonis res, quod fieri non potuit ob ea quae supra (§. 22.) monui, aut ita instituendum erat, ut videmus institutum in hac fabula.

xxix. Iam vero post chori discessum Diomedes et Ulixes, quorum huius adventus in antecedentibus praeparatus erat (§. 25.), intrant stationes Troianas non custoditas, ut Hectorem interficiant, de huius cubili edocti a Dolone *), quem a se interfectum esse docent in diverbio (vss. 559. 575.). At Rhesi mortem si fieri voluit poeta opus erat dea, quae et adventum eius indicaret et locum monstraret. Hectorem enim, cuius interficiendi causa ve-

*) Describitur Dolonis mors ὡς ἐν παρόδῳ, quae sunt verba auctoris ὑποθέσεως lin. 9. Id cur male institutum esse a poeta Welckerus dicat p. 630., ego saltem non intelligo.

nerant, proditum una cum tessera a Dolone, non inveniunt, occupatum scilicet in loco, Thracio exercitui assignando. Quare nisi dea de coelo descendisset, redeundum erat ad naves. Id apparet ex verbis Ulixis, qui inde ab Homero semper fere prudentiam repraesentat. *) Nam Diomedem caedis cupidum retinet, redireque iubet, ne dum alium principem Troianorum interficere studeant, pereant ipsi ignari locorum et in vigilum manus incidant. Prudentiori obtemperat fervidior. Sed redituros retinet Pallas dea, cuius iam apud Homerum vestigia erant, mandatque ut Rhesum interficiant, quippe si noctem transigat terribilem Graecis futurum, eiusque equos avertant. Eadem dea, Graeci dum caedem faciunt, Alexandro, auditum hostium adventum Hectori indicaturo, Venus visa, fallit hunc, sociisque suis, ut iam facinore perpetrato ob adventum hostium fugae se dedant, monitis, ipsa abit. Sed tardiores capiuntur a militibus Troianis, post auditum hostium adventum reversis. Ulixis vero astutia, se Rhesum esse simulantis, decepti Troiani, tessera audita hostes dimittunt. Quos cum videant ad naves fugere, ne hostes fuissent veriti, deliberant iam apertius quis Graecorum se effugerit, Ulixem fuisse suspicantes, simul de Hectoris ira et vindicta solliciti.

xxx. Haec dramatis pars praecipue laudanda est et vere dramatica iudicanda. Id cum alii quoque intelligerent, tamen inesse quaedam videbantur minus idonea. Ita Barnesius inepte quidem, sed paene ad mentem reliquorum criticorum ad vs. 595. ed. suae: *Importune*, inquit, *hic inducitur Pallas; nec enim nodus erat deo vindice dignus; putantur enim intra sonitum Rhesi currus esse, ut ex Dolone prius de eo audiverant* (sic). *Sed dabitur poetae venia, qui desiderio τερατικόν τι proferendi et Graecis suis gratificandi, deos ad eorum arbitria descendere fecit.* Minus Barnesio, Dolonem ante Rhesi adventum ab-

*) Hunc Ulixis characterem ex omnibus veterum scriptis novimus. Apte vero Diomedis et Ulixis mores delineavit Eustathius ad Il. κ. p. 813, 60. καὶ γίνεται τῷ μὲν Ὀδυσσεῖ χεὶρ ὁ Διομήδης δραστικωτάτη, τῷ δὲ Διομήδει ὁ Ὀδυσσεὺς λόγος ἐμπραχτος. Adde Apuleium de deo Socratis p. 112. T. ii ed. Altenburg. *Itidem cum rebus creperis et afflictis spectatores deligendi sunt, qui nocte intempesta castra hostium penetrent, nonne Ulysses cum Diomede eliguntur? veluti consilium et auxilium, mens et manus, animus et gladius!*

iisse oblito, *) erraverunt reliqui, velut Valckenarius p. 106. A. *Quartum hunc quem vocant actum, conditum non sine artificio, quod attigit R. P. Brumoeus dans son Theatre des Grecs, T. iv. p.* 401. *dedecorant interventu suo Minerva et Alexander, ut recte Sam. Petito fuit animadversum Misc. iii. p.* 192, 193., idemque pessimum fabulae dixit Welckerus p. 652., Hardionii secutus iudicium.

xxxi. At, o boni! nullum hinc dedecus oritur fabulae. Quae vituperare maluistis, explicare sustinete! Non poterit poeta non prudentissime omnia instituisse. Et dea carere non potuisse poetam §. 29. dixi, quia opus erat aliquis, qui Graecis proderet Rhesum, cum Dolo ante eius adventum abiisset. Has partes tribuit Euripides Palladi, quam decebat eum indicare ὃν οὐδεὶς ἤδει ἀφιγμένον. cf. Aristotelis locum infra laudatum §. 35. — At Alexandri necessariam fuisse personam, id miror, quod nemo vidit interpretum. Est vero ita. Nam ne dea, dum caedes Rhesi fit, ad ventos loqueretur, opus erat interlocutore, quem Alexandrum esse nescio quam bene voluit poeta. Intelligis, ni fallor, candide lector, neque Pallade, neque Alexandro carere potuisse poetam.

xxxii. Omnino ii, qui fulmina iecerunt in poetam insontem, non cogitasse videntur, quid leges dramaticae postularent. Nam, ut necesse erat, Troianum esse eum, qui diverbii ansam praeberet, ita rursus exigitur necessitate, Palladem videri Paridi Venerem, **) neque possunt probari Hermanni verba p. 287. *Tragicus — Minervam impudentissime fecit Veneris figura assumpta Alexandrum strepitu excitatum mendaciis fallere.* At, ut haec fraus excusari possit, hostibus scilicet facta, ***) at eadem

---

*) At eadem S. Petiti scilicet est sententia Misc. p. 193. ex versu (582.) ἄνδρα δ' οὐ πέπυσθε σύμμαχον Τροίᾳ μολόντα Ῥῆσον; concludentis, cognitum Rhesi adventum habuisse Graecos, neque opus fuisse dea, quae hunc advenisse doceret.

**) Parum verisimilitudinis curiosi erant veteres poetae. Ita apud Aeschylum, quanquam notissimum habuit, non agnovit Philocteta Ulixem, quare addit Dio Chrys. or. lii. p. 268. Reisk. ὥστε τυχὸν ἄν τις ἐγκαλέσαι τῶν οὐ φιλούντων τὸν ἄνδρα, ὅτι οὐδὲν αὐτῷ ἐμέλησεν ὅπως πιθανὸς ἔσται ὁ Ὀδυσσεὺς οὐ συγγινωσκόμενος ὑπὸ τοῦ Φιλοκτήτου. Laudant hoc in Aeschylo, in Euripide vituperant.

***) Id vidit Gruppius p. 304. qui recte monet, hanc fraudem

dea *turpiter mendax*, ut audit apud viros doctos, ne sociis quidem est fidelis amica! Hostibus enim appropinquantibus, solo periculo indicato, opis divinae praecipue egenos deseruit amicos improba. At totum hunc locum eximamus, fingamusque ante reditum vigilum elapsos esse Achivos. Quid tum? Nonne plurimum vigoris perdet tragoedia? Nunc aguntur omnia, vivunt et vigent, ut merito vel ab adversariis hic locus laudatus sit. Metuimus Graecis, admiramur Ulixis audaciam, suspicimus eius prudentiam. Haec qui non solum artificiose composita esse, sed legibus dramaticis etiam convenire negaverit, eum equidem nego leges dramaticas callere. Nam si Graeci ante vigilum reditum effugissent, nonne pausa existeret inter fugam Graecorum et adventum custodum? Postremo hac scena sublata praestans illud chori colloquium de iis, qui se effugerint, una tolleretur. Nam qui scire potuissent milites, affuisse et elapsos esse hostes, nisi cepissent ipsi?

xxxiii. Hoc unum nostro sensui minus placet, sed in quo Graecorum nemo offendit, quod tam parvo intervallo a loco ubi res agitur Thracum seiunctae sunt stationes, quodque Hectori redeunti non occurrunt Graeci — id quod vituperavit Morstadtius p. 50. — denique quod iam dormiunt Thraces, ut facinus fieri possit, quanquam aurigae oratio multum temporis praeteriisse docet. Sed talia extra scenam posita, quorum nostri poetae curiosi sunt quam maxime, veteres non curabant. Atque Valckenarius etiam, quanquam ineptiarum, quas putabat, acerrimus scrutator erat neque in hac causa iudex aequissimus, haec et similia propter consuetudinem tragicorum Graecorum *) excusanda censet p. 107. A.

xxxiv. Caedes quomodo peracta sit, narrat Rhesi auriga et ipse saucius. Qui, dum Hectorem quaerit, incidit in chorum de hostibus elapsis sermocinantem. Ab hoc cum periisse Rhesum et Thraces docentur, tum res

---

non vituperandum esse in ea dea, quae dolis et insidiis praefuerit.

*) Optimus iudex Aristoteles poet. c. xv. p. 1454, b, 6. Bekk. ἄλογον δὲ μηδὲν εἶναι ἐν τοῖς πράγμασιν, εἰ δὲ μή, ἔξω τῆς τραγῳδίας, οἷον τὰ ἐν τῷ Οἰδίποδι τῷ Σοφοκλέους. Tyrannum intelligunt interpretes ob alium locum Aristotelis similem. Eodem iure Oedipi mortem in Coloneo inde a vs. 1587. descriptam advocaveris.

acta eleganter describitur, non sine arte nonnullis ex Homero in usum vocatis. Choro suspicionem aurigae, socios caedis auctores putantis, diluere studenti supervenit Hector audita calamitate, gravissimas poenas minitans militibus propter negligentiam. Innocentiam suam asserente choro, apertius Thrax suspicionem suam effatur, ipsumque Hectorem equorum amore socios interfecisse contendit. Cui frustra reluctatus Hector, ut vulneri medeantur, eum abduci iubet.

xxxv. Iam quod praeter spectatores nemo scire potuit, rem gestam enarrat Musa mater, lugens simul filii mortem immaturam. Cuius deae interventus non minus necessarius erat ad dolos Graecorum aperiendos, quam splendorem addidit fabulae maiorem. Ob id ipsum quod nisi dea non potuit quisquam verum docere, prudenter deam in scenam produxit poeta, etiam laudandus, quod matrem eius, qui interfectus erat, elegit, quam probabile erat curam habuisse filii carissimi. Haec causa deo vindice digna erat, secundum argumentum Soph. Ai. *δαιμονίως δὲ εἰςφέρει προλογίζουσαν τὴν Ἀθηνᾶν· . . . οὐδὲ μὴν ἕτερός τις ἡπίστατο τὰ τοιαῦτα, ἐν ἀποῤῥήτῳ καὶ νυκτὸς τοῦ Αἴαντος δράσαντος· θεοῦ οὖν ἦν τὸ ταῦτα διασαφῆσαι καὶ Ἀθηνᾶς προκηδομένης τοῦ Ὀδυσσέως*, ipsoque testante Aristotele poet. c. xv. p. 1454, a, 37. Bekk. *φανερὸν οὖν ὅτι καὶ τὰς λύσεις τῶν μύθων ἐξ αὐτοῦ δεῖ τοῦ μύθου συμβαίνειν καὶ μὴ ὥςπερ ἐν τῇ Μηδείᾳ ἀπὸ μηχανῆς καὶ ἐν τῇ Ἰλιάδι τὰ περὶ τὸν ἀπόπλουν· ἀλλὰ μηχανῇ χρηστέον ἐπὶ τὰ ἔξω τοῦ δράματος ἢ ὅσα πρὸ τοῦ γέγονεν ἃ οὐχ οἷόν τε ἄνθρωπον εἰδέναι ἢ ὅσα ὕστερον, ἃ δεῖται προαγορεύσεως καὶ ἀγγελίας· ἅπαντα γὰρ ἀποδίδομεν τοῖς θεοῖς ὁρᾶν*. Utrumque enim in hanc fabulam cadit. Non solum culpa liberandus erat Hector re gesta narrata, sed explicatis omnibus, quae Troianis obscura esse poterant, divinos filii in Thracia honores praesagit, indicata simul Achillis morte Thetidisque luctu. Quibus enodatis ob solem orientem armari exercitum iubet Hector, spe victoriae elatus, et milites ex poetae persona, ut videtur, sperant fore ut dii victoriam sibi concedant.

xxxvi. In his quae difficultas mihi restat, lecturos non celabo. Neque enim explicare mihi possum, cur abeuntem *) fecerit poeta ante adventum Musae aurigam,

*) Mortuum cur dixerit aurigam Gruppius p. 300. ego non

cuius vel maxime interfuisset liberari a suspicione Troianis et Hectori parum honesta. Deinde non minor hic est Troum durities et lentitudo atque apud Homerum, quam variis modis explicare studet Eustathius l. supra laudato i, 14. Quod iure mihi videtur vituperasse Morstadtius p. 57. sq. Nam si quid video tragoediae magis convenisset, si poeta Troianos in summum luctum conversos finxisset, quia spes maxima, quam in Rhesi auxilio posuerant, periisset. At ut instituit poeta omnino non maximi momenti Rhesi videtur auxilium, in prioribus supra modum praedicatum. Nive enim Sithonia frigidiora sunt chori verba vs. 890. sq.

ὅσον προσήκει μὴ γένους κοινωνίαν
ἔχοντι, λύπῃ τὸν σὸν οἰκτείρω γόνον,

itidemque chorus et Hector quae dicunt vs. 935—946. Denique sub finem Hector asseverat, sperare se fore ut hoc die Graeci devincantur et dies libera Troianis redeat. Quae omnia iis, quae supra de Rheso dicta sunt, adversantur et personam principem, cui circumscribendae tantam operam impenderat poeta, obscurant.

xxxvii. Haec igitur, me non intelligere cur ita instituerit poeta, ingenue fateor. Nam si fractos Troum animos pinxisset poeta eorumque spes a fastigio delapsas, et tragoediae opinor melius consuluisset, et potuisset, si hoc eius ut videtur consilium erat, rursus erigere et spectatorum et Troum animos divinis Rhesi honoribus. Neque vero ego quidem vitio hoc verterim poetae. Nam cum tam multa esse in hac fabula ostenderim, quae explicationis potius quam vituperii indigeant, non dubito, quin haec quoque quae vituperanda videntur, olim interpretem nanciscantur. Videant igitur me acutiores, neque negligant, ita etiam Homerum praeivisse. Ego vero explicationem qualemcunque infra proposui §§. 42. et 53. sqq.

xxxviii. Habes benevole lector descriptionem dramatis, quod tantum abest ut ineptum iudicem, ut ceteris Euripidis tragoediis praestare paene dicam. Nam non solum optima quaeque ex Homero elegit poeta, sed in iis etiam, ubi a summo artifice recessit, prudentem se ostendit et legum dramaticarum peritum. Quodsi ex me

---

intelligo. Nam in fabula ipsa nullum vestigium est. Conclusit hoc, opinor, ex Sophocleo scilicet charactere.

aliquis quaerat, cur primam, *) quam novimus, Euripidis tragoediam superstitem, ceteris praestantiorem dixerim, cum consentaneum sit, quo diutius aliquis in eodem argumento versetur, eo perfectiora eum proferre et meliora, huic habeo quid respondeam. Sunt enim diversa hominum ingenia. Alii ita student, ut elaboratiora quaeque edant, utque in quovis opere profectus possis agnoscere. Sunt vero alii, ingeniosi quidem illi sed leves, qui initio quidem strenue agant et vires intendant, nomen vero adepti languescant priorumque facinorum laude contenti in sequentibus saepe priorum operum gloriam perdant. De quibus fuit Euripides. Multo enim praestantiores sunt veteres fabulae Medea, Heraclidae, Hippolytus, longe deteriores, quas sub finem vitae scripsit tragoedias, Hecuba, Phoenissae, Orestes, aliae. Quod possis etiam indoli aetatis illius imputare, quanquam strenui viri est, res sibi subiicere, at non se subiungere rebus. Atque hoc suo exemplo docuit Sophocles, cuius in omnibus fabulis eandem inveneris praestantiam, idem ingenium, eundem spiritum. **)

xxxix. Iam si de consilio poetae dicendum est, et quaeritur, quid sibi proposuerit Euripides spectatores docendum, id non difficile est aperire. Id quod nullo tempore non admonendi sunt homines, superbam fiduciam et deorum contemtum dare poenas gravissimas, exemplo comprobatum videmus Dolonis, Rhesi, atque Hectoris etiam et omnium Troum: iidem vero docemur, prudentes et pios adiuvari a diis, quod expressit Lucianus Iov. trag. c. xli. *οὐδ' Εὐριπίδης ἆρα σοὶ δοκεῖ λέγειν τι ὑγιές, ὁπόταν αὐτοὺς ἀναβιβασάμενος τοὺς θεοὺς ἐπὶ τὴν σκηνὴν δεικνύῃ, σώζοντας μὲν τοὺς χρηστοὺς τῶν ἡρώων, τοὺς πονηροὺς δὲ καὶ τὴν ἀσέβειαν κατὰ σὲ* (Iovem intelligit) *ἐπιτρίβοντας;*

xl. Id quod non fugit omnes viros doctos et recte de hoc loco primus, quantum scio, disseruit Heathius p. 98. Cuius quia rarae sunt bonae admonitiones, verba ipsa transcribere non dubitavi. Ita vero contra Hardionium disputat: *Nam eidem viro docto minime assentiri possum asserenti fabulae huius catastrophen terrori et miserationi excitandis*

*) Id quod infra docebitur v, 29.

**) Sed Sophocles etiam non semper sibi par erat, si credimus Longino *π. ὕ.* xxxiii. extr.

minime esse aptam. Quodnam enim exemplum ad terrorem superbientibus et rerum prosperarum continuo cursu nimium elatis, inculiendum magis appositum excogitari poterat, quam hoc Rhesi divinis natalibus orti, virtute et victoriis clari, regno florentissimo potiti et exercitum prope innumerabilem post se trahentis, duorum tantum hominum dolo ac audacia, noctu inter proprios satellites, cum nullum in propinquo periculum suspicatus quieti se secure tradiderat, miserrime interempti? Iam ad misericordiam quod attinet; quid ad hunc affectum commovendum magis efficax spectaculum, quam vir fortissimus, ad cuius impetum sustinendum neque Achilles neque Aiax sufficiebant,) non virtute et aperto Marte superatus, sed dolo et insidiis turpiter trucidatus? Quaenam subita magis et inopinata simulque gravior fortunae in contrarium mutatio, quam illa, quae Troianos affligit, spemque, quam ipsa fatente Minerva certissimam in Rhesi virtute collocaverant, finem tandem bello funesto iamque decennali imponendi, prorsus frustrata est?*

xli. Haec verba subscribenda censeo, praesertim cum et ipse chorus dicat vs. 869. sq. suam superbiam a fastigio delapsam esse, et eadem fere ratione hunc locum explicuerit Gruppius p. 304., qui id etiam intellexit, poetam stultam illam confidentiam descripsisse, quae verbis superbis poenam divinam evocat sibique interitum ipsa praeparat; neque id egisse Euripidem, ut milites qui chorum efficiunt, vera laude dignos ostenderet, sed tales, qui sibi quidem prudentes et fortes viderentur, spectatoribus non item; qua ipsa stultitia plecterentur. Neque hanc Gruppii sententiam potuit refutare Welckerus p. 657. sqq., qui duces barbarorum satis feliciter descriptos censet, sed id vituperat, quod Graeci non eodem vigore et eadem arte delineati sint, atque Troiani. Quod vituperium quam leve sit, facile intelligitur. Nam si consilium poetae erat barbarorum ineptam confidentiam ante oculos ponere, non potuit virtutem Graecorum laudare nisi eatenus, quatenus inservit moribus barbaris melius circumscribendis. Atque id satis feliciter assecutus est Euripides. Quantum enim distat a barbarorum verbosi-

*) Haec ipsius poetae est sententia. Nam non solum Troes, quos dedita opera stultos interdum finxit, haec pronuntiant, sed ipsa Pallas vs. 584. sqq.

tate Graecorum breviloquentia, a barbarorum fiducia cauta Ulixis praesertim prudentia, a barbarorum audacia vera virtus Graeca?

xlii. Hic barbarorum character fortasse etiam explicabit Troum duritiem post caedem Rhesi, quae eadem est apud Dict. Cret. quoque ii, 47. Videmus eos, qui neque virtutis causa laudandi erant et ob magniloquentiam vituperandi, ne fidos quidem amicos, et comprobatum istud proverbium: *θανόντος ἀνδρὸς πᾶσ' ἀπόλλυται χάρις*. Id Homerusne quoque voluerit inculcare, non audeo discernere, at id Euripidis saltem consilium fuisse Eustathius docuit, sive potius is, ex quo sua petiit hic grammaticus, fieri hoc dicens *διὰ τὸ βάρβαρον ἦθος, ὅπερ διαγράφει Εὐριπίδης* (ad Il. *κ'*. p. 822, 3.) Quanquam Eustathius quidem suspicionem tantum aurigae aperte ex moribus barbaris apud Euripidem fluxisse dicit. Contra Plutarchus de aud. poett. c. x. p. 68. T. i. Tauchn. egregie ad mentem Euripidis scripsit: *ἔστι δὲ καὶ τῶν ἀγγελιῶν ἴδιος χαρακτήρ. ὁ μὲν γὰρ Δόλων ἐπαγγέλλεται·*

τόφρα γὰρ ἐς στρατὸν εἶμι διαμπερές, ὄφρ' ἂν ἵκωμαι
νῆ' Ἀγαμεμνονίην —,

ὁ δὲ Διομήδης ἐπαγγέλλεται μὲν οὐδέν, ἧττον δ' ἄν φησι φοβηθῆναι μεθ' ἑτέρου πεμπόμενος. Ἑλληνικὸν οὖν καὶ ἀστεῖον ἡ πρόνοια, βαρβαρικὸν δὲ καὶ φαῦλον ἡ θρασύτης· καὶ δεῖ τὸ μὲν ζηλοῦν τὸ δὲ δυσχεραίνειν. Cf. reliqua quae scite ibidem de Troum Graecorumque discrimine disserit Plutarchus. Neque deterius est quod dixit Aristides Panath. p. 131, 13. Iebb. *Atheniensibus contra vim et summas opes Persarum ἓν μόνον ἀντίῤῥοπον κατελείπετο, καὶ ὡς ἀληθῶς Ἑλληνικόν, τὸ βουλεύεσθαι καλῶς*. Praesertim vero consulendus Dio Chrys. xiii. p. 225, 30. Mor. qui Atheniensis vicisse dicit lin. 39. *καὶ τῷ βουλεύεσθαι καὶ τῷ μάχεσθαι.*

xliii. Unde perspicitur verissime barbarorum et Graecorum ingenia moresque delineasse Euripidem. Sed quandoquidem poetae tragici non solum est characteres recte adumbrasse et a veritate proxime expressisse, sed etiam tragicum studere decet laudi

δεξιότητος καὶ νουθεσίας ὅτι βελτίους τε ποιοῦμεν
τοὺς ἀνθρώπους ἐν ταῖς πόλεσιν,

ipso Euripide teste apud comicum, hunc finem egregie adiuvit argumentum Rhesi fabulae. Nam cum acta sit

paucis annis ante bellum Peloponnesiacum, si nostra vera est coniectura, ea aetas praesertim apta erat, ad Athenienses a superba confidentia exemplo ἐναργεῖ deterrendos. Nam omnium rerum gestarum felici successu elati, adeo confidentiae pleni erant, ut nihil sibi viderentur non posse perficere. Quare eorum partibus favisse videtur Euripides, qui a bello Peloponnesiaco abhorrebant.

xliv. Restat ut de choro post ea, quae iam dicta sunt, pauca adiiciam. Is non ubique ex mente poetae loquitur, ut iam observavimus. Id quanquam a viris doctis et antiquitatis et recentioribus proprium dicitur chori, tamen non semel violatur in tragoediis superstitibus. Neque excusatione eget, quia e barbaris constat. Itaque ut barbarorum et stultorum est, in rebus adversis nimium timet, in rebus prosperis nimis exultat. Praeterea minus aliena chori carmina sunt ab argumento in hac fabula quam in nonnullis aliis Euripidis. De qua re apposui Valckenarii verba de chori officio quidem in Rheso nonnulla recte disserentis, sed satis leviter ex his strenuis chori partibus petentis *νοθείας* argumentum. Sic vero scribit p. 95. extr. *Nullum est Euripidis drama in quo chorus non admisceat ab actione quaedam remota, aut non attingat historias, quae spectatoribus etiam Atticis videri debuerunt tenebricosae: ad Phoen. v.* 1026. *quaedam prostant ea de re scripta. Nihil in Rheso chorus*

— — medios intercinit actus,
quod non proposito conducat et haereat apte,

ubique contra, oratione, nisi vitiata sit a librariis, intellectu facillima, in Rheso et multo quidem constantius quam debuerat,

actoris partes chorus officiumque virile
defendit.

Haecne prodere diversum ab Euripide auctorem!

xlv. Mytho exposito et oeconomia explicata iuvat quaedam de apparatu scenico adiicere. Et de loco quidem, quo exercitus pernoctaverit Troianus, vix certi aliquid ex ipsa fabula eruas, et usus est Euripides verbis aeque dubiis atque Ulixes apud Ovidium Art. amat. ii, 129. sqq.

— — — — — Illic quoque pulchra Calypso
Exigit Odrysii fata cruenta ducis.
Ille [Ulixes] levi virga — virgam nam forte tenebat —
Quod rogat in spisso littore pingit opus.

Haec, inquit, *Troia est* — muros in littore fecit —
Hic tibi sit Simois: haec mea castra puta.
Campus erat — campumque facit — *quem caede Dolonis*
Sparsimus, Haemonios dum vigil optat equos.
Illic Sithonii fuerant tentoria Rhesi,
Hac ego sum raptis parte revectus equis.

xlvi. Aliquanto certiora dabit Homerus, in cuius descriptione nonnulla quae huc pertineant commemorantur. Insignia ad hanc rem illustrandam extant Il. κ′, 414. sqq. Dolonis verba haec:

Ἕκτωρ μὲν μετὰ τοῖσιν, ὅσοι βουληφόροι εἰσίν,
βουλὰς βουλεύει θείου παρὰ σήματι Ἴλου,
νόσφιν ἀπὸ φλοίσβου· φυλακὰς δ' ἂς εἴρεαι, ἥρως,
οὔτις κεκριμένη ῥύεται στρατὸν οὐδὲ φυλάσσει.
ὅσσαι μὲν Τρώων πυρὸς ἐσχάραι, οἵσιν ἀνάγκη,
οἱ δ' ἐγρηγόρθασι, φυλασσέμεναί τε κέλονται
ἀλλήλοις, ἄταρ αὖτε πολύκλητοι ἐπίκουροι
εὕδουσι· Τρωσὶν γὰρ ἐπιτροπέουσι φυλάσσειν·
οὐ γάρ σφιν παῖδες σχεδὸν εἵαται οὐδὲ γυναῖκες.

Deinde de loco, quo socii singuli quiescant interrogatus, haec respondet proditor vs. 428. sqq.

πρὸς μὲν ἁλὸς Κᾶρες καὶ Παίονες ἀγκυλότοξοι
καὶ Λέλεγες καὶ Καύκωνες δῖοί τε Πελασγοί·
πρὸς Θύμβρης δ' ἔλαχον Λύκιοι Μυσοί τ' ἀγέρωχοι
καὶ Φρύγες ἱππόδαμοι καὶ Μῄονες ἱπποκορυσταί.
ἀλλὰ τίη ἐμὲ ταῦτα διεξερέεσθε ἕκαστα;
εἰ γὰρ δὴ μέματον Τρώων κατασδῦναι ὅμιλον,
Θρῃκες οἵδ' ἀπάνευθε νεήλυδες, ἔσχατοι ἄλλων
ἐν δέ σφιν Ῥῆσος βασιλεύς, παῖς Ἠιονῆος.

xlvii. Ager Troianus si notior nobis esset, facile posset constitui, quomodo Homerus Troianos dispositos cogitasset. Sed Homeri descriptio neque cum reliquorum scriptorum testimoniis congruit, neque sibi ipse constat summus poeta diversis locis. Et Ili quidem tumulus, ubi Hector et reliqui principes convenisse dicuntur, medium tenuisse locum in ea planitie, quae ultra Scamandrum inter Troiam et Hellespontum porrigebatur ex ipso Homero constat Il. λ′, 166., ubi situs esse dicitur *μέσσον κὰπ πεδίον*. Procul ab hoc loco mare versus — v. Spohn. de agro Troiano p. 20. not. 111. — pernoctarunt Troiani (κ′, 416. *νόσφιν ἀπὸ φλοίσβου*), procul simul a navibus Graecorum (Il. θ′, 490.) ad Scamandri ripas (ibid. et θ′, 560.) *ἐπὶ θρωσμῷ πεδίοιο*, loco extra cadavera si-

to (491.). Ita vero videtur exercitus dispositus fuisse, ut mediam tenerent partem Troiani, latera socii, et Aegaeum quidem mare versus Cares cum Paeonibus, Lelegibus, Cauconibus, Pelasgis, ad Scamandrum vero Thymbram versus Lycii, Mysi, Phryges, Maeones.

xlviii. Et Thymbra quidem vallis ubi sita fuerit, video viros doctos in diversas abiisse sententias. Nam cum Euripides vs. 495. Thymbraeum sacellum Troiae propinquum fuisse tradidisset, falsum id esse contendit Dionysodorus ap. schol. A quo recentiorem urbem confusam esse cum antiqua ex Strabone probavimus in notis ad l. l. p. 192. sq., qui ipsum Homeri locum explicat et Thymbram ab antiqua Troia haud procul abfuisse docet, usque ad Scamandrum porrectam. Sed ut de hoc dubitare possis, cum ex recentiorum placitis Thymbra propius a nova quam ab antiqua Ilio absit, Thymbraei saltem Apollinis templum, quominus ad Scaeas portas situm fuisse dicamus nihil impedit. De valle vero Thymbra Strabone an recentiores rectius statuerint, vix poterit hodie cum aliqua veri specie discerni. Rheso denique ubi tentoria fuerint, nusquam accuratius definitur. Sed videtur Homerus eum extremum castra Graecorum versus cogitasse.

xlix. Sed ut haec dubitatione non vacant, multo incertiora sunt, quae de Euripide dici possunt. Qui si omnino certam aliquam loci imaginem animo informaverat, probabile est in throsmo collocatos fuisse Troianos, siquidem de eo etiam auctor Etym. M. p. 457. pr. tradit, ᾧ στρατοπέδῳ ἐχρῶντο οἱ Τρῶες, εἴ ποτε τῆς πόλεως ἔξω τάσσοιντο, et vigilibus, ubi pernoctarent, assignatum fuisse Aesyetae tumulum (Il. β', 793.) unde castra Graecorum conspici poterant, quique speculae loco esse solebat Troianis. Hinc, ut de Graecorum motibus doceant, Hectorem petunt, huc redire iubentur ab Hectore vs. 510., ubi simul indicatur sitam fuisse speculam προταινὰ τάξεων, Hellespontum versus. Media vero in scena collocatum erat Hectoris tentorium, si modo cogitandum videretur de iustis castris in tam subita expeditione. Euripides saltem de Troianis stationibus semper dixit κοῖται, κοῖτος, χαμεῦναι, εὐναι, τάξεις, de Graecis vero usurpavit σκηναὶ et κλισίαι — v. Morstadt. p. 6. not. 1. — Hectoris stationi in altero latere propinqua erant Troianorum cubilia sociorumque, unde prodeunt Aeneas et

Paris, ita vero, ut probabile sit, Troiam etiam conspici potuisse in parasceniis, quanquam id non postulat vs. 115. τήνδε μὴ οὐ μόλῃς πόλιν. Alterum latus ad Graecorum castra spectabat, quae spectatorum oculis non proponebantur, montibus (Ida fortasse), silvis, aqua distinctum. Huc abit Dolo; adveniunt vero ex hac parte Ulixes et Diomedes, utque videtur etiam pastor regius, et fortasse Rhesus, quanquam erunt, qui hunc, utpote ex longinquo venientem per parodos accessisse malint. Posses etiam suspicari Thraciam fuisse conspicuam ob vs. 955. τῆςδ' ὑπαργύρου χθονός, nisi ibi aliis praeeuntibus τῆς scribendum videretur.

l. Media in fabula memorabilis est locus. Nam postquam Hector abiens cum Rheso chorum iussit obviam ire Doloni (vs. 510. sqq.), praeferunt milites, ex siderum cursu quota hora sit definito, stationes suas deserere et Lycios excitare vigiliarum suarum successores. Scena igitur et orchestra vacua prodeunt Diomedes et Ulixes. Rarior est talis μεταστασις χοροῦ. Reperitur enim chori discessus in Aiace Sophoclea et Aeschyli Eumenidibus, sed ita, ut simul scena mutetur. Nostra in fabula locus semper idem manet. Nam initio res agitur ante Hectoris cubile, huc tendit Aeneas vs. 87., eodem Graeci vs. 558. sqq., huc Paris vs. 626., eundem postremo locum petit Rhesi auriga vs. 722. sqq., unde perspicitur falso Lindemannum in interpretatione sua ad vs. 672. (659. nostrae ed.) adscripsisse, mutari scenam. *) Praeter Rhesi fabulam chorum abeuntem loco non mutato novi apud tragicos in sola Helena Euripidis et fortasse in Alcestide.

li. In illa Helenae suadet chorus, ut Theonoën ae-

*) Hic quidem vir doctus excusari potest, cum non *venisse* ad Hectoris stationem dicatur auriga, sed eam tantum *quaerat*. Tamen nusquam scenae mutatae vestigium extat. Multo vero peius erravit Sam. Petitus Misc. iii. p. 193. cui assentitur Beckius §. 3. p. 450. not. 19. *Paris*, inquit, *inter medios Troianorum ordines locum habebat suum. Igitur non apparet, cur, cum Hectorem, qui in iisdem erat castris, convenire velit, eum quaerat ad castra Rhesi* (sic): *nam Rhesus cum suis extra ordines erat. Poeta noster videtur Rhesum locare prope Troianorum castra.* cet. Agnoscis sine dubio criticorum infelicissimum. Rectius de hac re statuit Morstadt. p. 4. not. 3. quanquam hic quoque nimis anxius de rebus extra scenam positis.

des ingressa de Menelai fatis consulat. Quibus respondet Helena (vs. 330.):

φίλαι, λόγους ἰδεξάμην·
βᾶτε, βᾶτε δ' εἰς δόμους,
ἀγῶνας ἐντὸς οἴκων
ὡς πύθησθε τοὺς ἐμούς,

ad quae chorus:

θέλουσαν οὐ μόλις καλεῖς.

Abeunt igitur vs. 385. Helena et chorus, et scena vacua statim advenit Menelaus. Locum non mutatum esse docent vs. 64. ubi Helena:

— — Πρωτέως μνῆμα προσπίτνω τόδε,

et vs. 68. ubi Teucer dicit:

τίς τῶνδ' ἐρυμνῶν δωμάτων ἔχει κράτος;
Πλούτου γὰρ οἶκος ἄξιος προσεικάσαι,
βασίλειά τ' ἀμφιβλήματ' εὔθρονοί θ' ἕδραι,

comparati cum Menelai verbis vs. 430.

ἰδὼν δὲ δῶμα περιφερὲς θριγκοῖς τόδε
πύλας τε σεμνὰς ἀνδρὸς ὀλβίου τινός,

et vetulae vs. 460.

Πρωτεὺς τάδ' οἰκεῖ δώματ', Αἴγυπτος δὲ γῆ,

et vs. 466.

τόδ' ἔστιν αὐτοῦ μνῆμα, παῖς δ' ἄρχει χθονός.

Minus certa res est in Alcestide. Nam ibi dubitari potest an chorus non abierit. Iubet enim Admetus sublato corpore uxoris *ministros* se sequi vs. 739. Nusquam chorus dicitur reginam comitatus esse, neque abiisse neque revertisse. Tamen quia nullus chori versus post discessum et ante reditum Admeti extat, non repugnabo, si quis cum Monkio ad vs. 756. una cum rege abiisse chorum statuere malit, non improbantibus Hermanno et Wuestemanno, quem consulas etiam ad vs. 908., ubi tamen argutius disputare videtur. Eundem vero locum per totam Alcestidem esse, non est, quod uberius demonstrem. Cf. etiam Lobeck. ad Soph. Ai. 813. p. 360.

liii. Hinc ad alia scenica transimus. Non diu postquam Graeci prodierunt actores quatuor in scena fuisse videntur, Ulixes, Diomedes, Pallas, Alexander. Quod cum non fugisset Hermannum, maluit p. 284. statuere, Ulixem postquam abiit ad capiendos equos statim Alexandri induisse personam. Id vero minus probabile,

quia post Paridis discessum rursus idem actor continuo priorem personam induere debuisset. Malim igitur parachoregema statuere, de quo Pollux l. iv. s. 109. 110. ex optimo codice Palatino — v. Lachmannum de mensura trag. p. 3. — ὁπότε μέν, inquit, ἀντὶ τετάρτου ὑποκριτοῦ δέοι τινὰ τῶν χορευτῶν εἰπεῖν ἐν ᾠδῇ, παρασκήνιον καλεῖται τὸ πρᾶγμα, ὡς ἐν Ἀγαμέμνονι Αἰσχύλου, εἰ δὲ τέταρτος ὑποκριτής τι παραφθέγξαιτο, τοῦτο παραχορήγημα ὀνομάζεται· καὶ πεπρᾶχθαί φασιν αὐτὸ ἐν Μέμνονι Αἰσχύλου. Non est huius loci inquirere quam recte hoc de Aeschyli Agamemnone et Memnone tradiderit Pollux. Sed res non est cur in dubium vocetur, et extat monente Lachmanno παραχορήγημα in Prometheo, παρασκήνιον in Septem ducibus, et ea quidem ἀντὶ τρίτου ὑποκριτοῦ. Quo more cur Euripides non usus sit, nulla fingi potest causa.

liii. Sed licet opinor ultra etiam progredi. Praeter Alexandrum etiam Palladem puto ex choro suffectam esse. Observarunt enim iam alii, neque nos ullam huius incommodi excusationem invenimus supra §§. 36. 37. — vituperandum videri, quod ante Musae verba abiret Rhesi auriga, cuius quam maxime retulisset, verum rei gestae ordinem audire. Monuit aliqua de hac re Morstadtius p. 56. sq. qui propterea non assentitur Hardionio et Beckio, Musam introductam esse statuentibus, ut Hector a criminibus liberaretur, sed hanc partem ob solum splendorem et miserationem augenda additam censet. Ego cum Hardionio facio vel ob solos versus 935. 936. Quare cum reputo, vel maxime opus esse aurigae praesentia — poetam vero hoc non sensisse, quis sibi persuaserit? — probabilis videatur coniectura a duobus histrionibus actam esse Rhesum, quia facillime huic incommodo mederi potuisset Euripides, si tres habuisset actores. Quod ne cui prorsus putidum videatur commentum, reputanti scilicet Sophocle auctore iam Aeschylum tribus histrionibus usum esse, potest choragum nactus esse minus liberalem Euripides, quippe qui tum minus placeret spectatoribus, ut demum Olymp. lxxxiv, 3. vinceret. Praeterea in Rheso duos egisse histriones, acta ut coniicio Olymp. lxxxv, 4., non adeo mirum est, cum in Alcestide, duobus annis ante docta, itidem duos tantum histriones habuisse videatur poeta, quae est coniectura Elmsleii, non improbata

Hermanno praef. Alcest. p. xii. et Wüstemanno ad eiusdem fabulae vs. 1150.

liv. Pondus accedit huic coniecturae, quod praeter eum locum, ubi quatuor in scena sunt actores, nusquam plures quam duo colloquuntur. Restant vero duae difficultates, altera non admodum verosimile esse, aurigam modo abeuntem Musae induisse personam, altera vix agi potuisse ab Aenea Dolonem. Utque de hoc primum dicam, ab Aenea actum esse Dolonem nego. Nam cum quaerat Hector vs. 149.

τίς δῆτα Τρώων, οἳ πάρεισιν ἐν λόχῳ,
θέλει κατόπτης ναῦς ἐπ' Ἀργείων μολεῖν;

etiamsi alteram lectionem λόγῳ pro λόχῳ retineres, praesens Dolo iam fuisse debet, Aenea loquente. At nonne hinc tres fuisse actores apparet? Minime. Nam sive λόγῳ scribimus, sive λόχῳ, ut verum puto, non alios potest Troianos intellexisse poeta, quam milites ex quibus chorus constitit, quia alios praesentes fuisse nusquam indicatur. Quae etiam Lindemanni est sententia in interpretatione vs. 153. Hinc intelligimus Dolonis saltem personam παραχορήγημα fuisse. Chori vero numerus secundum plerosque aut xv. aut xii. fuisse dicitur. Iam cum scholiasta Aristoph. Ach. 1087. scribat: λόχους· ἔνιοι μὲν τὸ ἐξ ἀνδρῶν ὀκτὼ σύστημα, οἱ δὲ τὸ ἐξ ἀνδρῶν δώδεκα, οἱ δὲ τὸ ἀπὸ ἑκκαίδεκα ἀνδρῶν πλῆθος, ὃ καὶ τέλειόν φασι καὶ σύμμετρον, si iustum lochi numerum, sedecim milites, initio fabulae progressos esse statuas, postquam Dolo abiit manebit iustus chori numerus quindecim. *) Ita ne receptus quidem chori numerus hoc parachoregemate excedebatur. Eundem vero qui Dolonis partes sustinuit etiam Palladem egisse arbitror, neque rediisse cum choro reverso, quia post ultima Palladis verba vs. 659. statim irrumpit chorus. Contra is cho

*) Cum quinquaginta choreutas poeta a chorago acciperet, quos ex arbitrio inter quatuor sua dramata distribueret, quae est vix dubia coniectura Car. Od. Muelleri ad Aeschyli Eum. p. 74., non difficile erat sextum et decimum militem exornari. Neque Rhesum puto sine comitibus prodiisse. Itaque cum Homerus tradat Il. κ', 488. 495. post duodecim Thraces tertium et decimum interfectum esse Rhesum, prona est coniectura cum duodecim comitibus in scena exhibitum esse Rhesum, chorum puta ex altera de duabus reliquis tragoediis, quia intererat spectatorum eos vidisse, quos necatos esse fama ferebat.

reuta qui Alexandrum egit, una cum choro rediisse videtur, cum Alexander iam abeat vs. 648. Quare duo statuo parachoregemata, alterum ἀντὶ τρίτου ὑποκριτοῦ (Dolonem et Palladem) alterum ἀντὶ τετάρτου ὑποκριτοῦ (Alexandrum). Neque vero est quod alterum parachoregema adeo miremur, quia absens erat chorus, ut ne animadverteretur quidem deficiens choreuta.

lv. Quae si vera sunt, hanc schedam scenicam componere possumus. Protagonista egit: Aeneam, pastorem regium, Rhesum, alterum de Graecis, aurigam Rhesi, Musam; Deuteragonista: Hectorem, alterum de Graecis; Parachoregema i. Dolo, Pallas; Parachoregema ii. Alexander. Quae dispositio mihi ideo minus displicet, quam fortasse aliis, cum quia Dolonis persona sine dubio est parachoregema, tum quia hinc tantum explicatur aurigae ante Musae verba discessus. Nam et aurigae et Musae partes tam graves erant, ut non possent parachoregemate suppleri. Quis enim sibi persuadeat, commos, in quibus praecipue cernebatur virtus actorum, ab alio quam a protagonista esse cantatos?

lvi. Deam utramque ex machina locutam esse, more satis noto — v. Pollux iv, 128. sqq. — vix est, quod moneam. Harum Pallas opinor conspici non potuit. Id doceri videor ex vs. 592. ubi Ulixes dicit, se deam ex voce *) cognoscere, idemque fortasse fraus Palladis probat, qua Alexandrum fallit. Contra Musam fuisse conspicuam et chori verba docent vs. 873. sqq. et Musae vs. 877. ὁρᾷν πάρεστι, Τρῶες. Malles eam oculis non potuisse cerni, quia ut supra §. 54. significavi, parum probabile videtur ab eodem actore et Musam et aurigam actos esse. Persuadent tamen, quod duos tantum actores Euripides in Rheso habuisse videtur, et quod utraque persona protagonistae maxime convenit. Denique cum auriga iam vs. 864. abducatur, si Graecorum in his rebus praestantiam consideramus, fieri potuisse concedi debet, ut ab eodem utraque persona susciperetur. Quid

*) Idem docere potest Dio Chrys. or. xxxvi. p. 445. Mor. εἰ γὰρ μηδενός, ἀλλ' οὖν τῆς γε φωνῆς ξυνίεμεν ὑπὸ συνηθείας. Dissentire videtur Lobeck. ad Soph. Ai. p. 76. sq. Sed ut in Aiace certissimum sit, deam Ulixi fuisse conspicuam, ita in Rheso probabile est, eam neque ab heroibus, neque a spectatoribus conspici potuisse.

quod si scholio ad Eur. Phoen. 93. credimus idem, qui Iocasten egerat, Antigonae personam sustinet? Ceterum usa videtur Musa machina cui γέρανος nomen; cuius ope filio rapto, currui insidens — cf. Boeckh. explicc. Pindar. p. 156. — praetervecta est eum locum, quo drama agebatur. *) Pollux enim iv, 130. de simili Aeschyli invento ita refert: ἀπὸ δὲ τοῦ θεολογείου ὄντος ὑπὲρ τὴν σκηνὴν ἐν ὕψει ἐπιφαίνονται θεοί, ὡς ὁ Ζεὺς καὶ οἱ περὶ αὐτὸν ἐν Ψυχοστασίᾳ. ἡ δὲ γέρανος μηχάνημά τί ἐστιν ἐκ μετεώρου καταφερόμενον ἐφ' ἁρπαγῇ σώματος, ᾧ κέχρηται ἡ Ἠὼς ἁρπάζουσα τὸ σῶμα τοῦ Μέμνονος; cf. Proclus Chrestom. p. 478. de Achille: καὶ μετὰ ταῦτα ἐκ τῆς πυρᾶς ἡ Θέτις ἀναρπάσασα τὸν παῖδα εἰς τὴν Λευκὴν νῆσον διακομίζει.

lvii. Postremo restat non magni momenti quaestio, utrum Graeci una cum equis currum Rhesi abduxerint, an solos equos curru relicto. De quo quoniam viri summi Scaliger ad Virgil. Culic. 326. p. 31. et Valckenarius p. 106. not. 8. disputarunt, etiam nos aliquid afferemus. Et Scaliger quidem propter aurigae verba vs. 783.

— — — οἳ δ' ὄχημα πωλικὸν
λαβόντες ἵππων ἴεσαν φυγῇ πόδα,

una cum equis currum statuit abductum, cui assentiuntur Heynius ad Virgil. l. l. et Morstadt. p. 34. Sed iam Heathius ad vs. 797. monuit, probante Valckenario l. l. ὄχημα πωλικὸν solos ἵππους significare posse, ut ὄχημα κανθάρου ap. Aristoph. Pac. 866. nil nisi κάνθαρος est. Sed quos locos attulerunt Valckenarius et Heathius ii rursus nihil probant, vs. 600—605., ubi ἵπποι equos cum curru significare possunt, cum vs. 605. etiam ὄχημα πωλικὸν addatur; neque quidquam probat vs. 655. Unus locus, si quid video, unde coniectura fieri possit, solos equos aversos esse, est vs. 664.

τούσδ' ἔχω καὶ τούσδ' ἔμαρψα,

*) Id eorum causa moneo, qui, cum legerint vs. 873. sqq.
τίς ὑπὲρ κεφαλῆς θεός, ὦ βασιλεῦ,
τὸν νεόδμητον νεκρὸν ἐν χειροῖν
φοράδην πέμπει;
credant ex ipso loco, ubi tum agebatur, corpus esse sublatum. Quam opinionem multa redarguunt. Nusquam enim ante Musae adventum, de Rhesi corpore ut de praesenti loquuntur; deinde illud φοράδην quodammodo sententiae meae favet; denique leges scenicae postulabant, ut haec extra conspectum populi fierent.

unde perspicitur disiunctos fuisse Ulixem et Diomedem equitantes. Ceterum per se probabile erat, hoc ita animo suo informasse Euripidem, quia Homerus id praecivit Il. κ', 504. sqq., neque ulla causa erat recedendi a poeta epico. Accedit, quod vs. 293. de duobus tantum equis intelligendus videtur.

lviii. Epimetri instar iuvat de tribus disserere, quibus oeconomia huius fabulae a more Euripideo recedere videatur. Primo aut obliti sunt viri docti, aut noluerunt uti. Nempe notissima est Euripidis sententia, quam profert Apollo Alcest. 22.

ἐγὼ δέ, μὴ μιασμά μ' ἐν δόμοις κίχῃ,
λείπω μελάθρων τῶνδε φιλτάτων στέγην,

ne scilicet videat mortuam reginam, et Diana in Hippol. 1437.

καὶ χαῖρ'. ἐμοὶ γὰρ οὐ θέμις φθιτοὺς ὁρᾶν
οὐδ' ὄμμα χραίνειν θανασίμοισιν ἐκπνοαῖς.

Quare ne quis post me hinc argumentum contra fabulae authentiam petat, dicatque ex sententia Euripidis, diis non licuisse corpora exanimia videre, iuvat nonnulla contra hanc Lessingii opinionem ex Lobeckii dissertatione fortasse non multis obvia: *Dii veterum adspectu corporum exanimium non prohibiti* Viteb. 1802. p. 32. transcribere: *Quidquid sit, Euripidem tamen non constanter istam regulam secutum fuisse constat. In Supplicibus enim* (*vs.* 794.) *quinque illorum heroum, qui Thebas oppugnaverant cadavera non solum in omnium conspectu ponuntur et prope templum Minervae collocantur, sed dea ipsa etiam exsequias persequentibus intervenit. Id quod a Thetide etiam factum est* (*Androm.* 1232.). *Rhesum denique Strymonis et Musae filium, ab Ulysse interfectum, mater dea amplectitur humerisque aufert* (*vs.* 885—948.). *Quae res aut summae Euripidem inconstantiae et levitatis arguit, aut eorum opinionem, qui dramatis istius authentiam convellere studuerunt, mirifice confirmat.* Inconstantiam Euripidis in ipsa hac re arguunt duo alii loci allati, et multa alia exempla, ut monuit Lobeckius in nota subiecta: *Ea* (inconstantia) *aliunde nobis cognita est. Saepe etiam a communi priscorum poetarum more discedere solitus est. Quam enim constantem et perpetuam deorum legem esse ait:*

— — θεοῖσι δ' ὧδ' ἔχει νόμος
αὐθεῖς ἁπαντᾶν βούλεσθαι προθυμίᾳ
τῇ τοῦ θέλοντος, ἀλλ' ἀφιστάμεσθ' ἀεί.

(Hippol. vs. 1328.) *eam profecto centies migrarunt. Confinxisse itaque eam oeconomiae causa putatur.* Quam defensionem longe praefero ei, quam Car. Od. Muellere, opinor, auctore Dorienss. i. p. 302. dedit Hermannus ad Eur. Alc. 22., solis Apollini et Dianae id proprium videri, quia ambo ex longinquo homines ferire dicantur. Nam Statius saltem (laudatus a Monkio ad Hipp. l. l.) idem de Minerva praedicat Thebaid. viii. extr., idemque de Musis statuerunt, qui fabulam de somnio Philemonis comici eius mortem indicante finxerunt, quam tradit Aelianus ap. Suidam v. *Φιλήμων*.

lix. Restant duo, exordium anapaesticum et prologus deficiens, de quibus deinceps disseram. Utrumque enim a more Euripidis abhorrere videtur. Quorum exordium anapaesticum proprium videtur Aeschylo — v. Blomfield. ad Aesch. Pers. praef. p. xiv. —, qui eo usus est in Persis, Supplicibus, Prometheo *λυομένῳ* (v. Hermann. de Aeschyl. Prom. sol. p. xiv. extr. Opp. T. iv. p. 266.), Myrmidonibus (v. Hermann. de Aesch. Myrmidd. pr. Opp. T. v. p. 136.) et fortasse in Heliadibus (v. Hermann. de Aesch. Heliadd. p. iv. Opp. T. iii. p. 131.). Idem initium Euripidearum invenitur in Iphigenia Aulidensi et Rheso, utraque suspecta quarumque iusti prologi extare videantur. Itaque ut Rheso nullum praesidium accedat ab Iphigenia, idem tamen fecit Euripides in Andromeda, satis facete irrisa ab Aristophane in Thesmophoriazusis. Constat enim eos versus quos exagitavit comicus vs. 1065. sqq.

Ὦ Νὺξ ἱερά,
*ὡς *) μακρὸν ἵππευμα διώκεις,*
ἀστεροειδέα νῶτα διφρεύουσ'
Αἰθέρος ἱερᾶς
τοῦ σεμνοτάτου δι' Ὀλύμπου —

ipsum prologum fabulae fuisse. Nam scholiasta: *ὁ Μνησίλοχος ὡς Ἀνδρομέδα. τοῦ προλόγου Ἀνδρομέδας εἰςβολή.* Idem confirmat scholiasta comici ad sequentia v. 1070.

Τί ποτ' Ἀνδρομέδα περίαλλα κακῶν
μέρος ἐξέλαχον —

---

*) Fuerunt, qui ob hiatum corrigerent *μακρὸν ὡς ἵππευμα διώκεις*. Mihi nec hiatus initio fabulae displicet, ut sit primus versus quasi epiphonema, et video tueri vulgatam etiam schol. Theocrit. ii, 166. Suidam v. *ἵππευμα*.

asserens: καὶ τοῦτο ἐκ τοῦ προλόγου. Itaque hinc corrigendus est Hermannus praef. Iphig. Aul. p. ix. Ceterum dum tale initium a more Euripideo non abhorrere demonstro, id nolo ita accipi, ut deficiente hoc exemplo res incertior sit. Nam mea sententia non magis mirum est, quod haec fabula ab anapaesto incipit, quam reliquae a iambis. Dicta sunt igitur iis, qui omnia exemplis confici iubent.

lx. Superest ut de prologo disseram. Hunc in Rheso iam ab antiquis desideratum esse, id evincit, quod postea, ut fabulae argumentum docet, duo prologi ferebantur, neuter genuinus. Nam et notus erat Euripides ob prologos inventos et praebent omnes fere tragoediae tale exordium, rursus exceptis solis Rheso et Iphigenia Aulidensi. Et in Rheso quidem hac vix perspicitur, quomodo fabulae initio aliquid praecedere potuerit, nisi fortasse collocutas esse Iunonem statuas et Palladem, illa hanc ad opem ferendam Graecis incitante, ut praeeunte Pindaro — v. supra §. 8. — factum videmus ab eo, qui secundum prologum conscripsit. Sed in eo saltem a lyrico recessit grammaticus, quod Graecos non ab Rheso dixit oppressos, sed ab Hectore vs. 5. Id quod fluxisse potest ex Homero Il. θ', 350. sqq. et ipsa Euripidis fabula iussit, ad quam supplendam labor susceptus est. Nam id, opinor, hodie plerosque omnes concessuros esse, et πρῶτον πάνυ esse alterum prologum, et οὐ πρόσοντα Εὐριπίδῃ, ut iam antiquus ille grammaticus iudicavit, qui argumentum conscripsit et inter recentiores plurimi, quos taedet enumerare. Prudentissime vero Car. Lachmannus de chor. systemm. p. 117. not.: *Caeterum*, inquit, *qui extat prologus Rhesi fabula ipsa recentiorem se testatur hoc versu:*

Ἐξ οὗ γ' ἔχρισε Κύπριν Ἀλέξανδρος θεάν,

nisi qui scribere velit:

Ἐξ οὗ Κύπριν γ' ἔχριν' Ἀλέξανδρος θεάν.

Quod neque ipsi Lachmanno placebit, neque alii cuiquam.

lxi. Quo magis mirandum censeo summi viri iudicium, Valckenarium intelligo, qui, quod nonnullas Sophoclis imitationes in hoc altero prologo invenit, non dubitavit p. 93. a. scribere: *Ista naturae congrua simplex oratio* (prologi scilicet) σεμνὰ καὶ εὐεπέστατα ἔχουσα μεγαλοπρέπεια *ne Sophocle quidem est indigna, et, si ad*

paucos istos versus Rhesi totum drama, quod legimus, responderet, suspicaremur cum Scaligero, Sophoclem Rhesi dramatis esse auctorem. Adeone fallere potuisse tantum virum imitatorum servum pecus? Iure igitur Hermannus p. 271. dicit: *Nam quod Valckenarius eum prologum ne Sophocle quidem indignum iudicavit, aevo illi ignoscendum,* et Hermanni iudicium sequitur etiam Welckerus p. 631. Tamen etiam Morstadtio p. 73. sq. non malus videbatur alter hic prologus, et genuinus huiusce Rhesi, quem damnaverit grammaticus ob formam Sophocleam dialogicam. Dictionem vero superstiti Rheso prorsus esse similem, eandemque metrorum condendorum rationem. Quod quam vere dictum sit, docebit prior paragraphus.

lxii. Plus negotii prior facit prologus, quem ii viri docti, qui praeter hanc Rhesum, quam subdititiam putant, aliam Euripidis extitisse suadent, ex Euripidea fabula superesse contendunt. Haec Morstadtii coniectura p. 72. sqq., probata etiam ab Hermanno p. 270., assensum tulit Welckeri p. 631. At in eo quidem errasse Morstadtium, quod unum illum versum non convenire fabulae superstiti dixit, recte monuit Hermannus l. l. Contendit enim Morstadtius in prologo hoc Lunam dici lucere, quae maxima demum fabulae parte peracta oriretur vs. 520. At illo loco non ortum Lunae sed occasum significari, et Hermannus perspexit et ego docui p. 202. sq. Igitur si in prologo hoc oriri Luna dicitur, vides, quam apte altero loco pallescere perhibeatur. Neque vero dixerim cum Hermanno p. 271. non convenire hunc prologum superstiti fabulae ideo, quod non indigeat prologo. Verum quidem est, non indiget; sed si integrum prologum in libris haberemus, quo Pallas, quae est Morstadtii sententia (p. 72. 78.), ut in Hippolyto Venus, causas odii in Rhesum enarraret, vel ut Hermannus statuit (p. 271.) mandata Iunonis exponeret, vel Graeci exercitus conditionem spectatores doceret et Diomedis Ulixisque adventum praepararet (Welcker. p. 631.), eum nemo sobrius in suspicionem vocaret, nisi alia accederent dubitationis argumenta. Neque enim apta est Welckeri coniectura p. 631. ipsius Dianae, deae scilicet Lunae, esse haec verba, quia nullae partes sunt huius deae in mytho Rhesi.

lxiii. Quare si neque illi Rhesi superstitis loco hic versus adversatur, neque ita est comparata fabula, ut prologum non potuerit habuisse, quid tandem est causae,

ut neutrum prologum genuinum dixerimus? Duo videntur me movere, alterum quod grammatici veteres ita statuerunt, siquidem legitur in argumento priore lin. 11. sq.: ὁ Χορὸς συνέσηκεν ἐκ φυλάκων, οὓς καὶ προλογίζουσι, magis vero, *quod duo prologi ferebantur*, ut Matthiaei verbis utar, *quod ipsum documento esse potest, neutrum ab ipso poeta scriptum esse.* *) Neque enim Hermanno possum assentiri, ita de his Matthiaei verbis disserenti p. 276. *Si neuter prologus ab ipso poeta scriptus est, putavit ille non opus esse prologo. Itaque tanto magis mirum videri oportet, alios et quidem non unum aliquem, sed duos, quod ipse poeta inutile esse censuit, ita necessarium iudicasse, ut ipsi de suo adiicerent.* Deinde post multas et vanas declamationes ita pergit vir summus: *Videmur ergo hac ratione in multo maiores implicari difficultates, quam si credimus Euripidei Rhesi prologum servatum in aliquo codice et additum nostro Rheso, quod ei non conveniret, ab aliquo industrio homine, qui artem suam experiri vellet, commutatum esse cum alio prologo. Cur is ita luserit inutile est quaeri. Quis ignorat Diogenis Laertii in huiusmodi lusibus vanitatem, aut quae scribae multis in codicibus ingenioli sui specimina dederunt?*

lxiv. In quibus verbis non solum pro vero ponitur, quod non demonstratum est nec potest demonstrari, sed etiam id ipsum, quod apud Matthiaeum vituperatum est, paucis mutatis veri simile esse dicitur. Primo enim quis sciat prologum, cuius primum versum servavit argumentum, fabulae superstiti non convenisse? Atque Hermannus quidem eo magis vituperandus videatur, quod versum servatum ipse modo docuerat non adversari dramati, de quo scribimus. Deinde si repugnasset reliqua pars prologi huicce Rheso, id nostro iure contendimus, aeque acute animadversurum fuisse et annotaturum grammaticum, qui argumentum scripsit, quam industrium illum hominem, qui alterum prologum fecisse dicitur. Alterum vero, his disputatis, aeque arbitrarium videtur. Nam cum concedi nullo modo possit, priorem prologum fabulae superstiti repugnasse, nonne multo minus verisimile est, alterum extitisse prologum eumque characteri Euripideo adversantem, cum, qui genuinus haberetur, superesset et

*) Ita etiam Gruppius statuit p. 336., ideo a Welckero p. 631. immerito notatus.

more Euripideo compositus esset — id enim verba argumenti lin. 20. sq. *ὁ γοῦν δικαίαν ἐκτιθεὶς τὴν ὑπόθεσιν* significant — *) quam, cum nullus omnino fuisset prologus, a variis, qui artem suam experiri vellent, hunc laborem susceptum esse?

lxv. Vides, candide lector, quo haec ducant, quamque recte dixerim neutrum esse genuinum prologum. Nam si antiquitus prior extitisset prologus Euripideo more conscriptus, nulla causa erat, alterum scribi, qui iis Euripidis exordiis, quae supersunt, prorsus contrarius est. Itaque restat ut alterum prius dicas scriptum esse. Qui quia ab ingenio Euripideo abhorrere videretur, alius susceperit negotium Euripideum characterem exprimere. Quod non cadit nisi in eum, qui hunc secundum prologum sciret, non scriptum esse a poeta. Itaque ne hunc quidem genuinum putare possemus, etiamsi non probaremus, quod uno fere ore viri docti pronuntiarunt, alterum prologum *πεζὸν πάνυ* esse *καὶ οὐ πρέποντα Εὐριπίδῃ*. Simul vero, si secundum prologum priorem fuisse statuimus, explicatur, quod adeo miratur Hermannus, quod non unus, sed duo, in hoc negotio operam suam collocarunt. Denique ne quis hoc fortasse argumento contra me utatur, legi in argumento lin. 26. *καὶ τάχ' ἄν τινες τῶν ὑποκριτῶν διεσκευακότες εἶεν αὐτόν* (prologum), ut inde appareat, grammatico primum prologum etiam priorem scriptum visum esse, id ego quoque concedo, sed video etiam, parum referre, quae sententia fuerit talis hominis, non nisa argumentis historicis. Nam vel id ineptissimum est, quod ab histrionibus prologum factum putat alterum.

lxvi. Sed quidquid tandem est, si sine prologo ferebatur antiquitus haecce Rhesus, omnino nego mirum videri posse, deinde plures latos esse prologos. Nam cum ea videretur indoles Euripideorum dramatum, ut a iusto quem dicunt prologo inciperent, cumque ipse Euripides de se diceret apud comicum (Ran. 945. sqq.):

εἶτ' οὐκ ἐλήρουν ὅτι τύχοιμ', οὐδ' ἐμπεσὼν ἔφυρον,
ἀλλ' οὐξιὼν πρώτιστα μέν μοι τὸ γένος εἶπεν εὐθὺς
τοῦ δράματος —:

*) Apte Morstadt. p. 70. not. 1. ex Thomae Mag. vita Euripidis contulit haec verba de charactere Euripideo: *τὸ ἐν ἀρχῇ τοῦ δράματος τὴν ὑπόθεσιν διατυποῦν καὶ τὸν ἀκροατὴν ὥσπερ χειραγωγεῖν εἰς τὸ ἔμπροσθεν.*

facile adduci potuerunt plures, ut id supplerent, quod sibi videretur Euripidem *χαρακτηρίζειν*. Utque fieri solet, ut alius alio melius sibi operam cessuram arbitretur, ita non mirum esset, si plures etiam prologi extarent. Tales lusus exemplis quibusdam firmavit Hermannus. Ego duo alia addo alterum Hesiodi, Arati alterum. Atque Tzetzes, initio commentarii in Hesiodi Opp. et D. *ἰστέον*, inquit, *ὅτι Ἀρίσταρχος καὶ ἄλλοι ὀβελίζουσι τὸ προοίμιον καὶ Πραξιφάνης ὁ μαθητὴς Θεοφράστου λέγει ἀπροοιμιάστῳ βιβλίῳ ἐντυχεῖν, ἀρχομένῳ ἐντεῦθεν* (vs. 11.)

οὐκ ἄρα μοῦνον ἦν ἐριδῶν γένος,

et similia aliis locis narrat. Itidem videndi de septemplici Theogoniae exordio Hermannus praef. ad Homeri hymnos p. xii. sqq. atque Mützell. de emend. Theog. Hesiod. p. 366. sqq., ubi docetur hoc carmen Epicuri aetate a vs. 116. incepisse, Cyrillum vero vs. 104. pro initio habuisse. Num vero mirum, si ad Theogoniam septem extant prooemia diversa, duos Rhesi esse prologos? Quid quod serioris quoque aetatis poetis sui ingenii foetus subiecisse narrantur grammatici? Hinc alterum exemplum peto. In vita Arati Victoriana (p. 435. T. ii. Buhl.) quatuor quinqueve Phaenomenorum initia feruntur et tradit grammaticus: *φέρεται δὲ τὰ Φαινόμενα ὑπὸ μέν τινων ἀπροοιμίαστα·* (vs. 19.)

οἱ μὲν δμῶς πολέες τε καὶ ἄλλυδις ἄλλοι ἐόντες,

ὑπὸ δέ τινων διάφορα προοίμια ἀρχὴν ἔχοντα κτλ.

lxvii. Haec exempla, quibus ex omnibus aetatibus alia addi possent, satis, opinor, probabunt, ubi aliquid deesse videretur clari poetae operi, non unum sed plures quoque extitisse, qui aut sua pro genuinis venditarent, aut ex suppleto poeta nomen sibi quaererent et gloriam. Quare si haec omnia *ἀπροοιμίαστον* fuisse Rhesum luce clarius ostendunt, rursus alia oritur quaestio, num ideo Euripidi abiudicanda sit. Id quod sine haesitatione negandum videtur. Neque enim quisquam diserte tradidit, nullam Euripidis tragoediam prologo iusto caruisse, neque credibile est, poetam statim ab initio hoc usum esse invento aut nunquam postea a more recepto recessisse. Fabularum Euripidearum ne quartam quidem partem habemus. Quomodo igitur ex hoc parvo numero contendere possimus, ideo esse spuriam Rhesum, quod prologo careat?

lxviii. At videtur res etiam exemplo firmari posse. Nam quanquam nolo advocare Andromedam, quia exordium magis monodiam quam dialogum fuisse puto, maiore iure Iphigeniae mentio fiat. Sed ne hac quidem uti volo, quia video eam ab aliis Euripidi abiudicari, ab aliis prologum nescio quem apud Aelianum pro exordio haberi — utrumque falso, me iudice: tamen cur de Peliadibus, antiquissima Euripidis fabula dubitetur, nulla sane causa est. De ea autem sic tradit schol. ad Eur. Med. 688. Matth. *σεσημείωται ὁ στίχος ὅτι ἐν Πελιάσιν ἐστίν, ὧν ἡ ἀρχή·*

Μήδεια, πρὸς μὲν δώμασιν τυραννικοῖς.

Hanc igitur fabulam a diverbio incepisse, mea sententia vix *) potest dubitari, quanquam id admodum miratur Elmsleius ad vs. 676. Non recte; nam aut fallor, aut, si de oeconomia et exordiis perditarum fabularum sciremus plura, aliter iudicaremus.

lxix. Sed satis superque de his non magni momenti rebus disputatum est, quas tacite fortasse praeterissem, nisi dedissent occasionem nova quaedam proferendi. Itaque antequam ad Hermanni sententiam refutandam transeo, quae hoc in capite assequi propositum habuimus, iuvat in memoriam revocare. Videor igitur mihi mytho exposito et fontibus huius dramatis reclusis ostendisse, et iis bene usum esse poetam, quae praeiverant antiquiores vates, nec sine arte in multis horum vestigia deseruisse, ita ut, oeconomiam Rhesi dramatis si consideres, non indigna videatur haec fabula, quae Euripidi tribuatur. His vero expositis ea restant examinanda, quae effecerunt, ut viri docti Rhesum superstitem non scriptam esse ab Euripide affirmarent.

---

*) Neque enim spero, fore ut dubium esse dicatur, *Μήδεια* hic vocativus an nominativus sit. Plura de Peliadibus eiusque oeconomia haberemus comperta, si edita essent Mosis Chorenensis progymnasmata, quorum editionem sperare nos iussit Maius ad Eusebium p. 43. not. 3. ed. Mediol. Ille enim rhetor copiosissime, teste Maio, hanc sibi sumsit fabulam confutandam.

CAPUT TERTIUM.

DE HERMANNI RATIONIBUS.

i. Ut solemus omnibus aliorum diffidere coniecturis, qui ipsi iudicare volumus, ita maxime hoc fit, ubi a contraria parte praestantissimos omnium fere temporum viros stare videmus. Quare verissime Dio Chrysostomus orationem suam Troianam ita exorsus est: *χαλεποῦ δὲ ὄντος τοῦ διδάσκειν τῷ παντὶ χαλεπώτερον τὸ μεταδιδάσκειν.* Neque nos fugit difficultas rei. Accedimus enim iam ad summum quaestionis, ut ostendamus, quae Valckenariis, Beckiis, Hermannis visa fuerint, ea errore niti. Itaque verendum est, ne is, qui cum his viris consentientibus dissentire se profiteatur, ludere potius velle videatur lectores quam docere. At ne hic quidem finis est timoris. Nam hos etiamsi vicerimus, excipiunt nos a pugna languidos et defessos, velut *ἔφεδροι* integris viribus alii, cum Scaligero Welckerus et Gruppius. Quapropter non mirandum est, si adversariorum recordati et auctoritatem et doctrinam, nostraeque memores imbecillitatis et virium tenuium ingressi sumus hanc quaestionem subtimidi.

ii. Neque vero hic timor est desperantis de victoria. Nam quanquam minus timerem ut Diomedes apud Homerum, si talem comitem haberem, qualis dicitur Ulixes

τρίβων ἐπὶ τὰ κομψὰ καὶ νοεῖν σοφός,

tamen vel sine comite hoc iter conandum putavi, non quo adversariorum *legiones difflarem spiritu quasi ventus folia*, sed ut prudenter et caute investigata eorum negligentia — dormitat enim interdum etiam bonus Homerus — viderem, an possem eos improvidos nec opinantes opprimere, ut Rhesum olim Diomedes vino somnoque sepultum obtruncavit.

iii. Itaque ut primum de Hermanno dicam, cui hoc caput tertium destinatum est, suspicionem *νοθείας*, quae hanc Rhesum premebat, ita circumscripsit, ut hanc tragoediam contra reliquorum sententiam diceret neque Athenis scriptam esse, neque tam brevi intervallo, atque putassent Delrio et alii, contingere aetatem Euripidis, sed non florenti amplius poesi Attica scriptam esse ab Alexandrino poeta, Dosithei fere aetate. (vid. i, 30.)

Quae sententia etiam a Morstadtio defensa est, qui, ut Didascaliarum fidem infringeret, ab Euripide Muesarchi filio Rhesum quidem doctam esse contendit, sed hancce Rhesum superstitem aliam esse atque Euripideam. Eam igitur coniecturam, argumentis praesertim aestheticis firmatam a Morstadtio, Hermannus in ampla sua de Rheso dissertatione et ingenii acumine et doctrinae copiis uberius persecutus est.

iv. Duabus vero partibus constat libellus Hermannianus, quarum prior introductoria est, et quid veteribus quidque recentioribus de Rheso dramate placuerit exponit atque examinat. Qua disputatione cum sibi visus esset Hermannus invenisse, iam ab Aristarcho hancce Rhesum supposititiam habitam esse, huic superstruxit posteriorem partem quinquies divisam, qua ex ipsa fabula, qualis nobis superest, docere animum induxit aetate Alexandrina scriptam esse et celebri Euripidis nomini subiectam, incertum utrum errore veterum an auctoris fraude.

v. Ac de priore quidem parte pleraque iam supra occupavi c. i. §. 8. sqq., quibus pauca nunc addo. Cum in Didascaliis Rhesus Euripidis commemoretur, talem fabulam ab Euripide scriptam esse cum Morstadtio arbitratur Hermannus. Hinc vero non sequi, ut, si alia argumenta suadeant contrarium, superstes fabula ea sit, quam in Didascaliis commemoratam dicant. Quo ingenioso commento quanquam concedo et servari simul et elevari Didascaliarum fidem, tamen ut hoc credamus non efficies, nisi aut disertis veterum testimoniis coniecturam firmes, aut ex ipso libro demonstres evidentissime, non posse scriptum esse ab eo cuius nomen ferat. Neutrum me iudice praestitit Hermannus. Nam de veteribus eius sententiae ii tantum quodammodo favent homines ignoti, qui in Argumento dicuntur *τόθον ὑποτοῆσαι τὸ δρᾶμα*, quanquam ut supra (i, 7.) demonstravi, etiam hi non malum hoc drama iudicaverunt, sed Sophocle vel eius schola dignum. Aristarchum vero, quae est Hermanni sententia, *νοθείας* auctorem esse, et supra negavi (i, 11.), quod Parmeniscus et Dionysodorus ut Crates Mallotes genuinam hanc Rhesum habuerunt, et nunc examinatis viri summi argumentis minus etiam placebit.

vi. Primum vero hoc Argumenti loco, non quo debebat modo utitur Hermannus. Nam: *Veteres illi critici*, inquit p. 267., *in quibus, nisi fallor, Aristarchum nume-*

rare licebit; quum Sophoclei moris aliqua vestigia in Rheso invenire sibi visi sunt, nihil profecto aliud spectare potuerunt, quam metra multis Euripideorum elaboratiora, dictionemque exquisitiorem, neque ita referiam sententiis. In caeteris scriptor Rhesi non similior Sophocli quam Euripidi est, nec, si quis id nescire se simulet, eo efficiat ut similem Sophocli quisquam iudicet. In quibus verbis desidero rationem recte conclusam. Nam propter Sophocleum characterem Euripidi abiudicaverant fabulam illi; causam vero ἀηθείας falsam arguit Hermannus, et idem tamen pro sua sententia illorum iudicio utitur. Ita vero eius argumentatio procedit: Veteres quidam Euripidi Rhesum ereptum iverunt, *quod* Sophocleum aliquid haberet; sed in charactere definiendo erraverunt illi, nec ea, quae Sophoclea videri possint, ita sunt comparata, ut Sophocli tribui possit Rhesus; *itaque* quia fabula pessime composita est, in aevum Alexandrinum detrudenda videtur —: quanquam sic potius concludendum erat: Veteres Euripidi *ob* Sophocleum characterem abiudicabant; character Sophocleus non est; *itaque* non est Euripidi abiudicanda ob characterem Sophocleum. Quodsi adeo erraverunt veteres in iudicio de ingenio poetae, quis tandem ausit eorundem tamen iudicio uti et ita verba interpretari: Errarunt veteres, quod Sophocleum prae se ferre ingenium dicerent Rhesum, at id saltem viderunt, non ab Euripide scriptam esse?

vii. At minus etiam caute de Cratete et Aristarcho iudicavit Hermannus. *Sed illud ipsum*, inquit p. 272., *quod hactenus ut certum minimeque dubium posuimus, quam habemus fabulam non esse nobilis illius Euripidis Rhesum, aliter visum est Crateti, grammatico imprimis claro. — — — Verumne sit an falsum, quod dicit Crates, si quaerimus videndum est, et quid ponderis habeat huius viri iudicium, et num res ipsa sit veri similis. Ac vereor magnopere ne vel ipse auctor suspectus esse debeat, quem quum propensum ad nova et singularia, tum perpetuum adversarium fuisse Aristarchi sciamus. Vide Wolfii Proleg. ad Hom. p. 276. Quum enim Aristarchus aliquid operae in hoc quem habemus Rheso posuerit, quid aliud credamus, quam hunc virum, in quo acutissimum iudicium summa cum eruditione erat coniunctum, et vidisse et dixisse, quod viderunt et dixerunt tantum non omnes, qui aliquem harum literarum usum haberent, mirum quantum inter Euripidis fabu-*

las et haecce Rhesum diversitatis intercedere? Quid autem veri similius, quam qui ubique dissentire ab Aristarcho consuesset, hac quoque in caussa ei esse adversatum, magis fortasse, ut obloqueretur, quam quod non ipse quoque intelligeret probabilia eum dicere. Id satis apparet ex eo, quod, quum negare manifestissimam dissimilitudinem non posset, ut aliquam tamen veri speciem praetenderet, ad ingeniosum commentum confugit, aetati poetae illam discrepantiam imputans. Sed quamvis haec iudicia non integerrimi sententia vel ipsa per se satis suspecta videri debeat, tamen expendenda est accuratius, ne propter dubiam fidem viri reiicere existimemur, quod possit tamen recte ab eo iudicatum esse.

viii. Quibus in verbis desidero prudentiam viri summi et video saepe neglectum officium interpretis. Quem cum dedeceat cupide agere et uti interpretatione aeque a verbis quam a ratione aliena; non solum studia coniecturae suae defendendae abreptum videmus Hermannum, sed etiam verbis scholiastae supra (i, 12.) laudatis persuasurum nobis eam inesse sententiam, quam inesse nec verba nec ratio patitur. Simul vero syllogismi falsi ita sunt verborum veneribus exornati et irretiti, ut nisi quis acriter intendat animum et sobrie omnia examinet, lateant praestringantque oculorum aciem, unde anguror, ipsum Hermannum non liberaliter egisse, sed ad stabiliendam suam coniecturam, quippe quam verissimam putaret, sibi *πάντα λίθον κινεῖν*, quod dicunt, concessisse.

ix. Et cupiditatis cum reliqua documento sunt, tum ea quae de Cratete dicuntur. Hunc propensum ad nova et singularia fuisse et perpetuam cum Aristarcho inimicitiam exercuisse notissimum est. Sed fidem eius qui in suspicionem vocaverit veterum novi neminem. Imo ne Wolfius quidem, cuius iudicium recentiores sequuntur, hanc suspectam reddidit, sed vituperat tantum in Prolegg. ad Hom. extr. *pravum eius acumen* et *indoctam temeritatem*. Hermannus vero quo auctore eum *iudicem non integerrimum* et *dubiam eius fidem* vocet, equidem nescio. Quo magis gaudeo, quod Mützellius, qui vir doctus ex fontibus solebat haurire, de emend. theogonia Hesiodea p. 284. sq. immerito tam male audire Cratetem asseverat. Quod iudicium subscribo. Nam ut concedam in multis a Cratete erratum esse, quanquam eius sententiam ex solis fere adversariorum scriptis novimus,

tamen id, opinor, non difficile fuerit demonstratu, Cratetis sententiam de philologia universa multo propius abfuisse a recentiorum plerorumque omnium placitis, quam Aristarchi. *)

x. Magis etiam in interpretatione scholii errasse videtur Hermannus. Ita enim locum vertendum esse, vel Hermannus concedet: *Crates errasse dicit Euripidem in coelo describendo, quod iuvenis docuerit Rhesum. Neque enim posse Vergiliis, ut fingat* (Euripides), *occidentibus Aquilam culminantem dici. Nam sub terra tum esse Capri-*

---

*) Praecipue audacia vituperatur Cratetis in critica factitanda, quod textum plane aliter, quam Aristarchus constituit. Sed Cratetem quoque non caruisse antiquis libris, quibus auctoribus coniecturas suas proferret, probabilis est coniectura. Deinde quanquam id non possum laudare ut Strabo iii. p. 157., quod τὴν Ὁμήρου ποίησιν πρὸς ἐπιστημονικὰς ὑποθέσεις ἔτρεψεν, tamen id saltem plerosque hodie concessuros puto, mythologiam antiquam non commenta tantum et lusus ingenii esse, sed aliqua ratione niti, etiamsi Homero et Hesiodo nil mysterii subesse visum fuerit. Sed quidquid est, non magis ideo fides Cratetis suspecta erit, quam virorum doctorum, qui etiamnunc Homerum symbolice interpretantur. Merito vero olim inter celeberrimos grammaticos referebatur, v. Sext. Empir. adv. gramm. i, 2. p. 224. ubi τῆς ἐντιλοῦς γραμματικῆς auctor nominatur cum Aristophane et Aristarcho, Strabon. i. p. 30. (p. 82. Tzsch.) ἀπὸ Ἀριστάρχου καὶ Κράτητος, τῶν κορυφαίων ἐν τῇ ἐπιστήμῃ ταύτῃ, Gellium N. A. ii, 25. cf. Dion. Chrys. or. liii. p. 553. Mor. Deinde quod Gellius l. l. dicit: *Duo Graeci grammatici illustres Aristarchus et Crates summa ope ille* ἀναλογίαν, *hic* ἀνωμαλίαν *defensitavit*, cf. Varro de ling. Lat. vii. p. 119. 121. viii. p. 126. 127. 151. ix. p. 170. et alii, in eo mihi quidem a vero propius abfuisse videtur Crates quam Aristarchus. Quid vero quod Cratetis de disciplina philologica sententia eorum placitis, qui hodie in his litteris principatum tenent, prorsus convenit? Vide Sext. Emp. adv. Gramm. i, 3. p. 233. sq. ἔοικε δὲ (Chares) καὶ Κρατήτειόν τινα κινεῖν λόγον, καὶ γὰρ ἐκεῖνος ἔλεγε διαφέρειν τὸν κριτικὸν τοῦ γραμματικοῦ. καὶ τὸν μὲν κριτικὸν πάσης φησὶ δεῖ λογικῆς ἐπιστήμης ἔμπειρον εἶναι· τὸν δὲ γραμματικὸν ἁπλῶς γλωσσῶν ἐξηγητικὸν καὶ προσῳδίας ἀποδοτικὸν καὶ τῶν τούτοις παραπλησίων εἰδήμονα. παρὸ καὶ ἐοικέναι ἐκεῖνον μὲν ἀρχιτέκτονι, τὸν δὲ γραμματικὸν ὑπηρέτῃ. Apertius etiam quid statuerit Crates ex Taurisci Cratetei intelligitur verbis ap. Sext. Emp. adv. gramm. i, 12. p. 268. Ταυρίσκος γοῦν ὁ Κράτητος ἀκουστής, ὥσπερ οἱ ἄλλοι κριτικοί, ὑποτάσσων τῇ κριτικῇ τὴν γραμματικήν, φησὶ τῆς κριτικῆς εἶναι τὸ μέν τι λογικόν, τὸ δὲ τριβικόν, τὸ δὲ ἱστορικόν. λογικὸν μὲν τὸ στρεφόμενον περὶ τὴν λέξιν καὶ τοὺς γραμματικοὺς τρόπους, τριβικὸν δὲ τὸ περὶ τὰς διαλέκτους καὶ τὰς διαφορὰς τῶν πλασμάτων καὶ χαρακτήρων, ἱστορικὸν δὲ τὸ περὶ τὴν προχειρότητα τῆς ἀμεθόδου ὕλης.

cornum cui insideat Aquila. Tum idem docet, Vergiliis occidentibus conspici haec signa: Taurum, Geminos, Cancrum, Leonem, Virginem, Iugum; sub terra vero haec esse: Scorpium, Sagittarium, Capricornum, Aquarium, Pisces, Arietem. Atque haec quidem Crates. Videtur vero sententiae ambiguitate in errorem inductus. Prima enim signa et Vergilias occidere putavit Crates ab Euripide dici; quod non est ita. Sed prima signa vigiliae occidere dicit, Vergilias vero oriri. Quomodo enim, si occiderent, αἰθερίας eas vocasset? Quare triplicitar tempus a militibus definitur: ab occasu, ab ortu, a culminatione. — Sequitur prorsus similis Parmenisci interpretatio, et deinde lin. 27. adiicitur: *hac ratione coelum congruere cum Euripidis verbis dicit Parmeniscus.*

xi. Quibus verbis si alius subest sensus, quam a Cratete et Parmenisco disceptatum esse, erraverit Euripides necne, ego me ne minimum quidem fructum ex studiis tulisse largior, nec unquam laturum esse. Nam id quidem ex hoc loco nullo modo potest concludi, de auctore fabulae disputasse Cratetem et Parmeniscum. Quae res si causa fuisset rixae, etiam de ea, ut de rebus coelestibus, in sequentibus extaret uberior memoria. *) Itaque si explicandum est, cur Crates addiderit temporis notam, quo Rhesum Euripides scripserit, id facile potest fieri. Nam cum sciret, Euripidem Anaxagorae discipulum admodum peritum fuisse rerum coelestium — v. infra v, 11. sqq. —, causa huius erroris erat quaerenda. Pronum igitur erat credi, *iuvenem* Euripidem meditatum esse hanc tragoediam, nisi forte quis statuere malit ex antiquioribus Didascaliis sua petivisse Cratetem.

xii. Excusabit lector uberiorem huius loci interpretationem, si meminerit eo maxime niti Hermanni coniecturam, qui omnino tali usus est disputandi ratione, qua falluntur lectores tardiores. Nam statim prima eius verba, quae §. 7. transcripsimus, id arguunt. Quid enim haec

*) Talia veterum dicta si essent in syllogismorum leges restringenda, ita concludendum esset. *Crates, Euripidem in rebus coelestibus errasse contendit ob iuventutem: Aristarchus perpetuus fere adversarius est Cratetis: itaque verisimillimum est, statuisse Aristarchum, non errasse ob iuventutem Euripidem in coelo constituendo.* Quo nil probatur, quam quod posuimus, litigasse veteres, erraverit Euripides necne. Quod etiam Welckerus vidit p. 634.

sibi volunt: *Sed illud ipsum, quod hactenus ut certum minimeque dubium posuimus, quam habemus fabulam non esse nobilis illius Euripidis Rhesum, aliter visum est Crateti, nisi* id agunt, ut animos lectorum occaecent? Nonne, si liberaliter egisset Hermannus, dicendum potius erat: Euripidis esse Rhesum hanc praeter codices Crates testantur et Dionysodorus et Parmeniscus, aliique grammatici seriores, commentatus est in eam Aristarchus, Menecrates, alii fortasse, lectitaverunt eam rhetores et poetae Romani: sed non esse ab Euripide scriptam et veterum nonnulli, ut proditum est in Argumento Graeco, suspicabantur et hodie plerique persuasum habent? Ita fore si rem exposuisset, ne ipse quidem Hermannus opinor animum induxisset, Aristarchum *νοθείας* esse auctorem, quem de Euripide huius Rhesi auctore non dubitasse, satis idoneis argumentis videor probasse supra i, 9—11. Igitur nulla causa erat quaerendi de fide Cratetis, sed id erat ostendendum, minus valere Didascalias *) et testimonia diserta Cratetis, Dionysodori, Parmenisci, grammaticorum celeberrimorum et gravissimorum, quam eorum hominum ignotorum *coniectura*, qui propter characterem Sophocleum Euripidi fabulam abiudicarunt. At dolo potius, quam aperto Marte lectorum assensum ferre voluit Hermannus. Nam ita, ut egit, non agendum fuisse, virum acutissimum non vidisse, quis sibi persuadeat? Quanquam non summa laus est, iis persuasisse, quos scimus acumine deceptos, non vi argumentorum victos. Non enim decipitur nisi vulgus.

xiii. Tantum igitur abest, ut egerit quemadmodum boni illi, qui *domum pestilentem vendo* proscripserunt, ut et reticeret et orationis vanitatem adhiberet. Id quod verba eius §. 7. transcripta satis probant. *Nam apertum est, nulli pro vero, quod neque demonstratum est, nec potest, ut nunc quidem se res habet, demonstrari,* hanc Rhesum ab Aristarcho spuriam esse iudicatam. *Hoc igitur, si*

*) Didascalias nominavi non immemor verborum Hermanni p. 264.: quod in Didascaliis Rhesus Euripidis notata erat, inde non sequi, *quam hodie habemus tragoediam Rhesum, illam esse de qua scriptum fuit in didascaliis.* Nam ipse dicit p. 263. *Videndum est et quas dicamus didascalias et qualis earum sit auctoritas.* Quare cum auctor huius Didascaliae non nominetur, cumque constet, etiam Cratetis fuisse Didascalias, non maioris ponderis in re incerta Didascaliarum quam Cratetis est testimonium.

non conceditur, concidit tota argumentatio, tantumque abest ut ostensum sit, quid non potuerit non fieri, ut nihil sit aliud monstratum, quam quomodo, si Aristarchus genuinam esse hanc tragoediam negasset, *potuerit* Rhesus iuveni Euripidi tribui a Cratete. *At multum interest inter ea, quae facta sunt, et quae fieri potuerunt.* Quid vero quod Aristarcho genuinam Rhesum fuisse visam, argumentis satis firmis demonstravimus i, 9. sqq.? Adde cetera verba vana et superba, Cratetem *adversatum magis fortasse, ut obloqueretur, quam quod non ipse quoque intelligeret probabilia* Aristarchum *dicere*, deinde Cratetem *negave manifestissimam dissimilitudinem non potuisse*, denique *Aristarchum vidisse et dixisse, quod vidissent et dixissent tantum non omnes,**) *qui aliquem harum literarum usum haberent*, quanquam Lobeckius, Dindorfii, alii, quos i, 35. commemoravi Euripidi tribuerunt. Quae omnia mihi probare videntur. Hermannum non sine studio et ira scripsisse, quae est necessaria virtus philologi, sed cupiditate abreptum lecturis fucum fecisse. Unde probabilis est coniectura, fore, ut reliqua quoque eodem cum studio eademque cum ira scripta sint. Quod ita esse, concedet opinor, mea et Hermanniana qui legerit libero iudicio.

xiv. Restat, ut antequam ad alteram dissertationis partem transeamus, reliqua quaedam examinemus, qualis est quaestio de aetate poetae, quem hanc Rhesum scripsisse Hermannus putet. Ac commemoratis iis, quibus innotuerit Rhesus superstes: *Ex his*, inquit p. 279., *efficitur, nil sciri, nisi incerto ante Aristarchum spatio hunc Rhesum, si non est Euripidis, haberi pro Euripidea fabula coeptum esse. Quo modo? De duobus altero: reperta est in codice aliquo sine nomine auctoris, quumque didascaliae Euripidem edidisse Rhesum testarentur, haec ipsa esse creditа est. Quo autem temporis intervallo ante Aristarchum? Non maiore opus est, quam ut non amplius in vivis esset scriptor, quum de eo controversia inter Aristarchum et Cratetem est orta, si fabula non est in scenam producta:*

*) Errore meo factum est et ambiguitate verborum, quae etiam alios fefellerunt, ut in commentatione de Rheso (v. supra i, 36.) p. 8. haec de veteribus intelligerem. Dicta esse de recentioribus criticis docent verba, quae p. 269. extant: *cuius Rhesus cunque scriptoris sit, non esse maioris illius Euripidis, olim quorundam, hodie omnium, iudicio* constare.

aliter enim difficilius ignorari vel auctor vel tempus potuit; actam esse autem cum istiusmodi virtutibus quis temere sibi persuadeat? Quodsi est, ut nobis videbatur, circa illud tempus scripta, quo Sositheus instauravit tragoediam, ab regno Ptolemaei Philadelphi ad Aristarchum et Cratetem spatium est fere centum annorum. Sed praeter hanc etiam alii, neque illi absurdae suspicioni locus est. Quid enim si scriptor ipse hoc consilio fabulam istam composuit, ut eam pro Euripidea magno aere venderet? — — — Ita nec quomodo Aristarchus et Crates de auctore Euripide disceptare potuissent, nec quod falsus ille Euripides Athenas et poesin Atticam collaudasset, mirum foret.

xv. In his, ut mittam, poni, quod nondum demonstratum est, non esse Euripidis hanc Rhesum, ita ut hoc si quis neget tota inutilis sit argumentatio, nec quidquam probare, talia, quale hoc est: *actam esse autem cum istiusmodi virtutibus quis temere sibi persuadeat?* — haec igitur ut mittam, non perspicitur, cur opus dicatur, ut non amplius in vivis fuerit scriptor. Nam sive suam credi voluit fabulam ab Euripide esse scriptam, sive, postquam haberi coepta est pro Euripidea, fraudem detegere noluit, nil retulit, in vivis esset necne. Deinde si probabile esset, Ptolemaei Philadelphi aetate hanc tragoediam scriptam esse, neglectum miror testimonium, quod, si illud concedi posset, aliquam vim esset habiturum atque etiam de auctore nos certiores faceret. De Homero enim tragico ita scribit Christodorus (Antholog. T. iii. p. 176.)

— ὃν Θρῃϊκίηι παρ' ἠόσι γείνατο μήτηρ
Μυρὼ κυδαλίμη Βυζαντιάς. — — — —
πεῖνος ἄρα τραγικῆς πινυκὴν ἠσκήσατο τέχνην,
κοσμήσας ἐπέεσσιν ἑὴν Βυζαντίδα πάτρην.

Ne ἐπέεσσιν de carmine epico intelligas, prohibet, quod praecessit τραγικῆς. Ex mythis vero Byzantinis nullus celebrior est quam Rhesi fata, quem Byzantii habitasse Suidas scribit v. Ῥῆσος p. 3211. Gaisf. Quare, nisi negandum esset hanc tragoediam Dosithei aetate scriptam esse, non ineptam proferre viderer coniecturam ab Homero hanc Rhesum esse compositam.

xvi. Haec igitur omnia ita comparata sunt, ut, si concederes, non esse hanc Rhesum Euripideam, cum aliqua verisimilitudine dicta esse videri possent. Quod si negandum est, nil valent. Itaque ea argumenta examinanda sunt, quibus fretus in altera parte Euripidi hanc

tragoediam abiudicandam et Alexandrino poetae tribuendam esse censet Hermannus. Apparet vero cum huic coniecturae nullam fere ex antiquitate testimonium accedat, — quam futiles enim sint testes illi ignoti in Argumento Graeco contra diserta testimonia Cratetis, Dionysodosi, Parmenisci et ut conieci Aristarchi, non opus est moneri —: hinc, dico, patet, si sententiae Hermanni aliquid ponderis haberet, hoc in altera parte positum esse. Cum vero omnino arduum sit, aliter atque celeberrimi utriusque scholae grammatici statuerint ex hoc exemplo videmus, id non satis caute et acute factum esse ab Hermanno, ut novo probetur argumento, quam prenum sit errare, ubi a viris et linguae usu et pulchri sensu instructissimis recesseris. Neque vero disputationis series sola nos huc deduxit, sed ipse Hermannus postulat ut, qui a se dissentire profiteatur, argumenta sua refutet: Nam: *Videor mihi ostendisse*, inquit p. 298. extr., *quae Matthiae verissime ut propria Alexandrinorum commemoravit, omnia ea cumulata quidem in Rheso inveniri; neque haec tantum, sed nonnulla etiam, quae ab Attica tragoedia vehementer abhorrerunt, conveniant autem Homeri assiduae lectioni insudanti grammatico. Haec igitur refutanda erunt, si quis hunc scriptorem non fuisse Alexandrinum demonstrare volet.*

xvii. Tentabimus igitur refutare. Ac primo quidem id favere video causae meae, quod iustior est. Nam redditurus sum Mnesarchidae id, quod quidam obscurorum et suspectorum hominum testimonio confisi contra testium gravissimorum eorumque notissimorum consensum ereptum iverunt. Itaque iure nostro freti contendimus, contrariam nostrae sententiam non commendari externa, quam dicunt, probabilitate. Sed quidquid est, ne videamur temere reiicere quae tamen vera esse possunt, accuratius expendenda sunt. Scribit vero Hermannus p. 282.: *Qui sibi proposuit tragoediam ad exemplum poetarum Atticorum componere, eum sive iustae imitationis laudem adipisci, sive clari cuiuspiam ex antiquioribus nomen mentiri voluit, cognita habere oportuit ea, quae huius poematum generis propria sunt. Itaque non solum dictionis tragicae numerorumque formas ac temperamenta, sed caetera etiam omnia, quae ad compositionem tragoediae pertinent, tenere debuit, descriptionem actionis, distributionem partium, officia personarum, rationem diverbiorum, dispositionem divisionemque*

chori, munerumque inter cantores alternationem et si quae sunt alia huiusmodi. Horum omnium nihil esse, in quo scriptor Rhesi non maximam curam diligentiamque ostenderit, ipse ultro fateor. Quodsi eius tragoedia tanto studio est elaborata, ut maximam habeat cum antiquis similitudinem, quae tandem dicemus esse illa, quibus recentius aevum et quidem Alexandrinum prodere videatur? Sunt ea nisi fallor numero quinque: imperitia inventionis, imitatio inepta Homeri, aemulatio tragoediae Atticorum antiquioris, ostentatio variae doctrinae, dictio raris et exquisitis undique collectis plena, neque illa non aliquando peccans in consuetudinem Atticorum.

xviii. Ac primum quidem, quod est de oeconomia, ita definit accuratius: *Atque inventionem fabulae ineptissimam esse, nec latere quemquam potest, et demonstratum est a viris doctis evidentissime. Iniquus tamen sit, qui omnia, quae in hoc genere peccata sint aevo poetae tribuenda censeat. Illa tantum iure afferri possunt, quae ab Attico poeta admissa esse non sit credibile.* Quorum hoc quidem recte monitum est; at prius argumentum non est argumentum. Nam neque *evidentissime* demonstrata est fabulae turpitudo, cum quovis tempore non defuerint, qui ea delectarentur, neque unquam demonstrari poterit. Sunt enim quaedam res, quas ubi sensu et iudicio ipsi non percipimus atque assequimur, nulla satis oratio probabit, ut cum Anaxagora nivem atram iudicante frustra de albedine disputares. Quae verba viri cuiusdam doctissimi de omnibus valent, quae sub sensus cadunt, veraque esse maxime perspicitur ex variis iudiciis, pulchrumne sit aliquid necne. Et iuvat sane Dei sapientiam praedicare, qui nil voluerit ita esse abiectum, ut omnibus sorderet. Tamen ne obloquendi studio duci viderer, cur nulli alii Euripidis fabulae hoc drama postponendum censerem, exposui cap. ii. Itaque cum Gruppio quoque, talium rerum idoneo iudici, praestantissima vitia sic Rhesus, id modestius quam verius mihi dicere videor, item adhuc sub iudice esse, nec unquam ita posse dirimi, ut dissentire nequeas, nisi forte quis credat, pulchri quoque doctrinam olim certis finibus circumscriptam iri. *)

*) Quam incerta talia sint, ut ex hac materie petam exemplum, probabunt varia virorum doctorum de secundo Rhesi pro-

Quare praestabit singula examinari peccata, quae Hermanno (p. 282. sq.) non videtur admissurus fuisse poeta Atticus.

xix. *Ac primum*, inquit, *illud nimis profecto mirabile foret, hominem, qui summorum poetarum tragoedias suis ipse oculis spectaret; qui, quid magis minusve placeret, multis cognosse exemplis deberet; qui cum probatissimis laudatissimisque poetis de victoria contenderet, non animadvertisse deesse suae tragoediae id, quod principale est in hoc genere, ut metu, ut miseratione, ut admiratione, postremo ut aliquo saltem motu animos spectatorum corripiat. Id non videtur cadere nisi in eum, cui neque ipsi unquam pectus generoso aliquo sensu incaluit, neque alios quid commovere possit cognitum est, neque aut contendendi cum quoquam consilium aut spes victoriae obversatur. Dicat quis forsitan, hominem ingenio destitutum, qui se poetam esse crederet, ut fere hoc genus vanissimum est, gloriosius de se sensisse. Non repugnarem, si primis tantum lineis adumbratam esse fabulam viderem. Existimarem enim, voluisse eum componere tragoediam, sed abiecisse, ubi animadvertisset, quem esset successum habitura. At sedulo perfecit expolivitque: quod eius est qui domi sedens studia sua umbratica tranquillo animo tractat, sui similes se admiratores inventurum sperans; non hominis populum, plaudentem iis a quibus maxime moveatur, conciliare sibi studentis. Ac profecto quo quis attentius hanc fabulam consideret, eo magis intelligat necesse est, nihil quod placere possit relinqui, quam numeros et stilum, factamque ad exercitationem scribendi potius, quam ad usum scenae videri.* Haec rursus longa periodus nil continet nisi verba inania. Nam ubi negaveris fabulam tibi ineptam videri, concidunt

---

logo iudicia de quibus supra dixi ii, 61. Praeterea ut unum saltem ex multis documentum afferam, summi Wolfii verba de hymno Homerico in Cererem scripto, Prolegg. Hom. p. cxxxvii. appono. *Quem enim hymnum*, inquit, *plerique prae laetitia novi ἐφεύρετον tam similem Homero quam ovo ovum putabant, eum alii indignum vate at antiquissimum et Homeridae alicuius fetum, Pindemontius haud privorem Alexandrinis, Ignarra centonem Mosco-ulicum vocabat, e Pausania et aliunde corrasis antiquis versibus infima aetate conglutinatum. Ruhnkenius quidem optima sententia dicta, res, inquit, a peritis sentiri potest, imperitis, quid sit, explicari non potest.* Quorum quid non experta est Rhesus?

omnia. Itaque id potius ostendendum erat Hermanno, quibus argumentis nisus ineptam dixisset Rhesum. Quod non fecit. Nam id unum quod commemoravit, deesse fabulae id, quod commoveret spectatores, et aeque incertum est quam reliqua, et aliter visum est viris doctis quibusdam omnium temporum. Cf. supra ii, 39. sqq. et Lindemann. p. 4. sq.

xx. Pergit Hermannus: *Praeterea est etiam quod vix dicas quomodo recte agi potuerit. In ipso fabulae initio excubitores conspiciuntur, quorum is qui primus verba facit aliquos iubet ad Hectorem se conferre, eumque ex somno excitare. Hi vix audito mandato statim appellant Hectorem, quasi hoc ipso in loco cubantem. Quod si spectari fabulam suam voluit scriptor, vereor ne offendere spectatores debuerit illud in theatro silentium, dum vigiles orchestram perambulantes ad Hectoris cubile perveniunt. Habet autem aliquam rationem, si ad legendum scripta est fabula.* In his neque intelligo rationem, quam hoc ex sententia Hermanni habere potuerit, si ad legendam scripta esset fabula, et incertum esse dico, utrum ad cubile Hectoris tetenderint ii, qui evocaturi erant e lecto ducem, an ex orchestra appellaverint eum. Denique si concesseris ortum esse silentium, id habet quomodo explicetur. Potuit enim ut visum est Lindemanno p. 4. ad augendam expectationem facere, neque, qui reliquarum antiquarum meminerit tragoediarum, similia non inveniet ubivis.

xxi. Sequitur p. 283. extr. sq.: *Nescio an eodem referendus sit ille locus, ubi explaratores Graecorum et Troianae excubiae in tenebris manus conserunt. Est quidem nocturna scena etiam in Amphitruone Plauti: sed ibi Sosia noctis signum laternam gerit, nec qui agunt ut caeci colliduntur. Accedit quod comoediae plura licita sunt quam tragoediae.* Chori persecutiones in tragoediis non raras fuisse et Aristophanis possunt docere parodiae variis locis et disertum interpretis eius testimonium ad Acharn. 204. Noctu agitur etiam initio Iphigenia Aulidensis et aliae. Quid vero Sosia cum laterna sua sibi velit neque ego intelligo, neque se assequi confessus est, qui in cetera fere iuravit verba Hermanni, Lindemannus p. 4. sq. Neque vero minus ridicula sunt quae deinceps adiiciuntur. *Alius generis est*, inquit, *quod in exordio fabulae anapaestis inseruntur antistrophica, in quibus cho-*

rus, quem observata referre conveniebat, magna vociferatione ut in summo periculo, quum tamen modo nihil accidisse novi dixisset, exercitum ad arma et iubet vocari et non exspectato ducis imperio ipse vocat. Id Atticus poeta, opinor, absurdum esse vidisset: non abhorrebat autem ab imitatore, id solum agente, ut sua quoque tragoedia immixtum anapaestis carmen antistrophicum haberet. In quibus verbis incertum est, utrum immixta anapaestis chorica vituperentur, an verba ipsa inconvenientia. Prius reprehendi non puto, nam reperitur hoc genus saepius; ipsa vero verba: testari hoc imitatorem, id solum agentem, ut sua quoque tragoedia immixtum anapaestis carmen antistrophicum haberet: puerilia potius prope dixerim, quam Hermanno digna. Talibus nil conficitur, ut etiam animi incertitudo, quae in choro reprehenditur, satis ex timore eius explicatur. Denique quod argumentum inde petitur, quod quatuor actores in scena semel esse videntur, neque abhorret a more tragicorum, neque ipse Hermannus urget. Cf. quae rectiora dedisse mihi videor ii, 52. sqq.

xxii. Apertum est, quo haec redeant. Nam aut fallor aut probant, eum, qui tam putidis argumentis lectores ad suas partes trahere voluerit, et tardiores hos putasse, nec quidquam reperisse, quod merito reprehenderet. Itaque ad tam ieiuna commenta confugit. Simul vero haec, quae de agendi fabulam ratione protulit Hermannus, demonstrant levitatem eorum, quae singulis non commemoratis in compositione et consilio tragoediae vituperavit. Solemus enim improbi, ubi certi aliquid habemus, id acriter urgere, ubi non habemus minus diserte loqui. Itaque consentaneum est, cum viderimus, prolata argumenta ne assis quidem esse, ea, quae tacuit, multo minoris etiam esse existimanda. Cuiusmodi est, inventionem fabulae ineptissimam esse, neminem latere posse et similia. Quid quod ipse Hermannus vim primi huius argumenti infregit ad alterum transiens, dum scribit: *Gravius est secundum quod posui?*

xxiii. Sequitur igitur inepta Homeri imitatio. *Homerum*, inquit p. 284., *universa Graecia magistrum suum fontemque omnis scientiae iudicavit. Eum inprimis etiam Aeschylus et Sophocles ita sunt admirati, ut plurima se ei et maxima debere faterentur.* Quae verissima sunt. Nam Aeschylum quidem notissimum est carmina sua μικρά

τινα τεμάχια ἐκ τῶν μεγάλων Ὁμήρου δείπνων vocasse, et idem diserte de reliquis tradit Eusebius praep. ev. xii, 49. p. 618. ἔοικε γὰρ (Homerus) τῶν καλῶν ἁπάντων τούτων τῶν τραγικῶν πρῶτος διδάσκαλός τε καὶ ἡγεμὼν γενέσθαι, quae verba transcripta sunt ex Platon. Rep. x. p. 595. C., quem cf. etiam x. p. 598. D. ubi coniungit τὴν τραγῳδίαν καὶ τὸν ἡγεμόνα αὐτῆς Ὅμηρον. De ceteris cf. Longin. π. ὕψ. xiii, 3. Μόνος Ἡρόδοτος (v. Dionys. Hal. ep. ad Pomp. p. 771. sq. Reisk.) Ὁμηρικώτατος ἐγένετο; Στησίχορος ἔτι πρότερον ὅ τε Ἀρχίλοχος· πάντων δὲ τούτων μάλιστα ὁ Πλάτων, ἀπὸ τοῦ Ὁμήρου ἐκείνου ῥάμματος εἰς αὐτὸν μυρίας ὅσας παρατροπὰς ἀποχετευσάμενος (v. de Platone Quintil. Inst. Or. x, 1, 81.). Lepidissimus denique est locus pictoris ap. Aelian. V. H. xiii, 22., circa Homerum stomachum regerentem magnam fingentis poetarum turbam, quae ille evomuerat cupide resorbentium. Sophocles vero Homerum saepius narratur secutus, unde et φιλόμηρος dicitur ab Eustathio ad Il. ζ. p. 645, 16. μ'. p. 890, 23. cf. ad β'. p. 205, 28. et legitur in vita eius: τὸ πᾶν μὲν οὖν Ὁμηρικῶς ἀνόμαζε, τούς τε μύθους φέρει κατ' ἴχνος τοῦ ποιητοῦ, καὶ τὴν Ὀδύσσειαν δὲ ἐν πολλοῖς δράμασιν ἀπογράφεται, παρετυμολογεῖ δὲ καθ' Ὅμηρον καὶ τὸ ὄνομα τοῦ Ὀδυσσέως — — —, ἠθοποιεῖ δὲ καὶ ποικίλλει, καὶ τοῖς ἐπινοήμασι τεχνικῶς χρῆται, Ὁμηρικὴν ἐκματτόμενος χάριν· ὅθεν εἰπεῖν φασὶν Ἰωνικόν τινα· μόνον Σοφοκλέα τυγχάνειν Ὁμήρου μαθητήν. Adde Eustath. ad Od. γ'. p. 1461. extr. ubi Sophocles ζηλωτὴς Ὁμήρου vocatur. cf. Franc. Wyttenbach in commentatione de Sophocle φιλομήρῳ, exhibita in diurnis scholastt. sect. ii. 1828. p. 1105. sqq.

xxiv. Quae veterum testimonia si magnam vim ostendunt, quam Homerus in reliquos poetas exercuerit, tamen inde non discitur, quatenus vestigia summi huius poetae presserint tragici. Id igitur constituere studet Hermannus. Nam pergit p. 284. *Ex eo et hi et alii multi fabularum suarum argumenta petiverunt, sed ita ut summam rei ex Homero depromerent, caetera fingerent ipsi, ex scintilla flammam excitantes: nisi forte in fabulis satyricis, quod genus parodiis non absimile est. Rhesi vero scriptorem si consideres, id ipsum in quo Matthiae Alexandrinos elaborasse dixit, ut non verba tantum sed etiam res et sententias in sua transfunderent, ita sine modo et modestia ab isto homine factum videas, ut mirandum*

sit, non vel maxime Alexandrinum visum esse. Quid enim? Nonne ille totam propemodum Doloneam in singulis rebus et verbis expressit? Quae accuratius expendenda sunt; nam vereor ne haec magis causae suae studio ductus scripserit Hermannus, quam re considerata et investigata. Neque vero, recte Matthiaeus de Alexandrinis poetis statuerit, iuvat hic inquirere, sed id solum propositum est, ut aliter, atque Hermannus contendit, Homero usos esse veteres eosque praestantissimos poetas demonstretur.

xxv. Ac primum quidem id est vituperandum, quod fabulas satyricas excepit Hermannus, quae quanquam parodiae dici possint, tamen non id agunt, ut versus poetarum quemadmodum comici perstringant, sed ut heroes, quos tragoedia sive admiratione sive miseratione dignos repraesentaverat, talibus conditionibus et calamitatibus pressos fingant, quae risum potius et hilaritatem efficiant, quam miserationem excitent. Itaque ipsius mythologiae parodia, non rationis, qua tractata sit, vocari potest drama satyricum. At Hermannus cur exceperit, non latet. Nam unum quod superest drama satyricum, ei quem sibi praescripserat canoni imitandi Homeri adversatur. Quare his praemissis reliqua sunt examinanda. In quibus incertum est, quomodo verba, *ut summam ex Homero depromerent* intelligenda sint. Nam aut Homerum Iliadem et Odysseam *una cum Cyclo* dixit, aut hoc excepto. Utrum statuas, sententia falsa videtur. Sed prius de altero loquor; vix enim dubitari potest, quin Hermannus solam Odysseam cum Iliade intelligi voluerit. Hoc vero si posueris omnino non mirum est in hac re recedere Rhesum ab reliquis tragoediis. Neque enim verum est ex Homero Aeschylum, Sophoclem, multos alios fabularum suarum argumenta petivisse. Ex superstitibus nullum est drama, quod peti potuerit ex nostro Homero praeter Rhesum et Cyclopem, neque Ilias et Odyssea monente Aristotele A. Poet. c. xxiii. (p. 1459. b. pr. Bekk.) pluribus quam duabus sufficit fabulis. Itaque velim indicet Hermannus nobis et argumenta, quae Aeschylus et Sophocles ex superstite Homero petiverint, et doceat, quinam illi multi fuerint, quos ex hoc Homero argumenta sua petiisse narret.

xxv.* Proferet opinor ipsius Aeschyli verba apud comicum Ran. 1040,, Homericorum carminum laudata praestantia ita pergentis:

ὄθεν ἡμὴ φρὴν ἀπομαξαμένη πολλὰς ἀρετὰς ἐποίησεν, Πατρόκλων, Τεύκρων θυμολεόντων,

aliaque argumenta, quae ex historia Troiana sumta sunt. At haec omnino in censum non veniunt. Nam praeter Rhesum non extat hodie tragoedia, et fortasse nunquam extitit, quam ex professo tractaverit Iliadis et Odysseae auctor. Philoctetae, Aiacis, Agamemnonis et si qui alii sunt fata in transcursu tantum Homerus attigit, ut in his dici possint tragici veteres ex scintilla flammam excitasse. Nam hoc fere indicant verba grammatici, qui Sophocleae Aiacis argumentum scripsit, quemque secutus videtur Hermannus. Locus hic est: *Ὅρα δὲ παρ' Ὁμήρῳ τὰ περὶ τῆς ἥττης τοῦ Αἴαντος πάνυ διὰ βραχέων καὶ περιπαθῶς·* (Od. λ', 542.)

οἵη δ' Αἴαντος ψυχὴ Τελαμωνιάδαο
νόσφιν ἀφεστήκει κεχολωμένη εἵνεκα τευχέων

εἶτα αὐτοῦ ἄκουε τοῦ νεκρατηκότος· (ib. 547.)

ὡς ᾗ μὴ ὄφελον νικᾶν τοιῷδ' ἐπ' ἀέθλῳ.

At ne id quidem probabile est, ex tribus his versibus Sophoclem Aiacem suam meditatum esse. Nam cum constet omnes eas fabulas, quae in nostro non extant Homero, in Cyclo, qui dicitur, illustratas esse, ex hoc a Sophocle Aiacem et Philoctetam, ab Aeschylo Agamemnonem, et quae aliae possunt huc trahi, petitas esse probabiliter statuo. Id quod testatur Aristoteles A. Poet. c. xxiii. extr. (p. 1459. b. 4.) *καὶ ἐκ τῆς μικρᾶς Ἰλιάδος πλέον ὀκτώ* (tragoediae fiunt), *οἷον Ὅπλων κρίσις, Φιλοκτήτης, Νεοπτόλεμος, Εὐρύπυλος, Πτωχεία, Λάκαιναι, Ἰλίου πέρσις καὶ Ἀπόπλους καὶ Σίνων καὶ Τρῳάδες.* Vides diserte testari Aristotelem, Philoctetam, Armorum iudicium et cur non Aiacem quoque ex Cyclo fluxisse. Quare potius Cyclus, quam Ilias et Odyssea, harum fabularum fons dicendus erat.

xxvi. Restat igitur alterum, ut Homerum totum epos dicamus, quod ante tragicos extitit. Neque enim hoc videtur minus vituperandum, si quis poetas cyclicos imitetur, quam eum quem habemus Homerum, cum potius, quo quis praestantior est, eo dignior videatur, quem imitemur. Quibus carminibus si Hermanni adaptanda sunt verba, tragicos hinc argumenta petiisse, sed ita, ut summam rei ex iis depromerent, cetera fingerent ipsi, ex scintilla flammam excitantes, id vereor ut in tanta

fragmentorum penuria probabile videatur. Ponitur enim quod non demonstratum est, nec demonstrari potest, ut nunc quidem res se habet. Potuit vero fieri. Quid tum? Nonne multum interest inter ea, quae facta sunt, et quae potuerunt fieri? Quid autem, si quis etiam hoc ereptum eat, contendatque, magis verisimile esse, tragicos ita usos esse veteribus poetis epicis, ut in Rheso factum videmus, quam ea ratione, quam solam iis dignam censet Hermannus? Est vero ita, ni fallor, et indicant hoc tria. Primum diserta testimonia, deinde analogia, postremo fragmenta. Quae deinceps persequar.

xxvii. Atque studiosissimum fuisse Sophoclem Homeri, quisquis ille est, et locus vitae supra §. 23. laudatus ostendit, et quantum ex Cyclo profecerit haec probant Athenaei verba vii. p. 277. D. ἔχαιρε δ' ὁ Σοφοκλῆς τῷ ἐπικῷ Κύκλῳ, ὡς καὶ ὅλα δράματα ποιῆσαι κατακολουθῶν τῇ ἐν τούτῳ μυθοποιίᾳ. Quodsi vestigia Homeri in mythis premebat Sophocles, et Cyclo ita delectabatur, ut integra etiam dramata componeret, in quibus fabulas in illo descriptas accurate secutus est, vereor ut probabiliter de *solis* Alexandrinis dicatur, eos non verba tantum, sed etiam res et sententias in sua transfudisse, sed idem me iudice valet de scriptoribus optimae notae. Nam, ut taceam Euripidi tribui ζῆλον Ὁμηρικόν, v. c. ab schol. ad Phoen. 88. 171. 186. *), scribique a Dione Chrysost. or. lii. p. 271. Reisk. φησίν τε (Ulixes in Euripidis Philocteta) ὑπὸ τῆς Ἀθηνᾶς ἠλλοιῶσθαι, ὥςτε ἐντυγχάνοντα τῷ Φιλοκτήτῃ μὴ γνωσθῆναι ὑπ' αὐτοῦ, μιμησάμενος κατὰ τοῦτο Ὅμηρον· καὶ γὰρ ἐκεῖνος τοῖς τε ἄλλοις καὶ τῷ Εὐμαίῳ καὶ τῇ Πηνελόπῃ πεποίηκεν ἐντυγχάνοντα τὸν Ὀδυσσέα ἠλλοιωμένον ὑπὸ τῆς Ἀθηνᾶς — — — et p. 272. οὐ μόνον δὲ πεποίηκε τὸν Ὀδυσσέα παραγινόμενον, ἀλλὰ μετὰ τοῦ Διομήδους, Ὁμηρικῶς καὶ τοῦτο: haec igitur et alia **) ut taceam,

*) Confer Euripidis indicem ad scholia s. v. *Euripides Homeri imitator* p. 528. b. Beck.

**) Huiusmodi loci sunt plurimi, quos Clemens Alex. Stromm. vi. p. 619. D. sqq. ed. Colon. congessit: πάλιν Ὁμήρου εἰπόντος·

ἀνιπτόποδες χαμαιεῦναι (Iliad. π', 235.)

Εὐριπίδης ἐν Ἐρεχθεῖ γράφει·

ἐν ἀστρώτῳ πέδῳ
εὕδουσι πηγαῖς δ' οὐχ ὑγραίνουσιν πόδας.

quia incertiora sunt, id multo magis confirmat, quod secundum posui, analogia.

xxviii. Nam quanquam Gruppio nequaquam possum assentiri, contendenti (p. 32. 289. 749.) inde Sophoclem appellatum esse μέλισσαν *), quod optima quaeque ex poetis colligeret et in usus suos converteret, id tamen praeclare mihi videtur hic vir doctus ostendisse, longe aliter de furtis litterariis sensisse veteres quam homines nostrates. Nam id probe intellexit, drama antiquum ad tantam praestantiam ascendisse praesertim eo, quod eadem materies saepius illustrata est, quodque poetae ubi meliora se invenire posse desperabant, imitari antecessores et sequi non dubitabant. Unde orta est summa illa virtus, quae in reliquiis veterum conspicitur. Neque vero putandi sunt vivae scenae Atticae poetae servum pecus imitatorum, sed potest dici de iis, quae de Cicerone praedicat Quintilianus Inst. or. x, 1, 109. *Nec vero quod in quoque* (Demosthene, Platone, Isocrate) *optimum fuit, studio consecutus est tantum, sed plurimas vel potius omnes ex se ipso virtutes extulit immortalis ingenii beatissima ubertate. Non enim pluvias, ut ait Pindarus, aquas collegit, sed vivo gurgite exundat.*

xxix. Ita vero egisse videmus auctorem Rhesi. Eo enim modo Homero usus est, ut optima quaeque ex eo sumeret, quae sumserat, ubi opus videretur, explicatius diceret, denique alia fingeret ipse, ubi ea, quae praciverat Homerus, non apta viderentur dramati, et ubi epicus non praeberet materiem. Id qui vituperant, minus quid

---

Ἀρχιλόχου τε ὁμοίως εἰρηκότος·
ἀλλ' ἄλλος [ἄλλοις] καρδίην λαίνεται,
παρὰ τὸ Ὁμηρικόν· (Odyss. ξ, 228.)
ἄλλος γὰρ ἄλλοισιν ἐνὶ φρεσὶ θήκατο θυμόν,
Εὐριπίδης ἐν τῷ Οἰνεῖ φησίν·
ἀλλ' ἄλλος ἄλλοις μᾶλλον ἥδεται τρόποις.
Cf. p. 621. *Ὁμήρου τε εἰπόντος·* (Iliad. ω, 44.)
[οὐδέ οἱ] αἰδὼς
[γίγνεται], ἥτ' ἄνδρας μέγα σίνεται ἠδ' ὀνίνησιν,
Εὐριπίδης ἐν Ἐρεχθεῖ γράφει·
αἰδοῦς δ' κεὐτὸς δυσκρίτως ἔχω πέρι·
καὶ δεῖ γὰρ αὐτῆς κἄστιν οὐ κακὸν μέγα.
Adde reliqua exempla ab eodem scriptore et aliis allata, quae taedet transcribere.

*) Ex hoc Sophoclis more non duxisse originem hoc cognomen vidit etiam Welckerus p. 669.

decent poetam cognitum habere videantur, nec meminerunt exempla, quae etiamnunc extant. Nolo hic aetatis serioris scriptores afferre, sed florentibus Athenis non dubitabant poetae poetas imitari, nec prosaici prosaicos, ut taceam quam saepe celato lectore poetarum flosculis hi usi sint. Ac veterum quidem iam Clemens Alex. Strom. vi, 2. p. 618. sqq. ed. Colon., Eusebius praep. ev. x, 3. (p. 464. ed. Colon.), Theo Progymn. i. (T. i. p. 153. sqq. Walz.) furta nonnulla, quae putarent, enumerarunt, secuti hi quidem antiquiores. Extabant enim olim auctores quidam *περὶ κλοπῆς*, quorum nomina et libros congessit Taylor. Lectt. Lys. p. 230. Reisk. Neque vero recentiorum deerant, qui tales imitationes curiose investigarent. Ex his nominare iuvat eorum, qui totum hoc genus illustrarunt Jacobsium Lectionum Stobens. praef. et Meierum in indice scholarum Halens. aest. 1832., de tragicis conferantur Valckenarius ad Eurip. Phoen. 1320. 1628. 1746. et Boeckhius de Gr. trag. princc. c. xx. p. 241. sqq., quanquam non possum probare sententiam viri egregii, qui excusandum hoc potius quam laudandum censeat p. 242. sq., et prosae scriptoribus hoc condonandum neget. Verissime enim Dionysius Hal. de Lysia c. xvii. p. 87, 28. Sylb. p. 491. R. *ἀλλ' οὐδὲ τοῖς ἐνθυμήμασιν ἐπιβέβληκε τοῖς αὐτοῖς, οὐδ' ἐπὶ τὰς αὐτὰς κατενήνεκται διανοίας· καίτοι γε τοῦτο καὶ οἱ τοὺς ὀλίγους γράψαντες εὑρίσκονται πεπονθότες· λέγω δὲ τὸ τοῖς αὐτοῖς ἐπιβάλλειν τόποις. ἐῶ γὰρ ὅτι καὶ τὰ παρ' ἑτέροις εἰρημένα λαμβάνοντες ὀλίγου δεῖν πάντες οὐκ ἐν αἰσχύνῃ τίθενται τὸ ἔργον.* cf. quos Ulpiani et Theonis locos laudat Meier. l. l. p. 4. Quid vero de comicis dicam, qui in criminibus, quibus se invicem petebant, furti litterarii saepissime mentionem faciunt? Quid quod ne Aristophanem quidem puditum est, Eupolidis et Cratini scrinia compilare? V. de comicis Meinekium Quaestt. scen. i. p. 40. iii. p. 18. 29. *) Postremo ora-

*) Ita verbi causa Eubulum Alexis compilavit teste Athenaeo i. p. 25. extr. *Εὔβουλος δέ φησι·*

Ἄτοπον δὲ τὸν μὲν οἶνον εὐδοκιμεῖν ἀεὶ
παρὰ ταῖς ἑταίραις τὸν παλαιόν, ἄνδρα δὲ
μὴ τὸν παλαιὸν ἀλλὰ τὸν νεώτερον.

τὸ αὐτὸ δὲ καὶ Ἄλεξις σχεδὸν ἀπαραλλάκτως τοῦ σκόδρα μόνον μειμένον ἀντὶ τοῦ ἀεί. Cf. iii. p. 84. ubi Antiphanes dicitur ab Eripho excriptus.

tores et sua saepius repetiverunt et aliorum dictis usi sunt. v. Taylor. lectt. Lyss. c. ii. p. 226. sqq. R. Sluiter. Lectt. Andoc. p. 205. et Meier. quosque laudat l. l. p. 4. sqq.

xxx. Sed quia nunc de tragoedia agimus, haec iuvat uberius exponere. Nonne Sophoclem, cuius ingenii ubertatem et praestantiam, nemo tam rudis est, quin admiretur, huius criminis accusatum legimus? Scriptus enim erat liber a Philostrato Alexandr. *περὶ τῆς τοῦ Σοφοκλέους κλοπῆς*. cf. Taylor. Lectt. Lys. p. 230. R. Valckenar. ad Eur. Phoenn. 1320. Lessing. vit. Soph. OO. T. x. p. 138. sq. ed. nov. Atque ab Aeschylo quidem Phrynichum defraudatum esse diserte legitur in argumento Persarum hoc modo: *Γλαῦκος ἐν τοῖς περὶ Αἰσχύλου μύθων ἐκ τῶν Φοινισσῶν φησὶ Φρυνίχου τοὺς Πέρσας παραπεποιῆσθαι. ἐκτίθησι δὲ καὶ τὴν ἀρχὴν τοῦ δράματος ταύτην·*

τάδ' ἐστὶ Περσῶν τῶν πάλαι βεβηκότων —

πλὴν ἐκεῖ εὐνοῦχός ἐστιν ἀγγέλλων ἐν ἀρχῇ τὴν τοῦ Ξέρξου ἥτταν, στορνύς τε θρόνους τινὰς τοῖς τῆς ἀρχῆς παρέδροις, ἐνταῦθα δὲ προλογίζει χορὸς πρεσβυτῶν, *) et ab hoc crimine se purgare videtur Aeschylus ap. comicum Rann. 1299.

---

*) Quae sequuntur verba: *τῶν δὲ χορῶν τὰ μέν ἐστι παρῳδικὰ ὡς ὅτε λέγει δι' ἣν αἰτίαν πάρεστιν, ὡς τὸ Τύριον οἶδμα λιποῦσα· τὰ δὲ στάσιμα, ὡς ὅτε ἵσταται, καὶ ἄρχεται τῆς συμφορᾶς τοῦ δράματος· τὰ δὲ κομματικά, ὅτε λοιπὸν ἐν θρήνῳ γίνεται*, uncis incluserunt editores, quia haec, opinor, non ad Phrynichi Phoenissas pertinere arbitrabantur, sed petita ex scholio ad Euripidis Phoenn. 202. Contra cum considero fragmenta Phoenissarum Phrynicheae ap. schol. Aristoph. Vesp. 220. *καὶ Σιδώνος προλιποῦσα τὸν ναόν, ἢ Σιδώνιον ἄστυ λιποῦσα* et ap. Hesych. v. *Γλυκερῷ Σιδωνίῳ*, ubi hunc Phrynichi versum eruit Bergkii acumen (*Zeitschr. f. Alterth.wiss.* 1835. p. 968.) *Σιδώνιον ἄστυ λιπόντες καὶ δροσερὰν Ἀράδον*: haec consideranti non absurda videtur coniectura, etiam haec Glauci esse verba, parodi ipsius Phrynicheae mentionem faciéntis, ut hinc, suspicor, Euripidea fluxisse ostenderet. Id saltem certum est, Euripidem Phrynichi pressisse vestigia. Deinde quia in hoc loco versamur, Didascaliae: *Αἰσχύλος ἐνίκα Φινεῖ, Πέρσαις, Γλαύκῳ Ποντιεῖ, Προμηθεῖ* miror quod nemo corruptum habuit primum nomen; nam id quidem concessum arbitror pro *Ποντιεῖ* scribendum esse *Ποντίῳ*. At pro *Φινεῖ* scripserim *Φοινίσσαις*, quo magis series tetralogiae aperiretur. Nam cur Phoenissas Aeschylo Hermannus inviderit, ego quidem satis gravem causam non video.

— — — — ἵνα μὴ τὸν αὐτὸν Φρυνίχῳ
λειμῶνα Μουσῶν ἱερὸν ὀφθείην δρέπων. *)

cf. vs. 910. Sophoclem vero quaedam ex Aeschylo sumsisse et Athenaeus i. p. 17. C. docet et Boeckhius annotavit p. 244. sq. et eundem etiam Euripideis usum esse non improbabilis coniectura videtur. Nam cum Plato Euripidis dicat hunc versum:

σοφοὶ τύραννοι τῶν σοφῶν συνουσίᾳ,

hunc meo iure statuere videor ob sententiae praestantiam a Sophocle esse mutuatum. Adde Clem. Alex. Strom. vi. p. 620. B. ed. Col. ἔτι Εὐριπίδου μὲν ἐν τῇ Μηδείᾳ (618.) εἰπόντος·

κακοῦ γὰρ ἀνδρὸς δῶρ' ὄνησιν οὐκ ἔχει,

Σοφοκλῆς ἐν τῷ Αἴαντι τῷ μαστιγοφόρῳ (665.) ἐκεῖνό φησι τὸ ἰαμβεῖον·

ἐχθρῶν δ' ἄδωρα δῶρα κοὐκ ὀνήσιμα.

Nam ego saltem haud scio cur ab Euripide potius Sophoclem, quam illum ab hoc dicamus expressum.

xxxi. Postremo de Euripide dicam. Quem non solum a Socrate et Cephisophonte in dramatis scribendis adiutum esse fama erat, ne quid dicam de Medea, quam ex Neophronis cognomini fabula paucis mutatis compilasse ferebatur — v. Elmsl. p. 68. sq. ed. Ox. cf. Hermann. ad Med. p. 328. Lips., sed quem etiamnum imitationum vestigia plurima, quarum fontes demonstrare possumus, arguunt. Is vero non solum ab Aeschylo et Sophocle profecit, sed easdem sententias in diversis fabulis saepius adhibuit, ne contendam eum eadem sententia in eodem dramate bis usum esse, quia talia plerumque librariorum culpae tribuenda videntur. Neque vero omnia, quae cum Sophocleis conspirant ex Sophocle transumta censenda sunt, sed ubi tempus utriusque aut alterius utrius fabulae definiri nequit, incertum est, uter alterum imitatus sit, ut in plerisque eorum, quae attulit Clemens Al. Stromm. vi. p. 621. Pauca de multis dabo: Aristoteles poet. xxii. p. 1458. b. 19. οἷον τὸ αὐτό, inquit, ποιήσαντος ἰαμβεῖον Αἰσχύλου καὶ Εὐριπίδου,

*) Potuisset Aristophanes pro δρέπων dicere ἐπιβάς. Hoc admonet me Sophocleae Aiacis, ubi legitur vs. 143. σὲ τὸν ἱππομανῆ λειμῶν' ἐπιβάντα, quod non est aliud quam σὲ τὸν μανίας λειμῶνα ἐπιβάντα vel δρέποντα i. q. σὲ μανέντα.

ἓν δὲ μόνον ὄνομα μεταθέντος, ἀντὶ κυρίου εἰωθότος γλῶττων, τὸ μὲν φαίνεται καλὸν τὸ δ' εὐτελές. Αἰσχύλος μὲν γὰρ ἐν τῷ Φιλοκτήτῃ ἐποίησε

Φαγέδαινα ἥ μου σάρκας ἐσθίει ποδός,

ὁ δὲ ἀντὶ τοῦ ἐσθίει τὸ θοινᾶται μετέθηκεν. Similia tradit Gellius Noctt. Att. xiii, 18. *Sed etiam ille versus non minus notus:*

Γέρων γέροντα παιδαγωγήσω σ' ἐγώ,

et in tragoedia Sophocli scriptus est, cui titulus est Φθιώτιδες *et in Bacchis Euripidi. Id quoque animadvertimus apud Aeschylum* ἐν τῷ πυρφόρῳ Προμηθεῖ *et apud Euripidem in tragoedia, quae inscripta est* Ἰνώ *eundem esse versum absque paucis syllabis. Aeschylus sic:*

Σιγῶν δ' ὅπου δεῖ καὶ λέγων τὰ καίρια,

Euripides autem sic:

Σιγᾶν δ' ὅπου δεῖ καὶ λέγειν ἵν' ἀσφαλές. *)

Adde Clement. Al. Stromm. vi. p. 620. Ἀκήκοα δὲ Αἰσχύλου μὲν λέγοντος· (fr. 280.)

οἶκον μένειν χρὴ τὸν καλῶς εὐδαίμονα
καὶ τὸν κακῶς πράσσοντα καὶ τοῦτον μένειν,

Εὐριπίδου δὲ τὰ ὅμοια ἐπὶ τῆς σκηνῆς βοῶντος· (Philoct. fr. xi.)

μακάριος ὅστις εὐτυχῶν οἶκον μένει.

Plura dabit Boeckh. p. 245. sqq. Idem vir doctus plurima collegit p. 247. sqq. ubi Euripides suos ipsius versus et sententias aut integras aut exiguis factis mutationibus repetivit.

xxxii. Docet igitur analogia non turpe putasse Graecos, quod dicitur hodie furtum litterarium. Recte enim Longin. π. ὕψ. xiii, 4. ἔστι δ' οὐ κλοπὴ τὸ πρᾶγμα, ἀλλ' ὡς ἐπὶ καλῶν ἠθῶν ἢ πλασμάτων ἢ δημιουργημάτων ἀποτύπωσις. Quos si non taeduit integros versus aequalium in sua scripta transferre, et suos ipsorum versus repetere, **) quis tandem crediderit, religionem iis

*) Aptius etiam conferri potuit Aesch. Choeph. 582. *σιγᾶν δ' ὅπου δεῖ καὶ λέγειν τὰ καίρια.* Sed hic fortasse versus librariis debetur. Nam probabilis est coniectura GDindorfii propter absurditatem et hanc ipsam ob causam versum spurium iudicantis praef. poett. scen. p. x.

**) Eadem argumentatione utitur Clemens Al. Stromm. vi. p. 618. *εἰ γὰρ μηδὲ ἑαυτῶν, σχολῇ γ' ἂν τῶν ἡμετέρων ἀφέξονται.*

fuisse, ex poetis epicis, diu ante mortuis, mythos et verba transumere? Id quominus extra omnem dubitationem ponatur, impedit non solum Cycli epici interitus, sed magis, quod ex Homero reliquarum fabularum una tantum Rhesus fluxit. Tamen versus Homericos cum omnium tragoediarum verbis et scholiastae veteres comparaverunt et editores recentiores. Neque vero res et sententias in sua transfundere verebantur, quod ut uno fungar exemplo Plutarchus docet de audiend. poett. c. ii. p. 37. T. i. Tauchn. *Οἷον, ἐπὶ τοῦ Διὸς εἰρηκότος Ὁμήρου·* (Il. χ', 210.)

ἐν δ' ἐτίθει δύο κῆρε ταναηλεγέος θανάτοιο,
τὴν μὲν Ἀχιλλῆος, τὴν δ' Ἕκτορος ἱπποδάμοιο·
ἕλκε δὲ μέσσα λαβών· ῥέπε δ' Ἕκτορος αἴσιμον ἦμαρ,
ᾤχετο δ' εἰς Ἀΐδαο, λίπεν δέ ἑ Φοῖβος Ἀπόλλων —

τραγῳδίαν ὁ Αἰσχύλος ὅλην τῷ μύθῳ περιέθηκεν, ἐπιγράψας Ψυχοστασίαν, καὶ παραστήσας ταῖς πλάστιγξι τοῦ Διὸς ἔνθεν μὲν τὴν Θέτιν, ἔνθεν δὲ τὴν Ἠώ, δεομένας ὑπὲρ τῶν υἱέων μαχομένων.

xxxiii. Haec uberius exposui, non quod ea credidissem ignorari ab Hermanno, qui sine dubio ipsum hunc locum pluribus etiam et aptioribus exemplis illustrare poterit, sed ne quis viri summi auctoritate confisus, re non examinata, vera esse crederet, quae non possunt demonstrari et quae probabile est aliter fuisse comparata, quam persuadere studet Hermannus. Quare id certum est ex testimoniis veterum, ex analogia et exemplis, si quis prior aliquid bene dixit, id in usum adhibere non dubitasse, qui postea eandem rem vel sententiam illustrarunt, neque religioni fuisse iisdem verbis uti. Restat igitur ut de eo dicamus, cur *sine modo et modestia* ab Rhesi auctore hoc factum esse contendat Hermannus. Ipse explicat adiiciens illum totam propemodum Doloneam in singulis rebus et verbis expressisse. At id neque versus comparati docent, et ut haec tragoedia a reliquis diversa sit, facit quod iam monui, materies, quam praebuit Homerus. Itaque ne id quidem vituperarem, si plura etiam imitationis vestigia extarent.

xxxiv. Denique possit aliquis dicere, non electurum fuisse Euripidem materiem, quae a summo poeta tractata erat, qui nil molitur inepte, quemque superari nulla spes erat, siquidem dicat Velleius Pat. i, 16, 3. *Imitanda non*

sunt, quae assequi et superare non possumus. cf. Archimelis epigramma Anthol. Pal. vii, 50. T. i. p. 321. Id concederem, si haec Rhesus epicum esset carmen. *) Sed aliter res comparata est, ubi in tragoedia idem exponendum erat, quod praeiverat Homerus. Tamen id cavisse videntur veteres tragici, ut cum Homero certarent. Scripsit quidem Accius Epinausimachen, unde probabile est etiam Graecam huius nominis extitisse fabulam, commemorantur inter Aeschylea Hectoris Lustra, Sophoclis Nausicaa satyrica; sed hae omnes semel tantum tractatae sunt, dum iis, quae ex Cyclo petitae sunt, plurimi poetae operam navarunt. Quare nescio, quibus argumentis sententiam suam defendet Urlichs., in libello de Achaeo Eretriensi p. 7. propositam: *Prudentior Ion Chius fuisse videtur. Qui quum iisdem argumentis tractandis aemulos vix superari posse animadverteret, omissis omnibus fere reliquis fabulis totum se ad Homeri poesin applicuit, ut nullum fere argumentum tractandum susciperet, quod non in Iliade vel Odyssea aut copiosius expositum, aut commemoratum repperisset.* Denique aliam coniicio fuisse causam Euripidi, cur cum Homero certare sustinuerit, ex historia illorum temporum repetendam, ut infra exposui cap. v, 27. sqq.

xxxv. Quod tertium posuit Hermannus p. 287. sq., antiquae tragoediae Atticae aemulationem, id nostrae omnino favet sententiae, nec debebat ab Hermanno ad stabiliendam suam coniectaram adhiberi. Nam ubi scripsit: *Numeri versuum sunt quales condi solebant ante Olymp. lxxxix. At eo tempore florentibus in scena sum-*

*) Non adversatur Seneca, multis poetis nominatis, qui Aetnam descripserunt, ita disserens Epist. 79. *Omnibus praeterea feliciter hic locus se dedit, et qui praecesserant non praeripuisse mihi videntur quae dici poterant sed aperuisse. Sed multum interest, utrum ad consumtam materiam an ad subactam accedas: crescit indies et inventuris inventa non obstant. Praeterea conditio optima est ultimi. Parata verba invenit, quae aliter instructa novam faciem habent; nec illis manum iniicit tanquam alienis: sunt enim publica. Iurisconsulti negant quidquam publicum usucapi.* Haec transcripsi, ut rursus intelligeretur, quomodo veterum prudentissimi quique de furtis litterariis cogitaverint. Tum vero non negat Seneca consumtam materiam non esse eligendam. Quod de Homero dictum volo. Quem et veteres et recentiores concedunt, ita egisse, nil ut reliqueret addendum aut demendum, unde ortum proverbium: *Ilias post Homerum.*

mis ingeniis, quum per se non est credibile huiusmodi fabulam stare potuisse, tum credere prohibent illi loci, in quibus, ut infra tantum non evidentissime ostendetur, manifestae deprehenduntur earum tragoediarum, quae aliquot demum annis post editae sunt, imitationes: vides rursus pro vero sumi, quod non demonstratum est nec potest demonstrari, tam malam esse hanc tragoediam, ut ante illam Olympiadem stare non potuerit. Quare si cui, ut nobis, ante illum annum scripta videtur haec Rhesus, tota concidit argumentatio. Nam quod de imitationibus addit Hermannus, id tum demum vim haberet, si demonstrari posset, Rhesi auctorem ex iis tragoediis profecisse, quae post illam Olympiadem conditae sunt. Contra si quis rem invertat, et imitationes, si modo omnia recte ad hoc genus relata sint, ex Rheso fluxisse contendat, argumenta Hermanni nulla sunt. Quod enim dicit p. 296.: *Certe neminem fore spero, qui Euripidem ab Rhesi scriptore δυσθνήσκειν, ἐπεζάρει et alia huiusmodi accepisse putet:* id optare potius est, quam demonstrare.

XXXVI. Sed lubet istum canonem accuratius examinare. Pergit Hermannus p. 288.: *Neque vero proximo ab illa Olympiade tempore scriptam esse credi potest, quia tum poeta haud dubie sibi quoque, quae omnes facerent, licita esse putavisset. Documento sunt Critiae nimium tenues trimetri.* At ne haec quidem concedantur necesse est. Nam ut in republica nunquam desunt viri probi et strenui, qui non solum, quae reliqui sibi concedunt, non putant sibi licita esse, sed etiam se opponunt effrenatae licentiae civium eamque coercere student, ita in litteris quoque cuiusvis aevi nominari possunt auctores, qui ex temporum pravitate nullam labem traxerint, et tanquam sidera in nocte caliginosa fulgeant. Quare quamvis hoc argumento uti posset Hermannus contra Euripidem, si constaret Rhesum post Olympiadem illam actam esse, quia hic, ut ex serioribus eius tragoediis habemus cognitum, aetatis licentiae non restitit; Delrionis vero et praesertim Matthiaei coniecturae hoc argumentum non adversatur. Quare ut Critiae nimis tenues sint trimetri, aequalem eius poetam severiorem fuisse et antiquam retinuisse diligentiam, nil vetat. Igitur cum neque demonstrari possit, post illam Olympiadem doctam esse hanc Rhesum, et, etiamsi post hoc tempus eam scriptam esse effici posset, ideo nihilominus posset proximo ab illa

Olympiade tempore scripta esse, falsa est conclusio Hermanni: *Reliquum est ergo, ut factam putemus tali aliquo aevo, in quo caussa aliqua reperiatur, qua antiquioris tragoediae diligentiam aemulatum esse poetam existimemus. Atqui uti iam florente adhuc tragoedia Sophoclem nonnulli perfectissimum in hoc genere esse existimabant, e. c. Aristodemus apud Xenophontem Mem. Socr. i, 4, 3. ita eundem Alexandrinos quoque prae caeteris admiratos esse monstrat vel notissimum illud Dioscoridis epigramma, quo Sophoclem ab Sositheo in vitam revocatum esse scripsit. Sunt autem Sophoclis pleraeque omnes tragoediae ante Olymp. lxxxix. factae. Quare consentaneum est qui Sosithei aevo tragoediam scribere conaretur, huius potius numeros esse imitatum, quam eorum qui post illum negligentiores in illo genere fuissent. Sic hodie quoque pueri in scholis Virgilii, non Horatii hexametros, pentametros autem non Catulli, sed Ovidii imitari iubentur.* Ingeniosius haec arbitror disputata esse, quam verius. Nam cum de Alexandrina tragoedia nihil paene compertum habeamus, apparet, quae de indole versuum dicuntur, sola coniectura niti. Saltem quae reliqua est aevi Alexandrini Cassandra sive Alexandra tam diversa habet ab hac Rheso metra, ut omnino non possit comparari. Sed sive haec ab antiquiore Lycophrone scripta est, sive a cognomini poeta recentiore circa Ol. cl., quae Niebuhrii est coniectura Mus. Rhenan. T. i. p. 108. sqq.: indolem aevi Alexandrini prorsus videtur referre, et in versibus condendis et in ostentatione doctrinae et obscuritate. Itaque si centum fere annis ante scripta esset Rhesus, maiorem, opinor, cum hac haberet similitudinem.

xxxvii. Itaque si quid ex numerorum indole concludendum est, non solum merito videtur contendi, Rhesum scriptam esse ante Ol. lxxxix., sed aliquanto prius, ut ab hac quidem parte Cratetis coniectura confirmetur. Nam non solum trimetri elegantissimi sunt, sed etiam, ut in antiquissimis fabulis factum videmus, non dividuntur inter plures personas. Contra ubi periculorum timor et agentium commotio vehementiora metra postulavit, ea adhibentur, et scite singuli versus tum nonnunquam inter plures distribuuntur. Postremo in melicis summa est facilitas et simplicitas, neque tamen talia sunt, *qualia*, ut ait Hermannus p. 288., *ab imitatore condi minime mi-*

rum sit. Nam id etiam de his dici potest, quod de tota Euripidis poesi significat epigramma notissimum:

λείη μὲν γὰρ ἰδεῖν καὶ ἐπίκροτος· εἰ δέ τις αὐτὴν
εἰςβαίνει, χαλεποῦ τρηχυτέρη σκόλοπος.

Accedit, quod ne demonstrari quidem potest, Alexandrinos poetas in tragoediis suis choro usos esse. Quare, quod reliqua omnia suadent, potius melica Rhesi cum Alcestide, Heraclidis, Medea comparanda sunt, quibus simillima videntur, ut eodem fere tempore scriptam esse Rhesum probabile sit, quod ut infra ostendam etiam argumentis historicis confirmatur.

xxxviii. *Sequitur quartum,* pergit Hermannus p. 288., *ostentatio doctrinae. Qua etsi scriptor non ita modum excessit, ut plane desereret morem tragicorum, tamen vix poterit negari, eum sic, ut solebant Alexandrini, fere quae rariora et magis abstrusa sunt quaesivisse.* Quibus respondeo, me iudice modum non excessisse poetam, sed morem tragicorum secutum esse. Saltem exempla ab Hermanno prolata coniecturam eius minime probant. Sed antequam haec examinabo, aliud praemittendum censeo. Notissima erat fama antiqua, fatales fuisse Rhesi equos. Ferebatur enim Troia expugnari non potuisse, nisi Rhesus interfectus esset eiusque equi aversi

— — — — priusquam
pabula gustassent Troiae Xanthumque bibissent,

ut canit Virgilius Aen. i, 473. v. Servium ad Aen. i, 469. ii, 13. xii, 347. schol. ad Hom. Il. κ', 435. Eustath. p. 817, 27. Huius fabulae neque Homerus aut Pindarus *) meminerunt, neque Euripides. Quare si poeta novisset hanc famam, aut doctrinam ostentare voluisset, quod Hermannus lectoribus persuadere studet, apte neque sine utilitate hoc fatum commemorasset in Palladis oratione, ubi nunc tantum legitur fortitudinem Rhesi metuendam esse. Ita enim scripsit poeta vs. 584. sqq.

ὃς (Rhesus) *εἰ διοίσει νύκτα τήνδ' ἐς αὔριον,*
οὔτ' ἂν σφ' Ἀχιλλέως οὔτ' ἂν Αἴαντος δόρυ
μὴ πάντα πέρσαι ναύσταθμ' Ἀργείων σχέθοι,
τείχη κατασκάψαντα καὶ πυλῶν ἔσω
λόγχῃ πλατεῖαν ἐςδρομὴν ποιούμενον·
τοῦτον κατακτὰς πάντ' ἔχεις.

---

*) De Pindaro errat Heynius. v. cap. ii, 8.

Equorum vero sola praestantia laudatur vs. 600. sqq.

πέλας δὲ πῶλοι Θρηκίων ἐξ ἁρμάτων
λευκαὶ δέδενται, διαπρεπεῖς ἐν εὐφρόνῃ·
στίλβουσι δ' ὥστε ποταμίου κύκνου πτερόν.
ταύτας κτανόντε δεσπότην, κομίζετε
κάλλιστον οἴκοις σκῦλον· οὐ γὰρ ἔσθ' ὅπου
τοιόνδ' ὄχημα χθὼν κέκευθε πωλικόν.

Eodem denique modo vs. 294. χιόνος ἐξαυγέστεραι nominantur.

xxxix. Quid vero quod ex aurigae oratione intelligitur pabulum larga manu iis ipsa illa nocte datum esse? Nam ita loquitur Thrax vulneratus vs. 756. sqq.

κἀγὼ μελούσῃ καρδίᾳ λήξας ὕπνου
πώλοισι χόρτον, προσδοκῶν ἑωθινὴν
ζεύξειν ἐς ἁλκήν, ἀμφόνῳ μετρῷ χερί.

Haecne probant, aut ignotum fuisse hunc mythum poetae, aut minime ostentandae doctrinae studiosum fuisse? Hoc non cadit in poetam Alexandrinum, illud de Euripide incertum est; neque enim, cum res obscura sit, contendere audeo, eum ignorasse hanc fabulam, aut post eius aetatem extitisse, aut uti ea noluisse: at de Alexandrino poeta certo posse negari arbitror, et recentiorem aevo Alexandrino esse hanc famam *), et si novisset, poetam ea uti noluisse. Unum superest, ut dicas, non novisse hominem illum. Sed hoc non est probabile, quandoquidem in ceteris Hermanno iudice reconditissima quaeque comperta habuit.

xl. Ita postquam diserto exemplo demonstravimus,

*) Quam sincere egerim atque *sciens* nihil dissimulaverim, haec probabunt. Nam Plauto quoque hoc fatum ignotum fuisse videtur, siquidem dicit apud hunc Chrysalus Bacchid. iv, 9, 29., quo loco utitur Servius ad Virg. Aen. ii, 13.

Ilio tria fuisse audivi fata, quae illi forent exitio:
signum ex arce si perisset, alterum etiam est Troili mors,
tertium cum portae Scaeae limen superum scinderetur.

Id vero minime me movet. Nam Plauto quidem ignotum fuisse non mirum est. Quid quod Pindarus quoque, qui dicitur, in Epit. Il. 736. sqq. id praetermisit, notum vel ex Virgilio? Qui vero Dosithei aetate hunc mythum nondum extitisse dicat, is mihi parum compertam habere videtur veteris mythologiae rationem. Ceterum de praestantia equorum Rhesi conferri possunt Homerus, fons Euripidis, Il. κ, 436. sq. 547. Virgil. Aen. i, 472. Pindarus epit. Il. 735. sqq.

non captasse poetam eruditionis laudem, eos locos, quos firmandae suae coniecturae attulit Hermannus examinabimus. Huic indici eximenda sunt quae logicae adversantur. Legitur enim p. 289. *V.* 406. [393.] *finguntur bella, quibus Hector Rheso Thraciae imperium paraverit.* *) Animadvertit vero iam Gruppius p. 316. *inventa* et *aliunde sumta*, quamvis sint *abstrusa* diversissima esse. Idem monuit p. 315. sibi ipsi contradicere Hermannum, qui l. l. scripsit: *tum v.* 945. *et* 966. [928. et 951.] *Orphicae doctrinae facit mentionem*, quanquam paullo ante contra Matthiaeum disputans scripserat p. 277.: *Irridentur in Hippolyto religiones Orphicae.* **) *In Rheso tamen non dixerim eas commendari, nihil enim nisi commemorantur ut antiquissimis temporibus institutae, idque etiam Plato, Aristophanes aliique multi dixere.* Addo eiusdem generis aliud exemplum p. 289.: *V.* 539. [525.] *nobilem in veteribus historiis Mygdonis f. Coroebum memorat.* At si veteribus historiis nobilitatus erat Coroebus, id sane non reconditum et abstrusum erat. Nescio an huc etiam referendum sit, quod primum posuit Hermannus: *Statim vs.* 29. *Sarpedonem insueto more a matre Europa designat, quod proditum fuisse ab Hesiodo et Bacchylide testantur scholia ad Iliad. μ'*, 292. At num is *insuetus* dici potest *mos*, quem praeiverant Hesiodus et Bacchylides, qui etiam populo noti erant? Imo Hellanicus quoque idem scripserat, ut discitur ex scholio ad Rhesi l. l. cf. notas ad h. l. p. 82.

xli. Haec si probant, Hermannum quo solet acumine hunc locum non tractasse, idem reliqua confirmant. Sequitur enim: *Mox v.* 36. *Κρόνιος Πὰν ex reconditioribus fabulis productus est: v. Roetherum ad Io. Lyd. de*

*) Comparandus Philargyr. ad Virg. Georg. iv, 462. loco corrupto: *Idcirco autem Thracia Mavortia tellus dicitur. Rhesus dux Thracum, quia in divisione terrae Marti cessit.*

**) At ne id quidem recte dictum est. Nam Theseus quidem vitam Orphicam in Hippolyto ridet; neque vero haec ex mente poetae dicta sunt. Sed solet Euripides, eos, qui puniuntur, talia dicentes inducere, quae poenam divinam evocent. Itaque cum Hippolytus in cognomini fabula exemplar quasi virtutis proponeretur, non potuit fieri, quin poeta ipse eius studium Orphicum probaret.

mens. p. 275. Multo aptius erat ex scholio ad Rhesi l. commemorare, ab Aeschylo quoque Panem *Κρόνου* dictum videri. Euripidea vero nil absconditi sapiunt. Pergit Hermannus: *Proverbium de ultimo Mysorum intextum v.* 251. [245.] Id vero sanequam abstrusum est. Usurparunt Philemo et Menander ut ex scholio discitur. Alii Menandri et Magnetis comicorum loci extant ap. schol. Platonis, ut in nota ad v. l. p. 140. indicavi. Quid quod ne Plato quidem philosophus et Demosthenes hoc proverbio abstinuerunt? Sequitur: *Iuppiter Φαναῖος, ignotus aliis, occurrit v.* 355. [345.] Is iure in censum venit. At cum studium etymologicum Euripidis ex multis exemplis cognitum habeamus, quivis videt, quam apte hoc nomine Iovem ornarit poeta, cum sequatur explicatio vs. 358. *ἐλθέ, φάνηθι.* cf. Soph. Ai. 695. *ἰὼ ἰὼ Πὰν Πάν, Ὦ Πὰν Πὰν ἁλίπλαγκτε — φάνηθι*, ubi me iudice ad etymon vocis *Πὰν* alluditur. Itaque nolim magna littera, ut fecit Hermannus, cognomen scribi. Phanaeus Apollo notus est ex Hesychio, qui ita scribat: *Φαναῖος Ἀπόλλων· Ἀχαιὸς Ὀμφαλῇ· παρὰ Χίοις οὕτω λέγεται.* Nomen traxisse videtur a Phanis, promontorio et portu Chii insulae, de quo ita Strabo p. 645. (T. v. p. 559. Tzsch.) *Φάναι, λιμὴν βαθύς,* [Prob. ad Virg. Ge. ii, 89. *Phanaeum portum vult esse insulae Chiae, et significari inde Chium.*] *καὶ νεὼς Ἀπόλλωνος, καὶ ἄλσος φοινίκων*, comparandus cum Steph. Byz. *Φάναι, ἀκροτήριον τῆς Χίου, ἀπὸ τοῦ ἐκεῖθεν ἀναφανῆναι τῇ Λητοῖ τὴν Δῆλον.* Chium vinum appellatur *rex Phanaeus* a Virgil. Georg. ii, 98. ubi Servius: *Phanaeus mons* [*est*] *in promontorio Chii, dictus a Phanaeo rege.* ubi codex G. *Phanaeus promontorium Siciliae* [an: insulae Chiae?], *ubi Apollinis templum est.* cf. Drakenborch. ad Livium xxxvi, 43, 11. A *φαίνειν* et *νέος* derivat cognomen Macrob. Sat. i, 17. *quia Sol quotidie renovet se.* Id quidem ineptum est; videntur enim et deus et promontorium a voce *φαίνειν* appellata esse, sive ob eam causam, quam Stephanus retulit, sive quod Apollo, teste Alcaeo lyrico, ut statuit Meinekius, de quo falsa refert Bernhardyus ad Suidam T. i. p. 1001., in bello Mytilenaeorum contra Erythraeos re vera apparuisse dicebatur, ut schol. Nicandri Ther. 613. his verbis tradit, emendatis maximam partem a Meinekio Quaestt. scen. ii. p. 55. not. (Alcaei rell. p. 63. ed. Matth.) *Ἀλκαῖός φησιν* [*ἐν*] *τοῖς περὶ Ἀρχαναναξίδην καὶ* (scr. *κατά*) *τὸν πρὸς Ἐ-*

ρυθραίους πόλεμον φανῆναι τὸν Ἀπόλλωνα παθ' ὕπνους, ἔχοντα μυρίκης κλῶνα. Ut hinc Apollo nominatus est, ita aptissime propter *τὸ φανῆναι* Iovem *φαναῖον* appellat Rhesum Euripides.

xlii. Sequantur, quae reliqua sunt: *Vs.* 529. *sqq.* [514. sqq.] *scriptor suam signorum caelestium notitiam ostentat.* Id aliquam haberet vim, si verum videretur, quod contendit C. O. Muellerus, Aquilae signum Euripidis aetate nondum notum fuisse. Quod mihi non possum persuadere, ut exposui ad vs. 517. p. 197. Reliqua notissima sunt — v. Gruppius p. 314. sq. — et prorsus Euripidea. cf. infra v, 15. Pergit Hermannus: *Vs.* 906. [892.] *et alio loco, qui infra monstrabitur, exquisitiore nomine Diomedem Oeniden vocat.* At hoc saltem non exquisitum. Nam ut alterum locum non recte tentatum ab Hermanno — v. ad vs. 226. — omittam, inde ab Homero solebant poetae heroes nominare *παππωνυμικῶς*, ut ait schol. Rhesi ad vs. 36. lin. 11. cf. Antimachus i. Thebaid. ap. Priscian. l. a Schneidew. Ibyc. p. 161. — Restat: *mox vs.* 916. *sqq.* [900.] *docte de origine Rhesi, intexto Thamyrae cum Musis certamine, disserit; tum v.* 945. [928.] *et* 966. [951.] *Orphicae doctrinae facit mentionem miraque de Rhesi post mortem conditione narrat, quibus V. D. in annalibus Vindob. vol. iv. p.* 217. *sqq. Aegyptiorum opinionem de vita eorum, quorum corpora cera et aromatis condita servantur, contineri existimat; eodemque in loco arcanam de Thracio Lycurgo fabulam obscuris verbis significat, nec praeterit lugentem apud cyclicos filii obitu Thetidem.* Horum de Orpheo modo diximus §. 40. Certamen vero Thamyrae cum Musis vel ex Homero notum est — v. ad vs. 909. Tum quae de origine Rhesi narrantur, ea non debentur doctrinae, sed videntur inventis poetae adnumeranda, et Rhesi conditio post mortem, si recte conieci infra v, 27. sqq., ex historia est explicanda. Lycurgi denique fabula neque arcana est, quippe quam Aeschylus praeivit, neque verba quidquam obscuri habent. v. ad vs. 957. Itidem Thetidis luctus ob filii obitum (v. ad vs. 961.) advocari non potest; cum maiore veri specie *Musarum* luctus *de Achille* huc referetur, quanquam ne hic quidem quidquam exquisiti habet.

xliii. Vides, quanta sint et quot ostentatae doctrinae vestigia. Tamen omnia enumeravimus, quae attulit

Hermannus, excepto quod adiecit hoc p. 289.: *His non addam, quae ad antiquos ritus et instituta pertinent, quod haec accurati potius scriptoris, quam doctrinae laudem captantis sunt; sed illud tamen non est praetermittendum, quod σφαγίων ἐφόρους v.* 30. *parum apto loco memoravit. Quum enim excubiae ut in trepidatione ad arma vocent exercitum, omittendum erat, quod a tali tempore alienum non nisi rite instructa acie ante iustum proelium fieri poterat. Quod si educi exercitum et explicari aciem ante adventum Graecorum volunt, inepta est ista tumultuosa vociferatio.* Quidni vero dicamus, vocari exercitum ad arma, ut acies expliçetur, ne Graeci improvisos caedant? Nolunt enim vigiles, Graecis bellum inferri, ut satis aperte in sequentibus significant. Haec cum solius providentiae sint signa, optime convenit extispicum commemoratio. Quid quod *σφάγια* in curru posita duces in pugna secum habebant, ut, ubi res flagitaret, ea consulere possent? Cf. Eurip. Phoen. 177. ὁ *μάντις Ἀμφιάραος — ὅδε, Σφάγια δ' ἅμ' αὐτῷ* — ubi v. schol. vs. 174. Matth. et ib. vs. 1117:

— — — — ἐς δὲ Προιτίδας
πύλας ἐχώρει, σφάγι' ἔχων ἐφ' ἅρμασιν,
ὁ μάντις Ἀμφιάραος —

ubi schol. (1110.) *ἱερεῖα εἰς σφαγὴν ἔχων, ἕτοιμα ἐν τῷ ἅρματι, ἵν' εἰ χρεία γένοιτο μαντείας, εὐθέως σφάξας μαντεύσηται.* cf. quae attulit Brodaeus. At ne in ipsius proelii trepidatione quidem ab extis consulendis abstinuere veteres. Id de pugna Plataeensi narrat Plutarch. Aristid. c. xvii. xviii. Nam cum Pausaniam terrerent mala omnia, *προσέταξε τοῖς Λακεδαιμονίοις, τὰς ἀσπίδας πρὸ τῶν ποδῶν θεμένους ἄτρεμα καθέζεσθαι καὶ προσέχειν αὐτῷ, μηδένα τῶν πολεμίων ἀμυνομένους, αὐτὸς δὲ πάλιν ἐσφαγιάζετο,* dum Persae iam manus conserunt. Quare haec videtur sententia militum, ut acies ante castra instructa insidias caveret, et si hostes invaderent, eorum impetum sustineret, dum exta consulta essent.

xliv. Nunc dicam de iis, quae praetermisit Hermannus. Et iure quidem, me iudice, non commemoravit, videri vs. 803. Hectorem Iovis filium dici. V. notam ad l. l. Maiore cum verisimilitudine ea afferri possunt, quae Welckerus p. 632. malae doctrinae tribuit. Primum est, quod Hector non praetoris vices agat sed rex appelletur

vss. 2. 235. 375. 808. Eodem se ipse nomine Hector ornat vss. 165. 462. 471. In hoc sive secutus est poeta vestigia Homeri, apud quem Priamus senex Hectorem imperii socium assumsisse videtur Dammio, sive de suo id finxit Euripides: nescio, quid vituperandum sit, neque quae sint doctrinae ostentatae indicia. Apte institutum arbitror, quia decet praestantissimum et fortissimum in bello regem esse. Magis speciosum est, quod praeterea attulit Welckerus, quodque negat unquam Aeschylum aut Sophoclem commissurum fuisse, Euripidi vero vix ac ne vix quidem concedendum censet. Nempe raptum Palladium cum Ulixis πτωχείᾳ *) eiusque insidiis ad Thymbraeam aram anachronismo ante Rhesi adventum ponuntur vs. 488—496. 693—702. Et de rapto Palladio iam veteres critici notarunt anachronismum ad vs. 489., et concedimus Welckero p. 641. contendenti, poetam Alexandrinum non ausurum fuisse ita rerum seriem mutare. In antiquiore poeta excusandum censemus, quia obiter tantum res commemoratur, ubi non oportebat poetam creditum ordinem sequi. Sed etiamsi hoc vituperandum esset, nescimus cur hoc alii potius antiquo poetae, quam Euripidi condonemus, quem scimus saepissime talia neglexisse. Quod res attinet de Palladio rapto primi prodiderunt Lesches et Arctinus v. Hesych. v. *Διομήδειος*. Cf. Proclum qui hanc expeditionem, una cum Ulixis πτωχείᾳ, ponit post Aiacis mortem et Philoctetam reducem: *καὶ οἱ Τρῶες πολιορκοῦνται καὶ Ἐπειὸς κατ᾽ Ἀθηνᾶς προαίρεσιν τὸν δούρειον ἵππον κατασκευάζει. Ὀδυσσεὺς δὲ αἰκισάμενος ἑαυτὸν κατάσκοπος εἰς Ἴλιον παραγίνεται καὶ ἀναγνωρισθεὶς ὑφ᾽ Ἑλένης περὶ τῆς ἁλώσεως τῆς πόλεως συντίθεται κτείνας τέ τινας τῶν Τρώων ἐπὶ τὰς ναῦς ἀφικνεῖται.* **)

---

*) Falsa sunt, ut nunc Proclus docet, quae de parva Iliade scripsit Tyrwhitt. ad Aristot. poet. xxiii. p. 180. Graef. *In Rheso* 710. *haec Ulyssis fraus ante Rhesi ad Troiam adventum ponitur. Quodsi ita fuerit, nescio quomodo in parva Iliade locum habere potuerit, nisi forte in Ulyssis oratione de armis Achillis, in qua etiam commemoratur a Quint. Cal. v,* 279.

**) Ex tragicis hoc argumentum tractavit Io Φρουροῖς. Id quod certissime demonstrat fragmentum apud schol. Aristoph. Ran. 1472. ad verba: *ποθεῖ μέν, ἐχθαίρει δέ* annotantem: *παρὰ τὰ ἐκ τῶν Ἴωνος Φρουρῶν, ὅπου ἡ Ἑλένη πρὸς τὸν Ὀδυσσέα φησί·*

σιγᾷ μέν, ἐχθαίρει δέ, βούλεταί γε μήν,

quae de se ipsa dicere videtur Helena. Argumentum ex Rheso

(v. Homer. Od. δ', 244. sqq. 257. quo respicit Plut. Solon. xxx. Contra ab Helena proditum, fingit servatum ab Hecuba Eur. Hec. 239. sqq. ubi v. schol. 237.) *καὶ μετὰ ταῦτα σὺν Διομήδει τὸ Παλλάδιον ἐκκομίζει ἐκ τῆς Ἰλίου.* Cf. Dionysium cyclo l. v. ap. Clem. Alex. cohort. p. 42. Pott. Soli Diomedi tribuitur raptum Palladium a Pausan. i, 22, 6. Conon. narrat. 34. v. Heynius ad Virgil. Aen. ii. exc. 9. p. 249.

xlv. Restat quinta pars, quae est in dictione posita. Quam dum refutare studeo, quid audeam me non latet. Neque enim solum iudicium obstat virorum doctissimorum Graecaeque linguae peritissimorum maxime diversum esse loquendi genus in Rheso conspicuum ab Euripideo, sed rariorum vocum etiam indices confecerunt uberrimos, quo dissentientes vel invitos ad partes suas traherent. Quae cum reputo, subit me cunctatio. Nam etiamsi concesserint plurimi, Alexandrinum opus non esse Rhesum, eorum tamen sententia mirum quantum confirmari videbitur, qui Euripidi hanc tragoediam abiudicantes, ignoto alii poetae, huius aequali, tribuerunt. A quorum opinione nobis statim in limine disputationis recedendum est. Nam ea qua praeditus sum pervicacia nego, dictionem Rhesi multo differre ab ea, quam in ceteris Euripidis fabulis deprehendimus. Quod ne temere statuisse videar, accuratissime agendum est. Nam ostendendum est, Valckenarios, Beckios, Hermannos, nostrum meliores utroque, Rhesi quidem genus dicendi examinasse, sed non duxisse operae pretium, ad easdem leges reliquas Euripidis fabulas comparare. Quod si fecissent, Rhesum quidem multa singularia continere vidissent, sed reliquas quoque tragoedias non carere exquisite dictis animadvertissent. Praeterea id quoque, neglectum a viris doctis, non est dissimulandum, in diversa materie diverso

---

vs. 493. cognoscitur: *κτείνας δὲ φρουρούς καὶ παραστάτας πυλῶν ἐξῆλθεν.* Neque enim ullo modo probari possunt, quae persuasit sibi Ern. Sigofr. Koepkius (de Ionis Chii vita et fragmentis Ber. 1836.) p. 45 illos praesidiarios esse Troianos custodes, qui cum Priamo, filii corpus ab Achille redemturo, currum trahentes in castra venissent Graecorum Si tales custodes Priamum comitati essent, quod tamen incertissimum est, eos non arbitror vocatos fuisse *φρουρούς*. Falsa enim sunt, quae Koepkius adiecit: *Φρουροὺς Aeschylus iam custodes vocaverat in tragoedia inscripta Ἕκτορος λύτρα ἢ Φρύγες.*

scribendi genere et aliis vocabulis utendum fuisse. Reliquas vero Euripidis fabulas si consideres, versantur illae fere in amoris et doloris affectibus illustrandis, in quo genere praesertim excelluisse Euripidem scite animadverterunt veteres critici; contra Euripidearum fabularum quae ita in castris et tumultibus bellicis agatur, praeter Rhesum novi nullam. Consentaneum igitur est, eam ob causam dictionem non solum ei, quae in Hippolyto, Medea, aliis adhibetur, dissimilem esse, sed etiam accedere magis ad eam, quam in aliorum poetarum fabulis eiusdem fere argumenti habemus, velut in Sophoclea Aiace et multis Aeschyli, maxime in Septem ducibus. Quare neque, si quae sunt harum in Rheso imitationes, mirandum est, neque in multis diversam esse Rhesum a reliquis tragoediis Euripideis.

xlvi. His praemissis ad Hermannum redeo, qui ita scribat p. 289. sq. *Venio ad quintum quod est in dictione positum; quae quum plerumque certissimum praebeat aevi indicium, tamen fallere potest vel maximam attentionem, si scriptor non est suo genere scribendi usus. Debuit autem, qui tragoediam scriberet, ad illas se leges componere, quae ab inventoribus sancitae usuque stabilitae essent. Verum si id faciat is, qui non quasi innutritus sit huic arti, sed eam temporis lapsu emortuam studiose cognoscendis exemplis didicerit, ne maxima quidem cura ac diligentia illud consequetur, ut non prodat qui sit et quomodo sibi artem illam comparaverit. Noscitur autem his duobus imitatione et errore. Atque ut primo de imitatione dicam, qui in aliquo genere scribendi veluti habitant et regnant, eos facile animadvertas sui iuris suique arbitrii esse, neque curare, simile quid an non dixerint alii; qui autem alienum genus attingunt atque invadunt, sedulo undique colligere solent, quae ut exquisite, ut insuete, ut docte dicta laudatum iri sperant: quibus si tamquam luminibus quibusdam scriptum suum ornaverint, tum illud se assequutos putant, ut eximium quid et quod genuinum videatur perfecerint: unde quaedam horum etiam iterum iterumque usurpant. At ista quo plura sunt, eo facilius fraudem licet deprehendere. Scite monuit Valckenarius p. 96. vocabula inusitata plura in uno Rhesi dramate inveniri, quam et in superstitibus Euripidis tragoediis et in deperditarum reliquiis omnibus; quorum partem neminem miraturum esse, si sparsim legerentur in Sophoclis tragoediis. Poterimus autem voces et formas dicendi, quibus Rhesi scriptor utitur in tria genera di-*

videre, quorum primum est earum, quae plane inusitatae sunt necdum alibi repertae; secundum earum, quae in superstitibus tragoediis non inveniuntur; tertium denique, quae unde petita sint monstrari potest.

xlvii. Haec verba ultima primo loco ut examinem, possem contendere, nisi sine studio et ira agere vellem, non logice factam esse dispositionem; valere enim de secundo et tertio genere, quod monuit Gruppius p. 317., et alterum excluderet alterum. Ipsa vero Gruppii verba adscripsi: *Hermann bedient sich einer grofsen, sehr ausgesuchten Kriegslist, welche auf den aufserordentlichen Mangel an Scharfblick und Logik bei den Lesern rechnet. Zwei Kataloge werden gemacht, der eine von Ausdrücken, welche nicht bei den Tragikern vorkommen, und diese sollen eben den Alexandriner beweisen, der andere von Ausdrücken und Wendungen, welche bei den Tragikern vorkommen, und diese sollen den Nachahmer, d. h. wieder erst recht den Alexandriner beweisen. Da nun aber ein Wort nothwendig in die eine oder andere Klasse gehören wird, so konnte er seine Kataloge wohl reichlich füllen.* Sed speciosius haec disputata sunt, quam verius. Nam si sententiam Hermanni assequor, non voluit monstrare nisi rariora quaesivisse scriptorem Rhesi. Id quod probare studet primum vocibus in hac sola tragoedia obviis, deinde iis, quae in tragicorum scriptis non amplius extant, denique talibus loquendi formulis, quae inveniuntur quidem apud tragicos, sed semel bisve, ut merito concludas rariores esse illas, eamque ob causam adhibitas ab imitatore. Cum vero non sit Alexandrini, ut prorsus nova procudat, sed abdita potius quaeque conquirat, prudenter addit Hermannus p. 292. iis enumeratis, quae hodie in tragicorum reliquiis non leguntur: *Sed horum pleraque nec sine auctore dicta puto, neque ut aliena a tragoedia affero. Non ea volo aliam vim habere, quam ut monstrent rariora quaesivisse poetam.* Quare in universum quidem non improbamus ordinem Hermanni, sed id vituperamus quam maxime, quod cupidius multa huc retulit, quae partim defendi potuerunt ex analogia, partim coniecturis eius nituntur, quas ob id ipsum tentatas, quo uberiores exhiberet indices, minimeque probabiles, non puduit eum in usus suos convertere.

xlviii. Sed id infra uberius explicabitur. Concedo igitur multa inesse in Rheso exquisite dicta, sed id minime

largiri possum, quod Valckenarii verbis nisus contendit Hermannus plura in una Rheso inesse singularia, quam in ceteris Euripidis tragoediis omnibus, non exclusis deperditarum fragmentis. Praestat vero ipsa Valckenarii verba examini subiicere, quo rectius de Euripidis ingenio et scribendi ratione possit iudicari. *Rhesi quidem conditor*, inquit p. 96. A., *Sophocleae Sirenis dulcedinem studuit et Euripidis repraesentare τὸ ἀκριβὲς καὶ γλαφυρόν, sed ab utriusque virtutibus, imprimis a verborum utrique propria συνθέσει abfuit quam longissime. Dionysio Halic. iudice solus inter tragicos usus est Euripides τῇ γλαφυρᾷ καὶ ἀνθηρᾷ συνθέσει. illa secundum Dionys. T. ii. p.* 46. *et* 47. [p. 26, 7. Sylb.] εὔφωνα τε βούλεται εἶναι πάντα [τὰ] ὀνόματα καὶ λεῖα καὶ μαλακὰ καὶ παρθενωπά. τραχείαις δὲ συλλαβαῖς καὶ ἀντιτύποις ἀπέχθεταί που· τὸ δὲ θρασὺ πᾶν καὶ παρακεκινδυνευμένον καὶ δι' εὐλαβείας ἔχει. **) ad hanc normam qui cum Euripideis Rhesum comparabit, diversi patris filiolum fatebitur. — Aristoteles Rhet. iii, p.* 120, 4. [iii, 2. p. 1404. b. 24. Bekk.] *ubi artem, ne offendat auditorem, in dicendo occultandam praecipit,* κλέπτεται δ' εὖ, *inquit,* ἐάν τις ἐκ τῆς εἰωθυίας διαλέκτου ἐκλέγων συντιθῇ, ὅπερ Εὐριπίδης ποιεῖ καὶ ὑπέδειξε πρῶτος. *Recedens ab Homerica Sophoclis et Aeschyli praesertim magniloquentia, vocibus poeticis, quantum fieri poterat, evitatis, ex usitatis in sermone Atheniensium quotidiano selegit optimas et elegantissimas, atque his orationem suam artificio latente contexuit: usus Euripides* κοινοῖς καὶ δημώδεσι τοῖς ὀνόμασι, (*natura minime* μεγαλοφυὴς ὤν [*Longin. π. ὕψ.* xv, 3. sqq.]) *quantam tamen suis versibus vim indiderit* διὰ μόνου τοῦ συνθεῖναι καὶ ἁρμόσαι ταῦτα *docet Longinus π. Υ.* [xl, 2. sqq.] *xv,* 6. *In tot millibus Euripidae senariis perpaucae voces reperientur, quae harum rerum gnaris,*

---

*) Pergit Dionysius (de compos. verb. c. xxiii.). σχήμασί τε οὐ τοῖς ἀρχαιοπρεπεστάτοις, οὐδ' ὅσοις ἢ σεμνότης τις ἢ βάρος ἢ πῖνος πρόσεστι, ἀλλὰ τοῖς τρυφεροῖς καὶ μαλακοῖς ὡς τὰ πολλὰ χρῆσθαι φιλεῖ. Cf. Planudes ap. Walz. rhett. Gr. T. v. p. 487. πλὴν καὶ παρὰ τοῖς ποιηταῖς οἱ παραιτησάμενοι τὰ τραχύνοντα πέρα τοῦ δέοντος τὸν λόγον λίαν εὐδοκιμήκασιν. ὧν εἷς ὁ Εὐριπίδης. τὰς γὰρ σεμνὰς ἐννοίας περικαλύψας λέξεσιν ἁπαλαῖς, ἅπαν τὸ θέατρον ἐμέστωσεν ἡδονῆς.

poetis censeri queant solis usitatae, aut illiteratis istius aevi Atticis incognitae; quales Homericas fuisse plurimas, tum aliunde satis noveramus, tum demonstrat comici Stratonis locus perinsignis ap. Athen. ix. p. 382. *et* 383. *Istiusmodi λέξεις, vulgo inusitatae, plures in uno Rhesi dramate reperiuntur, quam in undeviginti tragoediis Euripidae, perditarumque reliquiis omnibus. Euripidae quidem inusitatae, sive Sophocleae λέξεις seu Aeschyli, hic a me longe plurimae designari possent: de multis ex Rheso, quae sunt ad manum, paucas adponam, quibus, me iudice, sic nunquam fuisset usurus Euripides, prout illas adhibuit Rhesi poeta.*

xlix. Transcripsi hunc locum non ob voces nonnullas, quas ut inusitatas recenset Valckenarius in sequentibus — nam et Hardionius rariores voces Rheso inesse antea monuerat, et auxerunt hunc recensum Beckius, Morstadtius, Hermannus: sed quia de dictione Euripidis testimonia veterum collegit Valckenarius. Ego quanquam Dionysiorum et Aristotelis iudicia non minimi facio, contendo tamen aut non recte intellectos esse veteres hos criticos, aut non plene characterem Euripidis ab iis repraesentatum esse. Concedo τὸ βάρος quidem plerumque deesse Euripideis fabulis, ut vel Ranae Aristophanis possunt docere, at quomodo scribere potuerit Dionys. Hal. τὸ δὲ θρασὺ πᾶν καὶ παρακεκινδυνευμένον δι' εὐλαβείας ἔχει, id ego saltem non possum intelligere, quippe qui sciam hoc quidem, ut infra demonstrabo, tribui ei a comico Aristophane, optimo poetarum iudice. Neque vero id fugit Aristotelem et Longinum. Nam ipso illo, ἐάν τις ἐκ τῆς εἰωθυίας διαλέκτου ἐκλέγων συντεθῇ, κοινοῖς καὶ δημώδεσι τοῖς ὀνόμασιν usus, efficitur illud θρασὺ καὶ παρακεκινδυνευμένον, quod cum Dionysio Hal. inesse Euripideis negat Valckenarius. Id quod, me iudice, sophistis debet Euripides. Itaque tantum abest, ut verba eoqui apud Stratonem l. a Valcken. l. ab ingenio Euripidis recedere dicam, ut prorsus Euripidea videantur.

l. Iure quidem Dio Chrys. or. xviii. p. 255. Mor. ἥ τε Εὐριπίδου προσήνεια καὶ πιθανότης τοῦ μὲν τραγικοῦ εὐπαθήματος καὶ ἀξιώματος (*ad spiritum maiestatemque tragicam minus accedit*, Toup. in Suid. T. i. p. 220. Lips.) τυχὸν οὐκ ἂν τελέως ἐφικνοῖτο, πολιτικῷ δ' ἀνδρὶ πάνυ ὠφέλιμος, ἔτι δὲ ἤθη καὶ πάθη δεινὸς πληρῶσαι καὶ γνώμας πρὸς ἅπαντας ὠφελίμους καταμίγνυσι τοῖς ποιήμασιν,

ἅτε φιλοσοφίας οὐκ ἄπειρος ὤν, hocque studium et acutas sententias ut procuderet effecit, utque aptae συνθέσει operam daret. Hinc factum est, ut scenicus vocaretur Euripides philosophus et nomen τοῦ σοφοῦ acciperet. Hinc, ut plurimos aliorum locos praetermittam, ita opponuntur triumviri tragici a Plutarcho de gloria Athen. v. extr. (p. 434. T. ii. Tauchn.) ἡ Εὐριπίδου σοφία, καὶ ἡ Σοφοκλέους λογιότης, καὶ τὸ Αἰσχύλου στόμα. At in eo errant viri docti, quod omnes τῆς σοφίας laudem Euripidi concessam esse dicunt propter solas sententias, quibus tragoedias distinxit. Ego et hanc fuisse causam arbitror, neque vero minus aptam illam verborum σύνθεσιν et acutam, quam veteres critici Euripidi propriam dicunt.

li. Quod ad Phidippidem dicit chorus comicus in Nubb. 1397.

σὸν ἔργον ὦ καινῶν ἐπῶν κινητὰ καὶ μοχλευτά,
πειθώ τινα ζητεῖν, ὅπως δόξεις λέγειν δίκαια,

id ille ex Socratis et Euripidis consuetudine profecerat neque abhorret a more Euripideo. Cf. quae coquus Stratonis dicere fingitur ap. Athen. ix. p. 382. C. sq. καινὰ ῥήματα πεπορισμένος πάρεστιν, qualia sunt Πόσους κέκληκας μέροπας ἐπὶ δεῖπνον λέγε. — οὐδ' ἄρα παρέσται δαιτυμὼν οὐδεὶς ὅλως; — οὐδ' ἄρα θύεις ἐρυσίχθον'; — βοῦν δ' εὐρυμέτωπον; — μῆλα θυσιάζεις ἄρα; — τὰς οὐλοχύτας φέρε δεῦρο. — πηγὸς πάρεστι; quae pleraque ex Homero hausta decerent Euripidem, qui loquitur saepe σοφώτερον ἢ σαφέστερον. Vituperatur vero ab Aristophane Euripides ob insperata et periculosa, quae παράβολα Graeci vocant, id est ob verba figurato sensu usurpata. Ita quaerit Bacchus poetam γόνιμον, ὅστις φθέγξεται

τοιουτονί τι παρακεκινδυνευμένον,
αἰθέρα Διὸς δωμάτιον, ἢ χρόνου πάδα.

Rann. vs. 99. sq. cf. vs. 311. et vs. 105.

μὴ τὸν ἐμὸν οἶκει νοῦν· ἔχεις γὰρ οἰκίαν.

Eiusdem modi Euripidis est εὐχή vs. 893.

αἰθήρ, ἐμὸν βόσκημα, καὶ γλώττης στρόφιγξ,
καὶ ξύνεσι καὶ μυκτῆρες ὀσφραντήριοι.

Talia, quorum multa possent colligi, praesertim admirabantur Euripidis amici, quem expectabant ἀστεῖόν τι λέξειν καὶ κατερρινημένον (vs. 901.). Hinc ὀξυλάλος vocatur (815.), atque haec sunt

σχινδαλάμων τε παραξόνια σμιλεύματά τ' ἔργων

(vs. 815.), unde spectatores (vs. 775.)

τῶν ἀντιλογιῶν καὶ λυγισμῶν καὶ στροφῶν
ὑπερεμάνησαν,

et tribuitur Euripidi vs. 826. *στοματουργὸς ἐπῶν βασανίστρια λίσπη γλῶσσα.* Itaque chorus difficile diiudicari posse dicit, uter maior sit (vs. 1101.),

ὅταν ὁ μὲν τείνῃ βιαίως,
ὁ δ' ἐπαναστρέφειν δύνηται κἀπερείδεσθαι τορῶς,

et laudat ipse Euripides (vs. 956.) carminum suorum:

λεπτῶν τε κανόνων εἰςβολὰς ἐπῶν τε γωνιασμούς,
νοεῖν, ὁρᾷν, ξυνιέναι, στρέφειν, ἑρᾷν, τεχνάζειν,
κάχ' ὑποτοπεῖσθαι, περινοεῖν ἅπαντα —.

lii. Haec mihi quidem probant, quanquam Euripides *τὸ βάρος τὴν τραγῳδίαν ἀφεῖλεν*, ut ipse dicere fingitur vs. 941. sqq., tamen eum minime ab absconditis et exquisitis abstinuisse, sed acute dicendis operam dedisse maximam — v. Lobeck. ad Soph. Ai. p. 134. Id quod me iudice recte fecit. Sed id merito vituperari videtur, quod ita apud Aristophanem l. l. 948. sqq. praedicat:

ἔπειτ' ἀπὸ τῶν πρώτων ἐπῶν οὐδὲν παρῆκ' ἂν ἀργόν,
ἀλλ' ἔλεγεν ἡ γυνή τέ μοι χὠ δοῦλος οὐδὲν ἧττον
χὠ δεσπότης χἠ παρθένος χἠ γραῦς ἄν —

quodque Aeschylus capitis poena dignum censet. Hinc etiam Cephisophon, Euripidis servus, in Acharnensibus ita ex domini consuetudiue profecisse traditur, ut Dicaeopolis dicat vs. 400.

ὦ τρισμακάρι' Εὐριπίδη,
ὅθ' ὁ δοῦλος οὑτωσὶ σοφῶς ὑποκρίνεται.

Praeter hoc vitium, in omnibus fere tragoediis Euripidis conspicuum, etiam id vituperandum, quod Euripidis dictio non eodem spiritu profluit. Sed modo *κοινοῖς καὶ δημώδεσι* utitur verbis, modo *τραχείαις συλλαβαῖς καὶ ἀντιτύποις* mixtus est sermo. Unde illud genus existit orationis, quod turgidum et inflatum dici potest. Nam in Aeschylo delectant talia, quia totus eius sermo est gravis et personae tali sermone dignae, sed in Euripide vitiosa sunt, siquidem idem genus non ubique adhibetur, et talia a servis et lotricibus prolata non ridicula videri nequeunt. Cf. Longin. *π. ὕ.* xxiii. extr. *οὐ μέντοι δεῖ ποιεῖν αὐτὸ ἐπ' ἄλλων, εἰ μὴ ἐφ' ὧν δέχεται τὰ ὑποκείμενα αὔξησιν ἢ πληθὺν ἢ ὑπερβολὴν ἢ πάθος, ἔν τι τούτων ἢ*

τὰ πλείονα· ἐπεί τοι τὸ πανταχοῦ κωδωνας ἐξῆφθαι, λίαν σοφιστικόν.

liii. Quare id quidem nunquam non laudandum duxi, quod et turgidum dixerunt viri docti Rhesi sermonem et studium exquisiti aliquid et reconditi proferendi animadverterunt; sed id improbavi, quod eadem diligentia, qua Rhesi dictionem examinaverunt, ceteras Euripidis tragoedias excutere neglexerunt. Quem laborem ego non detrectavi. Postquam igitur in plures tragoedias inquisivi, et in omnibus eundem inveni characterem, unam aliquam elegi, ex qua exquisitiora sub unum conspectum cogerem. Hinc intelligetur, opinor, non diversissimas esse Rhesum atque ceteras Euripidis fabulas. Forte in Bacchas incidi, spondeo vero, quod de hac valeat, de ceteris valere omnibus. Neque vero imitationes, quas deprehendi plurimas, colligere operae videbatur pretium, quia tales inesse, neminem sperabam dubitaturum, et verissime Hermannus p. 296. merito contendi posse concedit, *vix ullum cuiusdam tragici versum esse, quem, qui similiter ab aliis dicta comparare velit, non possit aliunde sumptum ostendere.* Quo diligentius ea excerpsi vocabula, quae non aliunde nota sint, quaeque hodie in tragicorum reliquiis non legantur, nihilque ut relinqueretur, simul efficiendum duxi, ut intelligeretur, quibus vocibus Euripides in reliquiis non usus esset. Docebit enim haec comparatio non solum cum materie mutari dictionem, sed id etiam ostendet, quam diversum idem poeta dicendi genus secutus sit in diversis fabulis.

liv. His praemissis ad Hermannum redeo. Et primum quidem genus eas complectitur voces, quae plane inusitatae sunt, necdum alibi repertae. Nam p. 290. *Atque alibi*, inquit, *non reperta sunt* δυςάλιος *substantivum vs.* 247. *Adiectivo usus est Aeschylus Eum.* 399. *Deinde* μῖμος *pro* μίμημα *v.* 256. ἀποινάζεσθαι *v.* 466. προταινὶ *v.* 523. *de qua voce scholiastes:* Παρμενίσκος τὴν προταινὶ λέξιν Βοιωτικὴν φησι καὶ μετ' οὐδεμιᾶς πίστεως. *Tum* μηνὰς *v.* 534. ἀηδονὶς *adiectivum v.* 550. *si vera est nostra de eo loco sententia.* Quorum δυςάλιος substantivum et ἀηδονὶς adiectivum cupidius huc trahitur. Docui enim ad vs. 242. si δυςάλιος retinendum esset, non potuisse substantivum haberi tam apte, quam adiectivum. Hodie vero libri suadent δυςάλιον scribi, quod non mirum est sub-

stantivi vice fungi. Deinde *ἀηδονὶς μέριμνα ὑμνεῖ* exemplis defendi posse non arbitror. v. ad vs. 534. p. 210. Ex quatuor reliquis unum socordiae Hermanni deberi videtur. Nam omnino non intelligo cur *μῖμος*, quod legitur vs. 248., alibi non reperiri dicatur, quia *μῖμος* et imitatorem significat et totum carminum genus, quod Sophronis arte nobilitatum hoc nomen ob *μίμησιν* traxit, ut *οἱ Σώφρονος μῖμοι* iidem sint atque *αἱ Σώφρ. μιμήσεις* vel *τὰ Σώφρ. μιμήματα:* et haec, inquam, non intelligo, et extat vox apud Aeschylum Edonis fr. 54.

ψαλμὸς δ' ἐλαλάζει
ταυρόφθογγοι δ' ὑπομυκῶνται
ποθὲν ἐξ ἀφανοῦς φοβεροὶ μῖμοι,

ubi cum aliis scripsi *ὑπομυκῶνται*, quod aptius videtur mugitui boum — cf. Eur. Herc. f. 870., quam quod Dindorfius dedit *ὑπομηκῶνται*. De *ἀποινάσαιο* dictum est ad vs. 453. Quod si descendat ab *ἀποινᾶσθαι*, non sine auctore dictum est. v. ad vs. 453. p. 184. Restant *προταινὶ* vs. 510. et *μηνὰς* vs. 520. At hoc quidem non vacat dubitatione, siquidem pro eo *X. Π. μηνὶς* praebet — v. nott.; illud vero ex analogia saltem defendi potest. Nam *ποταινὶ* per *προσφάτως* explicat Zonaras p. 1571., ut notavit Matthiaeus, quemadmodum habet Hesychius *ποταίνιον· νέον, πρόσφατον, οἱ δὲ σύνεγγυς.* cf. Photius p. 445, 13. *ποταίνιος· πρόσφατος. Δώριος δὲ ἡ λέξις.* Eustath. ad Iliad. *ὠ.* p. 1374, 27. Od. *δ'.* p. 1489. extr. atque usi sunt voce Sophocles Ant. 849. fragm. 162. Dind. et Aeschylus, v. Blomfield. gloss. ad Aesch. Prom. 102. cf. Eumen. 282. Cho. 1055. Doricae originis Photius dicit l. l., Ionicum Gregor. Cor. p. 556. Schaef. *τὰ δὲ πρόσφατα, ποταίνια*, ubi v. Koenii notam. Inter hanc vocem et *προταίνιος* dialecticum tantum intercedit discrimen. Nam *προσφάτως, σύνεγγυς* et *ἔμπροσθεν*, ut scholiasta Rhesi explicat, admodum sunt cognatae significationis. V. Eustath. ad Iliad. *ῥ.* p. 1106, 20. *ἡ δὲ ποτὶ πρόθεσις ἐν τῷ ποτὶ ῥόον, ἧς πρωτότυπος καὶ κοινοτέρα ἡ πρός, δῆλον ὅτι καὶ προτὶ λέγεται· ἡ δ' αὐτὴ καὶ ἀποθλίβει τὸ τῆ; ἐπεκτάσεως ἰῶτα Δωρικῶς, ὡς ἐν τῷ ποταίνιον, τὸ πρόσφατον.* Et extat etiamnum alterius formae aliqua memoria apud Hesychium, ubi legitur *προταίνιον· πρὸ μικροῦ* et *προταίνιον· παλαιόν.* Quorum in priore loco lemma, in altero explicatio corrupta videtur. Con-

sentaneum enim est scripsisse Hesychium *προταινί· πρὸ μικροῦ*. Videtur vero Euripides forma *ποταινί* in trimetris uti noluisse, similioremque reddidisse Atticae dialecti. Quodsi *Βοιωτικὴν* vocem *προταινὶ* appellat Parmeniscus, id non aliter intelligendum, ac si *βαλλήν* dici *Φρυγιστί* scribit Hesychius pro *βασιλεύς*. cf. Soph. fr. 444. Similiter Aristot., qui dicitur, Mirabb. 132. (p. 843. b. 13. Bekk.) *κατὰ γλῶσσάν ἐστι*, inquit, *τὴν Περραιβῶν τὸ αἱμάξαι φοινίξαι*. v. alia ap. Lobeck. Aglaoph. p. 845. sqq. cf. Reisig. ad Soph. Oed. C. Enarr. vs. 514. Ceterum id ipsum, quod *μετ' οὐδεμιᾶς πίστεως* vox *προταινὶ* dicitur a Parmenisco, antiquam esse Rhesum confirmat. Nam bene monuit Gruppius p. 316., vocem nullius scriptoris auctoritate munitam non usurpaturum fuisse poetam Alexandrinum.

lv. Sed ut plura etiam inessent Rheso nullius dicta ori, nequaquam probarent ab imitatore scriptam esse tragoediam, quem rarissima quaeque consentaneum est collecturum fuisse, neque vero plane inusitata. Itaque hoc unum demonstrarent, quaesivisse Rhesi auctorem reconditissima quaeque eatenus, ut quarundum vocum ne minima quidem memoria hodie extaret. Quo confirmaretur alterum quod posuit Hermannus, plurima legi in Rheso quae in reliquis tragoediis frustra quaeras. Id quod verissime dictum esse reperi. Itaque quanquam in hunc quoque indicem, ut fieri solet, nonnulla relata sunt, quae Hermannus probandae suae sententiae causa potius, quam ob gravitatem argumenti huc recepisse videatur, tamen neque ego hoc valde vitupero, neque scio, an idem ei indici, quem ex Euripidis subieci Bacchis, vitio verti possit. Sed composui me plane ad Hermanni exemplum, utque intelligi posset, quam vere Valckenarius contendisset, in uno Rheso dramate vocabula inusitata plura inveniri, quam et in superstitibus Euripidis tragoediis et in deperditarum reliquiis omnibus, quod scite monuisse virum egregium censet Hermannus p. 290., ex una Bacchis satis copiosum subieci indicem, unde appareat, in ea plura etiam tragicis quantum scimus inusitata inesse, quam in Rheso. Quem indicem, confectum maximam partem ex lexicis Euripideo, Aeschyleo, Sophocleo, ita adornavi, ut omnes enotarem voces, quae in reliquiis Euripidis non extarent, ut intelligeretur, quam dissimilis sibi esset in diversis tragoediis Euripides. Quarum vo-

cum quas Aeschylus semel bisve usurpavit crucis signo, stellula vero eas notavi, quae a Sophocle adhibentur; quibus uterque usus est, iis crux et stellula praefigitur. Unde uno adspectu efficitur ut quid Aeschylo et Sophocli debeat Euripides in Bacchis perspiciatur. Denique ea vocabula quae etiamnunc alibi non reperta sunt, distincto charactere imprimenda curavi, litteras diducendo. Sed haec hactenus: ipsum indicem exhibeo.

lvi. Versu 3. ἀστραπηφόρος. 12. 535. βοτρυώδης. 14. ἡλιόβλητος. 19. καλλιπύργωτος. 31. ἐκκαυχᾶσθαι. 33. 1000. † παράκοπος. 38. ἀνόροφος. 41. ἀπολογεῖσθαι. 67. εὐκάματος. 68. 1035. * εὐᾶζειν — ζεσθαι. 69. * ἔκτοπος [70. ἔξοσιοῦσθαι.] 74. ἀγιστεύειν. 75. 378. θιασεύειν. 79. θεμιτεύειν. 86. εὐρύχορος. 100. ταυρόκερως. 107. χλοήρης. 108. 703. μίλαξ s. σμίλαξ. 109. καταβακχιοῦσθαι. 112. λευκόθριξ. 113. † * μαλλός. 117. 1156. † θηλυγενής. 120. θαλάμευμα. 122. Διογενέτωρ. 123. τρίκορυς. 124. βυρσότονος. 126. ἀνακεραννύναι. 127. ἡδυβοής. 129. 151. εὔασμα. 133. τριετηρίς. 137. 599. πεδόσε. 139. τραγοκτόνος. 141. ἔξαρχος. 144. νέκταρ (μελισσῶν) ibid. * λίβανον. 146. πυρσώδης. 149. 1190. ἀναπάλλειν. 150. τρυφερός. 151. ἐπιβρέμειν. 154. χρυσορόης. 160. εὐκέλαδος. 161. παῖγμα. 166.* φορβάς. 188. κροτεῖν. 194. † ἀμοχθί. ib. * κεῖσε. 198. ξυναρίζεσθαι (χέρα). 199. 503. καταφρονεῖν. 201. παραδοχή. 205. κισσοῦν. 209. ἀριθμός sensu figurato. 218. † * πλαστός. ib. † * δύσκιος. ib. et 232. 1294. † βακχείως. 224. θυοσκόος furibundus. 235. † εὔκοσμος. 236. * οἰνώψ. 240. 930. ἀνασείειν. 248. † * τερασκόπος. 253. ἀποτινάσσειν. 258. † ἐκρύεσθαι. 272. 322. διαγελᾶν. 286. ἐνράπτειν. 291. ἀντιμηχανᾶσθαι. 298. βακχεύσιμος. 299. μανιώδης. 302. μεταλαμβάνειν. 304. διαπτοᾶν. 320. † μεγαλύνειν. 323. * ἐρέφειν. 332. πέτεσθαι figurate. 334. καταψεύδεσθαι. 348. τριαινοῦν. 352. 817. † ἐξιχνεύειν. 353. θηλύμορφος. 357. βάκχευσις. 377. καλλιστέφανος. 390. ἀσάλευτος. 399. * κακόβουλος. 402. θελξίφρων. 404. ἑκατόστομος. 406. ἄνομβρος. 408. μούσειος. 411. προβακχήϊος. 415. ὀργιάζειν. 419. ὀλβοδότειρα. 436. πρᾶος. 438. ὠχρός. 462. † ἀρθεμώδης. 469. 485. 486. * νύκτωρ. 471. ἰδέα. 475. κιβδηλεύειν. 479. παροχετεύειν. 490. † ἀσεβεῖν. 497. 549. εἱρκταί. 509. 618. κατείργειν. 512. * διεμπολᾶν. 513. βύρσα instrumentum. 520. εὐπάρθενος. 548. θιασώτης. 553. χρυσώψ. 557. θυρσοφορεῖν. 560. πολυδένδρης. 562. †* (?) κιθαρίζειν. 564. ἀγρώτης. 569. ὠκυρόης. 574. ὀλβοδότης. 595. συμ-

φλέγειν. 596. αὐγάζεσθαι medium. 598. κεραυνοβόλος. 611. † ὀρκάνη. 616. δεσμεύειν. 625. Ἀχελῷος aqua. Alias additur δρόσος vel ῥόος. 633. χαμᾶζε. ib. συνθρανοῦν. 639. προσώπια. Singularis extat Hipp. 374. — 641. εὐοργησία. Sed v. Valcken. ad Hipp. 1039. 643. καταναγκάζειν (δεσμοῖς). 645. προνώπιος de homine. 651. πολύβοτρυς. 677. * ἀγελαῖος. 678. ὑπεξακρίζειν. 687. † * οἰνοῦν. 691. † μύκημα. ib. κεροφόρος. 693. εὐκοσμία. 697. * κατάστικτος. 698. καταζώνυσθαι. ib. λιχμᾷν. 699. δορκάς. 701. * (?) νεοτόκος. ib. σπαργᾶν. 703. ἀνθεσφόρος. 705. δροσώδης. 710. ἔσμὸς (γάλακτος). 722. ἑλλοχίζειν. 726. συμβακχεύειν. 730. 957. λόχμη. 736. 1104. ἀσίδηρος. 739. δαμάλη. 740. δίχηλος. ib. † ἔμβασις. 742. ἀναφύρειν. 749. ὑποτάσεις (πεδίων). 761. λογχωτός. 763. ἀπονωτίζειν. Intransitive videtur Sophocles usus fr. 638. Dind. 768. ἐκφαιδρύνειν. 772. * παυσίλυπος. 784. ψάλλειν, quod Aeschylus quoque dixit, sed ψάλλειν τόξων νευρὰς solus Euripides Bacchis. 803. δουλεῖαι plur. et abstractum pro concreto. 814. ἔξοινοῦν. 821. † * βύσσινος. 826. ἐκμουσοῦν. 833. † ποδήρης. 838. * κατασκοπή. 851. † * ἔλαφρός. 855. γυναικόμορφος. 870. εὔπλεκτος. 873. ὠκυδρόμος. 874. παραποτάμιος. 876. σκιαρὸν ὄκημος. 884. † * ἀπευθύνειν. 885. * ἀγνωμοσύνη. 888. * ποικίλως. 893. κούφη δαπάνη figurate. 921. † προσφῦναι. 922. ταυροῦσθαι sensu proprio, *taurum fieri*. 931. βακχιάζειν. 934. 1386. * ἀνακεῖσθαι. 952. σύριγμα. 953. νικητέος. 955. κρύψις. 979. ἀνοιστρᾷν. 981. * λυσσώδης. 983. σκόλοψ non propria significatione. 984. δοκεύειν. 986. * μαστήρ. 990. Λίβυσσα. 994. 1014. † διαμπάξ. 1002. ἀπροφάσιστος. 1017. πολύκρανος. 1018. πυριφλέγων. 1020. θηραγρέτης. 1027. ὄφις adiectivum. 1047. † * θεωρία. 1048. ποιητός. 1051. ἄγκος. ib. ἀμφίκρημνος. 1055. ἐξαναστέφειν. 1060. μόθος. 1061. ὑψαύχην. 1062. αἰσχρουργία. 1066. κυρτός. 1070. 1098. ἐλάτινος. 1074. νῶτα de arbore. 1084. εὔλειμος. 1090. ὠκύτης. [1094. ἀγμός]. 1096. † χερμάς. ib. κραταίβολος. 1097. ἀντίπυργος. 1100. † στόχος. 1103. δρύϊνος. ib. συγκεραυνοῦν. 1104. ἀνασπαράσσειν. 1107. ἀμβάτης. 1112. οἴωγμα. 1127. ἀποσπαράσσειν. 1136. διασφαιρίζειν. 1137. † * στυφλός. 1138. βαθύξυλος. 1147. νικηφορεῖν. 1158. εὔθυρσος. 1169. † ὀροθύνειν. 1171. ἕλιξ obscuro sensu. ib. † * νεότομος. 1173. † σύγκωμος. 1174. λίν. 1185. κόρυς *caput*; proprio sensu Sophocles. ib. ἀπαλόθριξ. 1186. κατάκομος. 1190. ἀναπάλλειν. 1192. † ἀγρεύς. 1196. λεοντοφυής.

1205. *ἀγκυλωτός*. *ib.* *στόχασμα*. 1208. *λογχοποιός*. 1120. *διασπάρακτος*. 1229. † * *οἰστροπλήξ*. 1235. *ἐξόχως*. 1239. * *ἀριστεῖα*. 1244. *μετρητός*. 1251. *δύσκολος*. 1253. *εὔθηρος*. 1255. *ὀριγνᾶσθαι*. 1264. * *λυπηρῶς*. 1266. *ἐξυπειπεῖν*. 1268. *διπετέστερος* compar. 1271. † * *ἔννους*. 1295. *καταίρειν*. 1316. † * *ἐξαμᾶν*. 1332. *ἐκθηριοῦν*. 1335. † * *ἀνάριθμος*. 1340. *ἐκγεγώς*. 1360. † *καταιβάτης*. 1364. *πολιόχρως*. 1373. † * *αἰκία*. 1382. *συμφυγάς*.

lvii. Haec fere reperi, quae in solis Bacchis Euripidis extarent. Ego si hunc indicem ex meo iudicio confecissem, multa omisissem, quae casu videntur in nulla superstiti tragoedia legi. Sed cum constituissem me totum componere ad Hermanni exemplum, etiam talia recepi, quae si res a mea sententia pependisset, silentio praeteriissem. Neque vero talia exhibui, ut solent, qui cupidius agunt, quae dubia videbantur. Itaque nonnullas ipsius Hermanni coniecturas, quia probabilitate carebant, huc non traxi, velut quod recepit v. 126. suae editionis et 625. *Βακχάς* adiectivum, alibi non lectum. Itidem quod vs. 975. proposuit *δυςκατάσκοπος* reieci, ut vs. 1001. *εὐαγεῖν* (v. eum ad vs. 999.), atque *ὄφεος* adiectivum, quod, Barnesio duce, aliunde non notum recepit vs. 1018. Ibi enim *δράκων ὄφις* coniungendum videtur, ut alterum adiectivi vice fungatur. Potuissem etiam vs. 985. *ὀροδρόμων* commemorare, si tam facile aliis, quam mihi persuadere possem, *οὔριον δρόμον* sententiae non aptum esse, et coniungi debere *Καδμείων ὀροδρόμων*, sive malles *Καδμειῶν* scribere; sed tutius videbatur talia praeterire. Haec igitur et alia fortasse, quae non statim succurrunt, prudens omisi. Neque vero constructiones multas aut in solis his Bacchis obvias aut semel bisve alibi etiamnum repertas et audentes multas metaphoras praetermittendas duxi. Nam iis collectis magis probatur id, quod supra §. 49. sqq. contendi, attolli nonnunquam Euripidem, interdum etiam effervescere ac saepe accedere ad praeceps; tum vero postulant hoc similia quae Hermannus recepit in indicem, velut *ῥύμη θεοῦ*, *δίψιον πῦρ*, *ἐς σὲ τείνεται γλῶσσα* et si quae alia sunt; quanquam huius generis plura potuisset conferre Hermannus, si accuratius perlegendam sibi sumsisset Rhesum. Quae in Bacchis huiusmodi annotavi haec sunt.

lviii. Versu 90. *πταμένη βροντή*. 95. *λόχιοι θάλαμοι* Iovis. 98. *κρυπτὸς ἀπό τινος*. 101. *δρακόντων στέφανοι*.

139. *αἷμα ἀγρεύειν.* 203. *ἄκραι φρένες.* 211. *προφήτης λόγων.* 227. 444. *πάνδημος στέγη carcer.* 268. *εὔτροχος γλῶσσα.* 331. *θύραζε τῶν νόμων.* 344. *ἐξομόργνυσθαι μωρίαν.* 455. 831. *πλόκαμος* et *κόμη ταναός.* 491. *ἀγύμναστος λόγων.* 527. *ἄρσην νηδύς.* 592. *διάδρομα κίοσιν ἔμβολα.* 665. *οἴστροισι γῆς λευκὸν κῶλον ἐξακοντίζειν.* 676. *τῇ δίκῃ προς θεῖναί τινα.* 683. *σώμασιν παρειμέναι.* 692. *θαλερὸς ὕπνος.* 708. *λευκὸν πῶμα lac.* 721. *χάριν θεῖναί τινι.* 743. *εἰς κέρας θυμοῦσθαι.* 750. *ἐκβάλλειν στάχυν* de agris. 822. *ἐς γυναῖκας ἐξ ἀνδρὸς τελεῖν.* 837. *αἷμα θεῖναι.* 867. *χλοεραὶ λείμακος ἡδοναί.* 889. *δαρὸς χρόνου ποῦς.* 972. *οὐρανῷ στηρίζον κλέος* sed proprio sensu *στηρίζειν οὐρανῷ* dixit Euripides. 992. 1012. *Δίκη ξιφηφόρος.* 1027. *δράκοντος θέρος.* 1054. *θύρσον ἐκλελοιπότα κισσῷ κομήτην ἐξαναστέφειν.* 1067. *δρόμον ἕλκειν.* 1207. *λευκοπήχεις χειρῶν ἀκμαί.* 1289. *καρδία πήδημ' ἔχει* id quod *δεδοικέναι.* 1313. *δίκην λαμβάνειν* et 1327. *δίκην ἔχειν* pro *δοῦναι.*

lix. Haec ego Bacchas percurrens annotavi; neque vero dubito, quin eum, qui accuratius tractandum sibi sumserit hunc locum, multo largior expectet messis. Nostris usibus haec sufficiunt. Probant enim in Bacchis aeque atque in Rheso plurima inesse reconditiora et exquisitiora. Quodsi ne Hermannus quidem (p. 292.) ea, quae ex Rheso congessit, aliam voluit vim habere, quam ut monstrarent, rariora quaesivisse poetam, idem valere videmus de auctore Baccharum. Quare tantum abest, ut Euripidem non esse Rhesi scriptorem evincant, ut hunc ipsum esse morem Euripideum doceant. Iam ut summi Wolfii verbis utar, quae in praefatione orationis pro Marcello scripsit p. xxxix. sq. *Si quis forte erit in iis, quos ego de hac quaestione iudicare posse putabam, cui perlectus commentarius videatur ipsum Ciceronem calumniari: pro opera mea hoc unum et leve praemium postulo, ut is nobis quam primum orationes pro Ligario et Deiotaro, vel aliam quamcunque eadem ratione calumnietur:* haec igitur verba ut in usum meum adhibeam, Hermannus, ut videor mihi ostendisse, non Rhesum tragoediam sed ipsum Euripidem calumniatus est.

lx. Id quod tertium genus apertissime demonstrat. Nam quanquam imitationum vestigia multa in Rheso inesse arbitror, tamen pleraque et falso huc relata sunt, et idem invenitur in Euripidis tragoediis omnibus. Falso vero huc relata ea dico, quae ex communi usu fluxerunt

et ea, quae ex Rheso ipsa in reliquas tragoedias transmigrarunt, siquidem omnia suadent eam antiquissimam Euripidis tragoediam esse. In Bacchis vero imitationum vestigia detegere non duxi operae pretium, cum quia neminem dubitaturum sperabam, tum propter ea, quae monui in universum supra §. 23—33. cf. liii. Quodsi iudex idoneus aliquis etiam hoc postulet ut demonstretur, nec facultatem nec voluntatem mihi deesse affirmare possum. Sed et operae et chartae in re minime dubia parcendum videbatur, quanquam indices dare possum amplissimos vocum rariorum, quae praeter Bacchas semel bisve in reliquis tragoediis extent. Idem etiam contendo, non in solis Bacchis hoc ita esse, sed quamcumque aliquis tragoediam voluerit Euripidis, iisdem obelis, quibus Rhesum notavit Hermannus, posse notari assevero. Pergo igitur ad ultimum Hermanni argumentum, Atticismum nonnunquam neglectum.

lxi. De hoc loco ita loquitur vir praestantissimus p. 296. sqq.: *Quid vero de eo dicamus, quod hic poeta etiam talia quaedam admisit, quae abhorrere ab Atticorum consuetudine videntur? Non utar eo, quod Elmsleius ad Med.* 774. *observavit, ἀπέκτανον vs.* 978. (963.) *formam aoristi esse, quae in hoc verbo non inveniatur apud tragicos. Certe illi κατέκτανον non minus quam κατέκτεινα usurparunt.* Et hoc quidem recte dictum est. v. Soph. Oed. T. 843. 844., ubi utraque forma verbi κατακτείνειν coniungitur. *) Accuratius vero reliqua examinanda sunt. Neque enim uti volo argumento, quo Herodotum defendit Longin. *π. ὕ.* iv. extr. *καίτοι γε ἔχει τινὰ παραμυθίαν· οἱ γὰρ παρ' αὐτῷ τουτὶ λέγοντες εἰσὶν οἱ βάρβαροι.* Atque sequitur: *Sed non vacat dubitatione ἦλυθον in trimetro vs.* 660. [644.]

ὧν οὕνεκ' εὐνὰς ἦλυθον πρὸς Ἕκτορος.

*) Hinc perspicitur, non recte contra Martini optimam coniecturam Soph. Oed. C. 552. *ἤνεγκ', ἀέκων* monuisse Hermannum (vs. 526.), ferri non posse verbum diversis formis iteratum, *ἤνεγκον, ἤνεγκα*, quod iure negasset Elmsleius. Cf. Aristoph. Thesmoph. 743. *ἁ. καὶ δέκα μῆνας αὖτ' ἐγὼ Ἤνεγκον. β'. ἤνεγκας σύ;* Eiusdem generis est, quod in Euripidis Bacchis, ubi Elmsleius 984. dedit *ἐς ὄρος ἔμολ', ἔμολεν*, Hermannus ad vs. 979. scripsit: *si iterasset Euripides ἔμολεν, plene, opinor, ut in Pal. est, ἔμολεν, ἔμολεν scripsisset.*

Videtur autem ita scripsisse, siquidem vix aliud quam error librarii est, quod in uno codice legitur, ὧν οὕνεκ' ἦλθον ἦλυθον πρὸς Ἕκτορος. *Quamquam enim hanc formam, quae etiam in Troad.* 374. *et El.* 598. *invenitur, tuili sunt Seidlerus ad Electrae locum, Meinekius in Quaestt. Menandr. p.* 35. *Elmsleius ad Med.* 1077. *Matthiae in gramm. Gr. ed. sec.* §. 234. *p.* 460. *tamen mihi quidem nondum persuasum est maxime propter illud exemplum, quod in Troadibus est.* Iam nescio ob quam perversitatem emendatur locus Iphigeniae, et pergit Hermannus p. 298. *Id si nobis conceditur, magis dubium fit exemplum quod in Electra est, quia unicum relinquitur:*

σὺ δ', ὦ γεραιέ, καίριος γὰρ ἦλυθες.

Ac potest illud facillime corrigi, si scribitur,

σὺ δ', ὦ γεραιέ, καίριος δ' ἐλήλυθας.

lxii. Electrae locum nihil vitii ex correctione trahere, concedo — aliter enim de Iphigeniae versibus statuendum est, ut statim docebo —: sed quae tandem causa est corrigendi? Scilicet, quia unicum relinquitur exemplum. Luculenta sane demonstratio, cui non habemus, quod addamus, nisi hanc temeritatem Hermanni, cupiditate abrepti, notatam esse iam olim a Porsono ad Eur. Med. 675. Et ille quidem, eiusdem morbi non expers, sed verissime utitur his verbis: *Sex loca, hoc morbo scilicet laborantia,* (Hermannus) *corrigit, si hoc est corrigere, morbum fingere, ut tuam medicinae peritiam ostentes.* Nuper bene de hac re disseruit Gruppius p. 320. sq. Sed ut Hermanni utar ratione, quidni licet etiam Rhesi locum corrigere, quia unicus superest? Praeit viam optimus liber Havniensis, quo duce scribe:

ὧν οὕνεκ' ἦλθον ἤλυσιν πρὸς Ἕκτορος.

Prona est mutatio litterarum ϑ et σ, sexcenties commutatarum. Eleganter vero ad πρὸς omittitur εὐνὰς vel tale quid. Quod cum explicationis causa industrius aliquis homo adscripsisset in textum venit. Is denique qui metra exaequari voluit, quo erat stupore ἤλυσιν deesse maluit quam εὐνάς, et ἦλθον in ἤλυθον mutavit.

lxiii. Sed satis talium facetiarum; versamur enim in quaestione gravissima. Perperam anapaestum opposuit Gruppius p. 320. Hermanno, qui diserte professus erat, se de trimetris loqui. Assensus tamen est Welckerus p. 639. Iure vero idem vir doctus Neophronis

etrum addidit, quem ego quoque locum, ante cogni-
censuram Welckeri adhibui in dissertatione de Rheso
.4. Ex Neophronis enim Medea ap. schol. Eur. Med.
. Matth. haec extant verba Aegei ad Medeam:

καὶ γάρ τιν' αὐτὸς ἦλυθον λύσιν μαθεῖν
σοῦ· Πυθίαν γὰρ ὅσσαν, ἣν ἔχρησέ μοι
Φοίβου πρόμαντις, συμβαλεῖν ἀμηχανῶ.

vero locus eo minus negligendus erat Hermanno,
confidentius probaverat sententiam Elmsleii, ad Med.
8. ed. Oxon. statuentis, hunc Neophronem ante Eu-
lem Medeam suam scripsisse. Nam ut nunc quidem
est, aut Neophronis etiam versus corrigendus erit
manno aut alterum falsum est. Etenim aut licitum
Atticis poetis uti voce *ἦλυθον* in trimetro, aut erit
phro ad Alexandri magni aetatem detrudendus. Ne-
vero mutavit Hermannus sententiam suam in repe-
censurae Elmsleianae editione Opp. iij. p. 148. quae
em quo dissertatio de Rheso impressa est tempore.
ıis et Neophro antiquus poeta videtur, ut probabimus
lissertatione de Medea Euripidis, et *ἦλυθον* sanissi-
n, hacque forma, ut multis aliis epicis, etiam in se-
is usos esse poetas Atticos contendimus.

lxiv. Sed restat ut Troadum locum ab Hermanni
riis vindicem. Verba sunt Cassandrae vs. 365. sqq.

πόλιν δὲ δείξω τήνδε μακαριωτέραν
ἢ τοὺς Ἀχαιούς, ἔνθεος μέν, ἀλλ' ὅμως
τοσόνδε γ' ἔξω στήσομαι βαχευμάτων·
οὐ διὰ μίαν γυναῖκα καὶ μίαν Κύπριν
θηρῶντες Ἑλένην μυρίους ἀπώλεσαν.
ὁ δὲ στρατηγὸς ὁ σοφὸς ἐχθίστων ὕπερ
τὰ φίλτατ' ὤλεσ', ἡδονὰς τὰς οἴκοθεν
τέκνων ἀδελφῷ δοὺς γυναικὸς οὕνεκα,
καὶ ταῦθ' ἑκούσης κοὐ βίᾳ λελησμένης.
ἐπεὶ δ' ἐπ' ἀκτὰς ἦλυθον Σκαμανδρίους,
ἔθνησκον, οὐ γῆς ὅρι' ἀποστερουμένοι,
οὐδ' ὑψιπύργου πατρίδος.

: usque locum exhibuit vir summus; tum addit haec
297.: *Infert in hunc locum haec scriptura aliquid per-*
ilatis, quia, quum modo de Graecis dictum sit μυρί-
; ἀπώλεσαν, quod non potest non de bello ad Troiam
o dictum esse, adiicitur, ἐπεὶ δ' ἐπ' ἀκτὰς ἦλυθον
αμανδρίους, ἔθνησκον. Quod si, quoniam quae

in medio posita sunt omnia ad solum Agamemnonem spectant, qui in Aulide filiam immolaverit, de hoc Euripides dixit,

ἐπεὶ δ' ἐπ' ἀκτὰς ἦλθε τὰς Σκαμανδρίους,

recte procedit oratio. Atque primum quidem ostendam, non ferri posse Hermanni coniecturam, tum demum vulgatam defendam. Nemini vero non videri debet durissima mutatio subiecti, ut statim postquam de Agamemnone dictum erat, eum ad Scamandri ripas venisse, pergatur: *ἔθνησκον* Graeci scilicet. Id quod ego quidem vel codicibus adversantibus, dicerem corrigendum. Quid vero quod ne oporteat quidem concedi, si quis cupidius agat, quod ponit Hermannus, *μυρίους ἀπώλεσαν* non posse nisi de Graecis ad Troiam caesis dictum esse? Quid enim? Nonne vel Cyclici prodiderunt, ante visam Troiam acerrime in Mysia cum Telepho pugnatum esse, et obiisse plurimos Graecos; tum vero post reditum in Graeciam, immolata Iphigenia ad Scamandri flumina accessisse Graecos? Sed nolo cupidius agere, ne quis me idem commisisse dicat, quod in Hermanno reprehendo. Simplicissima haec est explicatio. Periisse quidem multos Graecos ad Troiam poeta iam dixerat, sed quia in medio posuerat Agamemnonis infortunium ad Aulidem, ea quae supra tantum adumbraverat nunc definiens accuratius, ad Graecos redit. Dicit igitur: *Troiani feliciores sunt Graecis, quorum plurimi ob Helenam ceciderunt; nam et dux eorum filiae mortem luxit, et ipsi Graeci, postquam ad Scamandrum venerunt, ingloriam mortem obierunt.*

lxv. Transeo ad reliqua. *Sed sunt alia in Rheso,* inquit Hermannus p. 298., *quae haud paullo maius momentum habeant: quae quum non solum repugnent consuetudini Atticorum tragicorum, sed etiam omnia sint ex Homero petita, quem summo studio tractarunt Alexandrini: videntur ea mihi, quod caetera omnia quae attuli suadent, non mediocriter confirmare, Alexandrinum fuisse Rhesi scriptorem.* In Rheso, quae tota fluxit ex Homero, non mirum esset, si quae ex Homero remansissent etiam formae dicendi. Nam eorum, quae tractamus maximo cum studio, solent quaedam nobis vel nolentibus adhaerere, ut ii, qui libros Latinos male scriptos saepe legunt, stilo suo non bene consulunt. Sed hoc ne utor quidem argumento, quia neque ab epicis formis tragici abstinebant, neque tam cognita est nobis dialectus tragica, ut

licere audeas, hac uti licuisse forma tragicis, illa non icuisse. Quare neque cetera quae attulit Hermannus, neque haec suadent, Alexandrinum fuisse Rhesi auctorem. Sed singula visum est examinare.

lxvi. Rhesi auctorem intelligens: *Si ille,* inquit, *d.* 80. [468.] *ἄδην ἐλαύνομαι scripsisset, saltem recte isset Homericam locutionem interpretatus. Sed si dedit, uod et libri habent et confirmant scholia, ἄδην ἐλαύνο-ε ν, sequutus est malam interpretationem, quam et ipsius cholíastes et scholiastes Homeri ad Od. ἑ, 290. protulit. tticum poetam vix credibile est, quum omnino illa formula rum esse, tum multo minus sic intellecta, ut grammaticis is placuit.* In quibus non video, cur formula Atticus oeta non usurus fuisse dicatur, cum ἄδην et ἐλαύνειν surpent. Deinde is etiam mirus error est, aptius huic co esse ἐλαύνομαι quam ἐλαύνομεν. Quod quo clarius pareat, quae de hac formula habeo dicenda, afferam. rimus ea usus est Homerus apud quem ter extat. Loci int hi: Il. ν', 315.

οἳ μιν ἄδην ἐλόωσι καὶ ἐσσύμενον πολέμοιο,

einde τ', 423.

οὐ λήξω πρὶν Τρῶας ἄδην ἐλάσαι πολέμοιο,

postremo Od. ἑ, 290.

ἀλλ' ἔτι μέν μιν φημι ἄδην ἐλάαν κακότητος.

orum locorum non eadem ratio est. Nam duo priora ica ἄδην ἐλαύνειν cum obiecto μὶν et Τρῶας et sine genitivo praebent, qui pendet in priore versu ab ἐσσύμενον, altero a λήξω. Difficilior est tertius locus, ubi ἄδην κακότητος coniungitur, et μὶν non obiectum sed subiectum sse videtur. De hoc primo dicam. Ἄδην utrum substantivum sit an adverbium, nihil refert constitui. Si nitio erat accusativus, tamen postea pro adverbio usuratum cum genitivo ponebatur. Significat *satis* et ob psam hanc significationem genitivum habet. Neque enim ntelligere possum quomodo Buttmannus lexilog. ii. p. 32. sqq. genitivum ita explicandum censuerit, ut in formulis λούεσθαι ποταμοῖο, πρῆσαι πυρός, quae valde diersa sunt. Ἐλαύνειν est *propellere, coercere,* ut ap. Eur. Ieracl. 1006.

ἐχθροῦ λέοντος δυσμενῆ βλαστήματα
ἤλασας ἂν κακοῖσι,

ubi est *supprimere malis* sive *excitare*, v. Pflugk. ad Eur. Androm. 31. Est etiam nonnunquam *comprimere* de muliere. v. Toup. ad Longin. *π. ὕ.* xxiii, 3. — Iam ut *ἐλαύνειν τινά* dicere possumus, ita etiam accusativum rei habet, v. c. ap. Soph. Oed. T. 98. *μίασμα χώρας ἐλαύνειν*, ut *ἐλαύνειν ἄδην κακότητος* idem sit, quod *ἄδην κακότητα*. Id quod ipse probat Euripides, qui utramque adhibet structuram. Nam genitivum habes Ion. 975.

δέδοικα· καὶ νῦν πημάτων ἄδην ἔχω,

— cf. Plato Charm. p. 153. D. HSt. *ἐπειδὴ δὲ τῶν τοιούτων ἄδην εἴχομεν* —; accusativum autem Helen. 620.

— — — ὡς ἄδην ἐν Ἰλίῳ
πόνους παρεῖχες σῷ πόσει καὶ συμμάχοις,

ubi recentiores editores ex Miltoni coniectura contra codices *μάτην* pro *ἄδην* perperam *) dederunt. Eodem vero modo *ἄλις* cum accusativo struitur, vel potius absolute ponitur, ut accusativus a verbo suspensus sit, v. c. Eur. Helen. 589.

μέθες με, λύπας ἄλις ἔχων ἐλήλυθα,

cf. El. 74. Med. 1107., ut Romani etiam *satis* ita usurpant. Iam ut *πημάτων ἄδην ἔχω* est *magnum numerum malorum habeo*, ita apud Homerum *ἄδην κακότητος* obiectum est, ut dicitur *ἐλαύνειν κακὰ* et similia, atque vertendum: *satis calamitatum* aut *calamitates coercere, repellere, propulsare.* Hinc perspicitur cur dixerim *μὶν* a *φημὶ* neque vero ab *ἐλάαν* pendere. Nam hoc vult Neptunus: *Ulixi vero aio multas superesse calamitates, quas propulset.* Sed ut ad reliquos Homeri locos redeam, intelligitur

*) Praebent *ἄδην* Aldina et veteres editiones. Idem codices omnes habere videntur, nisi quod Flor. 1. *ἀψιλῶς* habet, etiam in Flor. 2. superscriptum, quae est glossa. Solus Matthiaeus in notis p. 275. ad vs. 602. vel potius 620. vulgatam Homeri et Platonis exemplo munitam defendendam censet. Cui ita respondet Pflugk. p. 66. *Ἄδην quum defendebat Matthiaeus, id huic loco convenire docendum erat, non hoc argumento utendum, quod ea voce et Homerus et tragici usi fuerint. Atqui non convenit: perspicuum est enim respici ad vs.* 603. Sed optime convenit. Neque enim *ὡς* hoc loco particula finalis est, — nam hic si esset sensus potius aoristo opus esset, quia significatur res non durans sed facta et absoluta. v. Hermann. ad Viger. p. 851. ed. iii. — sed *ὡς* dictum pro *ἐπεί*, et hoc vult nuntius: *non sinam te rursus nos fallere, siquidem satis in Troia negotia exhibere solebas marito et sociis.*

τολέμοιο non posse cum ἄδην strui, sed ἄδην Τρῶας et ὑτὸν ἐλαύνειν coniungi debere, et ἄδην absolute dictum sse. Ita ego locos interpretor: alii aliter statuerunt; v. uttmann. l. l. Nitzsch. in annott. ad Odyss. T. ii. p. 47. pitzner. excurs. ad Il. ν, 315. Superest Rhesi locus. uaesiverat Rhesus ex Hectore:

οὐ τοῦσδ' ἀριστῆς φασὶν Ἑλλήνων μολεῖν;

ii respondet Hector:

καὶ μεμφόμεσθά γ', ἀλλ' ἄδην ἐλαύνομεν,

nae hoc significant: *Nonne dicunt illos Graecorum praestantissimos venisse?* — *Sane sunt praestantissimi, neque despicimus eos, sed probe eos repellimus, cum nostro taedio expulsamus.* Iam ut ἐλαύνομαι ferri possit, quod significaret, repelli Troianos acriter, aptius est alterum, quia victores erant Troiani. Vult igitur Hector, se quidem superiorem esse, sed vicisse Cadmeam quasi victoriam, ratis expertum hostium virtutem. Quare ad ἐλαύνειν supplendum est αὐτούς. Illud vero ex locorum ratione diiudicandum est, utrum ἄδην ad obiectum, an ad subiectum pertineat. In Rheso significat *cum nostro taedio*, apud Homerum Il. ν, 313. ad μὶν pertinet, cum Hectoris taedio, et eodem modo Il. τ, 423. Itaque optime locum explicat scholiasta, et si sensum spectas ἄδην ἐλαύνειν τινος interpretari potes ἐμφορηθῆναι, et ἄδην ἐλίωσι cum schol. λίαν ἀπελάσουσι, λίαν κορέσουσι. Ceterum tam male atque Rhesi auctor etiam Tyrtaeus interpretatus est Homerum, qui scribat Eleg. ii, 9.

καὶ πρὸς φευγόντων τε διωκόντων τ' ἐγένεσθε,
ὦ νέοι, ἀμφοτέρων δ' εἰς κόρον ἠλάσατε,

quod idem est ac si dixisset ἀμφοτέρους ἄδην ἠλάσατε.

lxvii. Pergit Hermannus: *V.* 494. [481.] μηνίων *media correpta posuit, ut Homerus Iliad.* ά, 247. 422. 488. μ', 10. ν', 460. σ', 257. *Od.* ρ, 14. *qui semel tantum* μήνιεν, *servata iusta syllabae mensura Il.* β', 769. *Atticis ignota est correptio.* Aliter iudicavit Ellendt. lex. Soph. T. ii. p. 124. *Iota*, inquit, *corripi solet, insequente sigma produci.* Sed neuter, ut mihi quidem videtur, satis recte. Cum Homerus voce usus sit ancipiti, non adeo mirum, idem licere sibi putasse tragicum, praesertim cum de ipso Achille loquens Homerus dixerit Il. ά, 482.

αὐτὰρ ὁ μήνι νηυσὶ παρήμενος ὠκυπόροισιν.

Potius miraturos fuisse crediderim spectatores, si in versu notissimo Homeri exemplum non secutus fuisset Euripides. Atque hoc quidem modo defendit poetam scholiasta, cuius de verbis hoc loco disserendum est, ut promisi in commentario ad vs. 481. p. 189. Vult grammaticus, fuisse qui μηνίων non pro una voce habuissent, quia vocabula polysyllaba in ων purum desinentia (hoc enim praebet editio Glasguensis, non ον ut apud LDindorf. legitur), iota producerent. Itaque ut Ἀμφίων, Ὑπερίων, alia iota producunt, etiam μηνίων producta penultima usurpandum censuerunt. Quae ratio aeque est inepta atque coniectura illorum virorum. Voluerunt enim μηνίων vocem dissecari et μὴν ἰὼν scribi, ut monuit me Lachmannus, praeceptor optimus. Multo facilius erat μηνιῶν coniici, quanquam hoc quidem posterioris videtur Atticismi. v. Lobeck. Phryn. p. 82. At neutro opus est. Invenitur quidem producto iota μηνίεται ap. Aesch. Eum. 101. et ἀμήνιτος longa penultima usurpavit idem Suppl. 975. ut μήνιμα Euripides Phoen. 934. Sed altera mensura etiam post epicos poetas videtur adhibita, ut Simonides docet. Nam aut fallor aut ille versus, quem servavit Aristot. Rhet. i, 6. p. 1363, a. 14. Bekk. διὸ λελοιδορῆσθαι ὑπέλαβον Κορίνθιοι ὑπὸ Σιμωνίδου ποιήσαντος·

Κορινθίοις οὐ μέμφεται τὸ Ἴλιον

ita scribendus est:

Κορινθίοις οὐ μηνίει τὸ Ἴλιον,

siquidem tradat Plutarchus Dion. c. i. Ἁρά γ', ὥσπερ ὁ Σιμωνίδης φησίν — τοῖς Κορινθίοις οὐ μηνίειν τὸ Ἴλιον, ubi Coraës rectissime monuit, probabilius esse, veram scripturam Plutarchum servasse. Nam aut ex glossa μέμφεται ortum est, ut docere potest Hesychius: ἀμηνίτως: ἀμέμπτως. Ἀχαιός, aut ob canonem illum grammaticorum μηνίει expulsum est. *) Ipse denique Euripides, opinor, etiam in Hipp. 1146. brevem adhibuit litteram:

*) Haec scribentem fugerat, idem fragmentum extare ap. schol. Vratisl. Pindari Ol. xiii, 78. τοῦτο δὲ καὶ Σιμωνίδης εἶπε· Κορινθίοισι δ' οὐ μανιεῖ οὐδὲ Δαναοῖς· ἀμφοτέροις γὰρ σύμμαχοι ἐγένοντο. Iam cum et Plutarch. Them. v. simultatem doceat inter Leoprepidam et Corinthios intercessisse et cum Dorica forma μανιεῖ (sic) lyricum poetam probet, vix dubitari posse videtur, quin Ceus Simonides, non iambographus auctor sententiae sit. Quare Boeckhius ad schol. Pind. p. 279. correxit Κορινθίοισι δ'

ἐγὼ δὲ σᾷ δυστυχίᾳ δάκρυσιν δίοιδα
πότμον ἄποτμον. ὦ τάλαινα
μᾶτερ, ἔτεκες ἀνόνατα· φεῦ.
μανίῳ θεοῖσιν.
ἰὼ ἰώ· συζύγιαι Χάριτες κτλ.

rersum quartum dochmiacum dicit Hermannus elemm. r. metr. p. 537. Sed dochmio, si recte sentio, non i est inter reliqua haec metra, et est versus tripodia iaica.

lxviii. Supersunt haec: *Non magis apud eos* [Atti- *reperias Homericum δέχθαι, quod scripsit noster v.* [512.] *Eodem refero, quod reponendum esse puto* 52. [536.] *ποιμνήια. Tum μεμβλωκότων vs.* 629. .] *itidem ex Homero sumptum, non usitatum, quod nus, Atticis. Denique v.* 794. [780.] *νειάτην, quae ierica est, non Attica forma.* Quod secundum est potuit nisi is, qui caeca cupiditate ferretur, advo- . Nam aut uti licuit Atticis hac forma, aut potius omnia erant conanda, quam ex coniectura vitiosam iam in textum recipere. At ne probabilis quidem coniectura, etiamsi haec forma in melicis ferri possit. d vs. 519. Eodem pertinet ultimum, quod cum ex ectura positum sit, non debebat recipi, si hac forma poetae Attico non licuit. Nos non solam ob formam dedimus. v. ad vs. 780. p. 249. sq. Restant igitur *αἰ* et *μεμβλωκότων*. Quae si cui adeo videantur vi- i, ut non potuerint adhibita esse a poeta Attico, li- illi suo iudicio uti.

lxix. Postremo quo rectius de his Hermanni oppro- i iudicari possit, notas aliquas ex sola editione Iphi- ae Aulidensis subieci, unde apparebit, modo e re sit, nunc aliquid ferendum atque etiam ex coniectura piendum, nunc damnandum et abhorrens ab Atticismo re Hermannum. V. 418. dubitat an *ὠνόμαξας* in tri- ro dederit Euripides, *ἐξονόμαξεν* vero in choro 1072.

ιανίει τὸ Ἴλιον οὐδὲ Δαναοί, quod adoptavit Schneidewin. Si- . Cei reliqu. p. 106., numeros vocans dissolutos. Contra p. uspicatur iam Aristotelis aetate in trimetrum degenerasse ɔrepidae versum, a cuius poesi iusti trimetri prorsus abhor- t. Mihi metrum incertum videtur, nec debebam hoc versu eptam penultimam vocis *μηνίειν* defendere. cf. Schneidewin. ldd. p. 231. recte contra Welckerum disputantem.

scripsit. Vs. 435. *Hic quoque προτελίζουσι ut inusitata verbi forma reprehensa est. Non inusitatam fuisse codices Pollucis iii,* 38. *monstrant: sed eam Kühnius scilicet non antiquae Graeciae esse opinabatur.* Vs. 605. *νώμῃ* posuit, ita commendans: *quod vocabulum etsi non est a grammaticis adnotatum, tamen usitata Atticis comparatione, pro νώμησις usurpatum esse credibile est.* Vs. 607. recepit *τέκνωμα, quo vocabulo Dosiades usus est in secunda ara. Non invenitur, quod sciam, apud tragicos: qui tamen quum verbo τεκνοῦν saepe usi reperiantur, nihil obstat quin eos ne substantivum quidem repudiasse credamus.* Vs. 796. *Librorum scripturam μυθεῦσαι, quod huius formae nulla auctoritas sit, Matthiae in μυθεύουσαι mutavit. Metri ratio vocabulum requirit trisyllabum, neque ego quidem corrigi velim μυθεῦσαι. Nam etiam μυθέω dictum esse Photii adnotatio docet, μυθήσας, εἰπών.* Vs. 1212. dedit ἧς pronomen de prima persona, addens: *Non memini quidem hoc pronomen apud tragicos ad alias quam tertiam personam relatum legere, sed, quum omnino rarius eo utantur, analogia suadet, ut non secus quam ἑαυτοῦ de secunda quoque et prima persona dictum esse, Homero duce, existimemus, de quo scite iudicavit Apollonius in libro de pronomine p.* 403. Eundemne hominem adeo et facilem esse et fastidiosum!

lxx. Sed haec hactenus. Patet, opinor, non patere quae docenda sumsit Hermannus, nec vera esse quae scribit p. 298. sq.: *Videor mihi ostendisse, quae Matthiae verissime ut propria Alexandrinorum commemoravit, omnia et cumulate quidem in Rheso inveniri; neque haec tantum, sed nonnulla etiam quae ab Attica tragoedia vehementer abhorreant, conveniant autem Homeri assiduae lectioni insudanti grammatico. Haec igitur refutanda erunt, si quis hunc scriptorem non fuisse Alexandrinum demonstrare volet.* Quae cum ita mihi refutasse videar, ut nulli dubitationi relictus sit locus, ad contrariam transeo sententiam, quam Gruppius tuitus est; postremoque, aliorum quorundam doctorum hominum placitis examinatis, id agam, ut et ingenium Euripideum in Rheso perspicuum esse probetur, et probabili coniectura tempus actae fabulae constituatur.

CAPUT QUARTUM.

DE SOPHOCLE VEL ALIO POETA ATTICO RHESI AUCTORE.

i. Eo praesertim excelluisse veteres criticos legimus, ut auctorem carminis vel sine testo diserto acute ex indole libri eruerent, vel saltem sibi arrogarent invenisse. Id quod minus videbitur mirum ei, qui reputaverit, et plura habuisse veteres scripta, unde unius cuiusque scriptoris characterem accuratius intelligerent, et linguae usu quotidiano facilius ingenium scriptoris perspicere potuisse. Quod imprimis de carminibus epicis dicendum est. Videmus enim eos semper fere consentire, ubi definiendum erat, Hesiodeum an Homericum characterem carmen prae se ferret. Ipse vero hic consensus documento est, maximi facienda esse eorum iudicia aesthetica, quae dicuntur. Quare non temere is videtur facere, qui in ἀδεσπότοις epicae poeseos antiquae carminibus ab eorum iudicio regatur. Tamen valde diversa est quaestio, ubi et dissentire videmus ipsos veteres et ubi non nominantur iudicii alicuius auctores. Nam ubi dissentiunt, id ipsum probat, ne veteribus quidem adeo certum visum fuisse characterem, ut temere iis credere possemus. Deinde diversarum sententiarum gravitas ponderanda est, cum plurimum intersit, Byzantiusne Aristophanes auctor iudicii alicuius sit, an Tzetzae, Eustathii et horum similes.

ii. Quod in quaestione de Rhesi auctore probe tenendum videtur. Vereor enim ne ii, qui verba, quae extant in argumento Graeco: τὸ δὲ δρᾶμα ἔνιοι νόθον ὑπενόησαν, ὡς οὐκ ὂν Εὐριπίδου· τὸν γὰρ Σοφόκλειον μᾶλλον ὑποφαίνειν χαρακτῆρα, maximi faciunt, temeritatis crimen subeant, quia contraria sententia per omnia fere tempora valuit et quia incertum est, an infimae Graecitatis hoc sit iudicium. Sine ira enim et studio qui hanc quaestionem subierit, concedat oportebit, multo maiorem fidem Didascaliarum auctores et totam antiquitatem mereri, quam hos obscuros testes. Nam in Didascaliis Aristoteles, Aristophanes, Aristarchus, Crates, alii tempus fabularum et auctores aut ex testimoniis historicis aut iudicio ae-

sthetico usi constituerant. Quodsi de Rhesi authentia testimonium nititur historicis argumentis, nihil potest gravius cogitari. Contra si sensum suum secuti sunt veteres illi critici, vel hoc maximi momenti est, et multo magis valet, quam obscurorum aliquorum hominum coniectura. At dicet aliquis, incertum esse, utrum haec Rhesus in Didascaliis fuerit notata ut Euripidea, an potius alia. Incertum esse concedo, sed diversas antiquitus extitisse Rhesos nec probabile est, nec demonstrari potest, neque maximi momenti in quaestione nostra est.

iii. Nam, ut supra iam indicavi, ubi Didascaliae non adiecto auctoris nomine commemorantur, nescimus, utrum Aristotelis an Cratetis aliusve intelligendi sint libri. Itaque hoc quidem nihil ad rem. Nam cum fortunae benignitate factum sit, ut, ex quo scholia Vaticana cognita sunt, hanc Rhesum constet Euripideam habitam esse a Cratete, a Dionysodoro, a Parmenisco, et, ut conieci supra i, 11., ab ipso Aristarcho, intelligitur non maiorem fidem mereri Didascalias auctore non nominato commemoratas quam hos grammaticos, quorum summa olim fuit auctoritas. Namque ante Byzantinos grammaticos duae extiterunt scholae, Alexandrina altera, altera quae Pergami floruit. Quarum principes cum hanc Rhesum putarent Euripideam, non difficile erat intelligere, et infimae esse aetatis illos obscuros testes, et parvi faciendum esse eorum iudicium. Illud evincit Pythagorica superstitio, qua venerabantur praeceptorum placita discipuli — v. i, 11. Neque enim quenquam arbitror eo progressurum esse audaciae, ut ἐνίους illos ante Cratetem et Aristarchi discipulos ponat. Tamen ne id quidem magni momenti esset. Nam etiamsi celeberrimos hos criticos aetate praecessissent, id ipsum argumentorum levitatem proderet, quod neque Aristarcheis neque Crateti coniecturam suam probare potuerunt. At omnia suadent, ἐνίους istos post celeberrimos istos grammaticos extitisse, et, ni fallor, diu post, eo tempore, quo Byzantii praesertim litterae florebant, a barbaris Alexandria expulsae. Hinc alterum probatur, non magni momenti esse horum iudicium, cui adversatur codicum et grammaticorum cuiusvis fere aevi auctoritas. Nam quis tandem, nisi male sanus, dubio testi malit confidere, quam Crateti et Aristarcheis, sive hi documentis historicis usi sunt, sive ex charactere auctorem constituerunt?

iv. Restat, ut hoc iudicium unde ortum videatur explicemus. Fontem puto antiquioris alicuius dictum, male intellectum, et, ut solet fieri, pinguius expressum a grammatico aliquo. Qui cum fortasse legisset in antiquo aliquo commentario, abhorrere Rhesi argumentum a rebus bellicis et tumultibus nocturnis occupatum a more Euripidis, ex affectibus amoris plerumque et doloris iraeque tragoediarum argumenta petentis, carere fabulam prologo, metra aequare Sophocleam elegantiam: haec, inquam, et fortasse similia cum legisset prodita grammaticus ille, quem putamus, acuminis sui specimen daturus videtur Sophocli adscripsisse hanc fabulam, Euripidi abiudicasse. Hinc intelligitur prorsus putidum esse hoc documentum, nisi alia graviora accedant argumenta. Ceterum vel id probat infimae aetatis hoc esse iudicium, quia in scholiis Vaticanis quaestio de auctore fabulae non tractatur.

v. Ab hoc tamen argumento proficiscitur Gruppius, cuius coniectura hoc loco expendenda est. In libro enim, quem *Ariadnes* nomine nuncupavit — v. i, 32. — argumentis cum ex compositione fabulae petitis tum ex rebus historicis, id egit, ut Sophocli et vindicaret hanc tragoediam et primum esse eius drama doceret, quo Aeschylum Plutarcho teste vicisset. Quae cur probari nequeant, nunc uberius docebo. Miror enim quod Welckerus in ampla libri censura — v. 1, 33. —, qua coniecturam auctoris refutare studuit, non idoneis plerumque usus est argumentis. Nam, id quod maxime debebat, neglexit ostendere, ipsa argumenta historica, quibus nititur Gruppii coniectura, falsissima esse.

vi. Ac primum quidem argumenti loco excepto, de quo modo disputavimus, nihil est quod faveat sententiae Gruppii, dubitanter etiam a Scaligero et Aug. Guil. Schlegelio propositae — vid. i, 26. 34. Reliqua adversantur omnia. Est autem ejusmodi p. 326. a Rhesi vs. 49. [934.]

— — σοφιστὴν δ' ἄλλον οὐκ ἐπάξομαι,

Inocum comparavit geminum alterum locum, praeeuntibus viris doctis, ex Euripidis Herc. fur. 912.

μάντιν οὐχ ἕτερον ἄξομαι.

Alterum alterius esse imitationem statuit Hermannus, quanquam hic quidem ex Euripide Rhesi auctorem hau-

ἐπάγεσθαι saepissime usurpatur; v. Platon. Republ. ii. p. 364. C. HSt. ποιητὰς μάρτυρας ἐπάγεσθαι. Id. Lysid. p. 215. C. τὸν Ἡσίοδον ἐπήγετο μάρτυρα. Plutarch. Alexand. c. lvii. ἐκαθάρθη ὑπὸ Βαβυλωνίων, οὓς ἐξ ἔθους ἐπήγετο πρὸς τὰ τοιαῦτα. cf. Heindorf. ad Plat. Hipp. M. p. 289. B. §. 21. Quare non dubium esse potest, quin in hac causa falsissima sint, quae in universum quidem recte monuit Gruppius p. 327.: *Allein hiermit steht sogleich ferner nicht blofs fest, dafs der Rhesus vor dem rasenden Hercules mufs gespielt worden sein, sondern auch, dafs er dem Euripides nicht gehört. Denn sich selbst ahmt niemand in solcher Art nach, dafs er eine kostbare Wendung an eine solche Stelle setzt, wo sie keine Wirkung haben kann.* Nam cum viderimus, et Rhesi et Herculis locum optimum praebere sensum, neque discerni hinc potest, utra fabula prior extiterit, neque credi, diversorum poetarum utrumque esse versum. Nam quae bene dixeris, saepius idem poteris adhibere; et saepissime eosdem fere versus adhibuit Euripides.

x. Non meliora sunt, quae sequuntur p. 328. sq. Testimonia enim quaedam veterum probare, hanc Rhesum antiquitus Sophocleam esse habitam. Huc pertinere vocem σοφιστής, bis in Rheso adhibitam. Eam Euripidis aetate, sophistis exortis, semper malo sensu usurpatam esse; sed si Rhesus prima Sophoclis esset fabula, habere hoc aliquam rationem, cum σοφιστής vox Sophoclis prima aetate poetam significasset. Quae omnia falsissima sunt. Nam Euripidis tempore apud plerosque omnes sophistae summo favore gaudebant, neque quidquam obstabat, quominus Euripides, quem sophistarum discipulum tradunt, hoc nomine cum laude uteretur. Deinde apud poetas cuiusvis aetatis et eos scriptores, qui poetas imitantur, poetae et σοφοί nonnunquam σοφισταί vocantur. Denique in Rheso σοφιστὴς ne significat quidem simpliciter sapientem sive poetam. Nam priore loco vs. 909. adiectum δεινὸς et ὃς ἡμῶν πόλλ' ἐδέννασεν τέχνην satis probat, versutum intelligendum esse artificem. Alter vero locus, quem modo tractavimus, vs. 934. non interpretandus est cum Gruppio de musico nescio quo, sed ibi significatur homo praeteriti et futuri peritus, similis Musis quae dicuntur

εὑρεῖσαι τά τ' ἐόντα τά τ' ἐσσόμενα πρό τ' ἐόντα.

xi. Magis etiam putidum est, quod persuasit sibi

Gruppius, verba apud Eustath. ad Il. ό. p. 1023, 13. Σοφοκλῆς, φασί, τὸν κιθαρῳδὸν σοφιστὴν λέγει — ad Rhesum nostram pertinere. Scriptorem ex quo hausisset Eustathius Rhesum pro Sophoclea habuisse, et adiecisse Eustathium φασί, quia in suo Sophocle hanc vocem ita usurpatam non reperisset. Non opus est talia refutare. At restant nonnulla similia. Nam p. 333. Plutarchi locus Sympos. Quaest. ii. p. 639. [ii, 5, 2. extr. p. 212. T. iv. Tauchn.] καὶ Σοφοκλῆς εἴρηκέ που περὶ τῶν Τρώων, ὡς Φίλιπποι καὶ κερουλκοί, σὺν σάκει δὲ κωδωνοκρότῳ παλαισταί advocatur, ut illud που demonstret, Plutarchum in suo Sophocle illum versum non legisse, auctorem vero eius Rhesi locum vs. 370. κλύε καὶ κόμπους κωδωνοκρότους ante oculos habuisse. At non Troianis, sed Rheso in cognomini fabula tribuitur hoc epitheton, et plane diversus est uterque locus, quare alter recte inter Sophoclis fragmenta legitur 738., ita probabiliter restitutus a Th. Bergkio de fragmm. Sophoclis p. 14.

Τρῶες φίλιπποι καὶ κερουλκοί, σὺν σάκει κωδωνοκρότῳ δὲ παλαισταί. *)

Denique p. 340. afferuntur Aristophanis versus Ranm. 1032. sq.

Ὀρφεὺς μὲν γὰρ τελετὰς θ' ἡμῖν κατέδειξε φόνων τ' ἀπέχεσθαι,
Μουσαῖος δ' ἐξακέσεις τε νόσων καὶ χρησμούς —,

ad quae scholiasta annotat: ὁ δὲ Σοφοκλῆς χρησμολόγον αὐτόν φησι. Quae Gruppius putat spectare ad nostram Rhesum, ubi commemoratur Musaeus vs. 930. At neque ρησμολόγος vox in Rheso extat, neque Musaeus illo loco ut χρησμολόγος nominatur, neque semel vocatur ita Musaeus ab antiquis scriptoribus, ut minime mirum sit, si in perdita aliqua fabula Musaeum hoc nomine ornarit Sophocles.

xii. Haec praemittenda duxi, non quod ea digna putarem, quae refutarentur, sed quibus genus diputandi, quo utitur Gruppius, perspiceretur. Ingeniosa quidem multa sunt, sed ita comparata, ut ab omni probabilitate destituantur, neque alii facile praeter Gruppium in mentem venerint. Iam ad ea tendo quae ex historia rerum

*) Suspicari possis memoriae lapsu pro Euripide Sophoclem a Plutarcho nominatum esse. Cf. Longin. π. ὕ. xv, 4.

gestarum explicanda censuit. Legitur locus vs. 926. sqq. ubi Musa: *Tu, Pallas,* inquit, *mihi filium interfecisti,*

καίτοι πόλιν σὴν σύγγονοι πρεσβεύομεν
Μοῦσαι μάλιστα κἀπιχρώμεθα χθονί,
μυστηρίων τε τῶν ἀποῤῥήτων φανὰς
ἔδειξεν Ὀρφεύς, αὐτανέψιος νεκροῦ
Ἐμοῦ· ὃν κατακτείνεις σύ· Μουσαῖον τε σὸν
σεμνὸν πολίτην κἀπὶ πλεῖστον ἄνδρ' ἕνα
ἐλθόντα, Φοίβος σύγγονοί τ' ἠσκήσαμεν·
καὶ τῶνδε μισθὸν παῖδ' ἔχουσ' ἐν ἀγκάλαις
θρηνῶ· σοφιστὴν δ' ἄλλον οὐκ ἐπάξομαι.

Quis ille ἀνὴρ εἷς ἐλθὼν praeter Orpheum et Musaeum esset, ante Gruppium iam quaesiverant alii. Et Barnesius quidem Thamyram intellexit, quem nominare nollet Musa supra iam commemoratum. Socratem intellexit Hardionius p. 334. sq., cui assensi sunt dubitanter Valcken. p. 113. not. 14. et Beckius §. 4. not. 7. p. 452. Rectissime vero monuit Heathius p. 499., ob leges grammaticas non posse de tertio aliquo cogitari, eundemque Musaeum et σεμνὸν πολίτην dici et ἐπὶ πλεῖστον ἄνδρ' ἕνα ἐλθόντα. Nam quae contra monuit Beckius l. l. ea falsissima sunt. Matthiaeus vero quid censuerit, incertum est.

xiii. Mea sententia, si tertium aliquem virum tecte significare voluisset poeta, non ἄνδρα ἕνα sed τινὰ dixisset. Contra si ἀνὴρ εἷς ἐλθών ex noto idiotismo coniungitur, debebat saltem καὶ ἄλλον dicere, ut intelligeretur, tertium tecte significari. Cum vero hoc non factum sit, non possunt verba, nisi hoc indicare: *Musaeumque tuum, sanctum civem eumque summum virum Phoebus et Musae exornavimus.* Ad ἐπὶ πλεῖστον suppleri potest σοφίας, vel tale quid et erit ἀνὴρ ἐπὶ πλεῖστον εἷς ἐλθών, *vir sapientissimus unus,* ut Virgil. Aen. ii, 426. dixit *Ripheus iustissimus unus,* et fortasse ii, 339. *et maximus unus Epytus,* ut suadere videtur varia lectio *annis* pro *armis.* Apte Lobeck. ad Soph. Ai. 1340. confert Bentlei. ad Hor. Art. P. 32. Valcken. ad Herodot. vi, 127. Idem iam attulit locum Timocreontis ap. Plutarch. Themist. c. xxi.

ἐγὼ δ' Ἀριστείδαν ἐπαινέω ἄνδρ' ἱερᾶν ἀπ' Ἀθανᾶν
ἐλθεῖν ἕνα λῷστον,

hodie duumvirorum summorum opera nobilitatum. Apud Herodotum legitur l. l. Σμινδυρίδης, ὃς ἐπὶ πλεῖστον δὴ

χλιδῆς εἷς ἀνὴρ ἀπίκετο. Cf. Matth. Graec. gramm. p. 859. et not. ad vs. 487. p. 190. Id unum manebit dubium, utrum ἐπὶ πλεῖστον cum εἷς pro superlativo dictum sit, an coniungendum cum ἐλθόντα.

xiv. Itaque usus Graeci sermonis, ut etiam Welckerus vidit p. 644., suadet, duos tantum commemorari sapientes, Orpheum et Musaeum. Quod non placuit Gruppio, sed tertium aliquem tecte significari arbitratus, non Thamyram hunc aut Socratem, sed Cimonem cum Theseo vel potius Thesei ossa a Cimone reportata his verbis indicari studuit probare. Cum enim Sophocles primam suam tetralogiam Olymp. lxxvii, 4. docuerit, eoque anno etiam Thesei ossa dei iussu Athenas redierint, hoc factum illo versu significari coniicit. Hinc etiam explicari Troianorum tesseram Φοῖβος vs. 508. 556. 691., scilicet quia oraculum *Delphicum* hoc negotium iniunxerit Atheniensibus. Quae coniectura ne probabilis quidem esset, si verba hanc explicationem admitterent, sique res gestae non adversarentur. Atque grammaticam quidem rationem huic explicationi non favere vidimus, historiam vero repugnare nunc probabo. Nam quanquam Gruppii coniectura non adeo est verisimilis, ut ei tot verba largiamur, tamen quia haec pars historiae Atticae admodum obscura est, rei exponendae nolui praetermittere occasionem. Accedit quod Welckerus ne suspicatus quidem est ab hac parte laborare Gruppii disputationem.

xv. Exordimur vero a locis duobus Plutarchi longioribus, qui sibi repugnare videntur. In vita enim Cimonis c. viii. commemoratis rebus ad Eionem gestis, haec leguntur: Ὤικισαν δὲ (Athenienses) καὶ Σκῦρον ἑλόντος Κίμωνος ἐξ αἰτίας τοιαύτης. Δόλοπες ᾤκουν τὴν νῆσον ἐργάται κακοὶ γῆς· ληϊζόμενοι δὲ τὴν θάλασσαν ἐκ παλαιοῦ τελευτῶντες οὐδὲ τῶν εἰσπλεόντων παρ' αὐτοὺς καὶ χρωμένων ἀπείχοντό ξένων, ἀλλὰ Θετταλούς τινας ἐμπόρους περὶ τὸ Κτήσιον ὁρμισαμένους συλήσαντες εἶρξαν. Ἐπεὶ δὲ διαδράντες ἐκ τῶν δεσμῶν οἱ ἄνθρωποι δίκην κατεδικάσαντο τῆς πόλεως Ἀμφικτυονικήν, οὐ βουλομένων τὰ χρήματα τῶν πολλῶν συνεκτίνειν, ἀλλὰ τοὺς ἔχοντας καὶ διηρπακότας ἀποδοῦναι κελευόντων, δείσαντες ἐκεῖνοι πέμπουσι γράμματα πρὸς Κίμωνα κελεύοντες ἥκειν μετὰ τῶν νεῶν ληψόμενον τὴν πόλιν ὑπ' αὐτῶν ἐνδιδομένην. Παραλαβὼν δ' οὕτω τὴν νῆσον ὁ Κίμων τοὺς μὲν Δόλοπας ἐξήλασε καὶ τὸν Αἰγαῖον ἠλευθέρωσε. Πυνθανόμενος δὲ τὸν παλαιὸν Θησέα τὸν Αἰ-

γέως φυγόντα μὲν ἐξ Ἀθηνῶν εἰς Σκῦρον, αὐτοῦ δ' ἀποθανόντα δόλῳ διὰ φόβον ὑπὸ Λυκομήδους τοῦ βασιλέως, ἐσπούδασε τὸν τάφον ἀνευρεῖν. Καὶ γὰρ ἦν χρησμὸς Ἀθηναίοις τὰ Θησέως λείψανα κιλεύων ἀνακομίζειν εἰς ἄστυ καὶ τιμᾶν ὡς ἥρωα πρεπόντως. ἀλλ' ἠγνόουν ὅπου κεῖται, Σκυρίων οὐχ ὁμολογούντων οὐδ' ἐώντων ἀναζητεῖν. Τότε δὴ πολλῇ φιλοτιμίᾳ τοῦ σηκοῦ μόγις ἐξευρεθέντος, ἐνθέμενος ὁ Κίμων εἰς τὴν αὑτοῦ τριήρη τὰ ὀστᾶ καὶ τἄλλα κοσμήσας μεγαλοπρεπῶς κατήγαγεν εἰς τὴν αὐτοῦ δι' ἐτῶν σχεδὸν ὀκτακοσίων. ἐφ' ᾧ καὶ μάλιστα πρὸς αὐτὸν ἡδέως ὁ δῆμος ἔσχεν. Ἔθεντο δ' εἰς μνήμην αὐτοῦ καὶ τὴν τῶν τραγῳδῶν κρίσιν ὀνομαστὴν γενομένην. Πρώτην γὰρ διδασκαλίαν τοῦ Σοφοκλέους ἔτι νέου καθέντος Ἀφεψίων ὁ ἄρχων, φιλονικίας οὔσης καὶ παρατάξεως τῶν θεατῶν, κριτὰς μὲν οὐκ ἐκλήρωσε τοῦ ἀγῶνος, ὡς δὲ Κίμων μετὰ τῶν συστρατήγων προελθὼν εἰς τὸ θέατρον ἐποιήσατο τῷ θεῷ τὰς νενομισμένας σπονδάς, οὐκ ἀφῆκεν αὐτοὺς ἀπελθεῖν, ἀλλ' ὁρκώσας ἠνάγκασε καθίσαι καὶ κρῖναι δέκα ὄντας, ἀπὸ φυλῆς μιᾶς ἕκαστον. Ὁ μὲν οὖν ἀγὼν καὶ διὰ τὸ τῶν κριτῶν ἀξίωμα τὴν φιλοτιμίαν ὑπερέβαλε. Νικήσαντος δὲ τοῦ Σοφοκλέους λέγεται τὸν Αἰσχύλον περιπαθῆ γενόμενον καὶ βαρέως ἐνεγκόντα χρόνον οὐ πολὺν Ἀθήνησι διαγαγεῖν, εἶτ' οἴχεσθαι δι' ὀργὴν εἰς Σικελίαν, ὅπου καὶ τελευτήσας περὶ Γέλαν τέθαπται.

xvi. Alter locus in vita Thesei est c. xxxvi. *Μετὰ δὲ τὰ Μηδικά, Φαίδωνος ἄρχοντος, μαντευομένοις τοῖς Ἀθηναίοις ἀνεῖλεν ἡ Πυθία τὰ Θησέως ἀναλαβεῖν ὀστᾶ καὶ θεμένους ἐντίμως παρ' αὐτοῖς φυλάττειν. Ἦν δὲ καὶ λαβεῖν ἀπορία καὶ γνῶναι τὸν τάφον ἀμιξίᾳ καὶ χαλεπότητι τῶν ἐνοικούντων βαρβάρων. Οὐ μὴν ἀλλὰ Κίμων ἑλὼν τὴν νῆσον, ὡς ἐν τοῖς περὶ ἐκείνου γέγραπται, καὶ φιλοτιμούμενος ἐξανευρεῖν, ἀετοῦ τινὰ τόπον βουνοειδῆ κόπτοντος ὡς φασι τῷ στόματι καὶ διαστέλλοντος τοῖς ὄνυξι θείᾳ τινὶ τύχῃ συμφρονήσας ἀνέσκαψεν. Εὑρέθη δὲ σῆκη τε μεγάλου σώματος αἰχμή τε παρακειμένη χαλκῆ καὶ ξίφος. Κομισθέντων δὲ τούτων ὑπὸ Κίμωνος ἐπὶ τῆς τριήρους ἡσθέντες οἱ Ἀθηναῖοι πομπαῖς τε λαμπραῖς ἐδέξαντο καὶ θυσίαις, ὥσπερ αὐτὸν ἐπανερχόμενον εἰς ἄστυ.*

xvii. Utroque loco idem factum commemorari et res evincunt et adiecta verba *ὡς ἐν τοῖς περὶ ἐκείνου γέγραπται*. Itaque advertit animum virorum doctorum, quod in Thesei vita archonte Phaedone hoc factum diceretur, in Cimonis vero elogio res Apsephione praetore gesta videretur. Ad quam discrepantiam tollendam antiquiores

statuerunt Phaedoni archonti immatura morte erepto substitutum esse in praetura Apsephionem, et Olympiadis lxxvii. annum quartum (non tertium), modo a Phaedone modo ab Apsephione appellatum esse. Quos sequi videntur Gruppius p. 330. et Welckerus p. 610., si omnino in rem inquisiverunt, et repugnare utrumque locum animadverterunt. Sed haec coniectura hodie explosa est. Nostra enim memoria hanc litem praeclare diremit Clintonus Fastt. Hellen. Append. vi. p. 262. sqq. Krueg., initio principatus Atheniensium Olymp. lxxvi, 1. constituto, unde Scyrus non Olymp. lxxvii, 4. archonte Apsephione, sed Olymp. lxxvi, 1. archonte Phaedone capta est. Quam ad coniecturam confirmandam nolo nunc quidquam afferre, quanquam habeo quae dicam; nam res tam certa videtur tamque ingeniose omnia composuit vir doctissimus, ut ne dubitari quidem possit, quin inde ab Olymp. lxxv. extr. aut lxxvi. pr. principatus ad Athenienses transierit.

xviii. Hoc modo totus rerum gestarum ordo mutatur. Statim postquam imperium ad Atheniences translatum est, Ἑλληνοταμίαι creati sunt, qui tributum singulis sociis constituerent, quorum primus erat Aristides. Deinde Cimo, qui una cum Aristide classi Atheniensium, praetore Pausania, praefuerat, Eionem cepit, quod Olymp. lxxv. extr. factum esse, recte statuere videor, vel ipso saltem initio sequentis anni. Nam cum coloni, quos eo miserant Atheniences, archonte Phaedone Ol. xxvi, 1. a Thracibus caesi sint, probabile est, menses saltem aliquot praeterlapsos esse post deductam coloniam. Tempus vero testatur schol. Aeschin. de fals. leg. ad p. 755. Reisk. de variis cladibus, quas Atheniences in occupanda Amphipoli acceperint, ita disserens: πρῶτον μὲν Λυσιστράτου καὶ Λυκούργου καὶ Κρατίνου στρατευσάντων ἐπ' Ἠϊόνα, τὴν ἐπὶ τῷ Στρυμόνι. διεφθάρησαν γὰρ ὑπὸ Θρᾳκῶν εἰληφότες Ἠϊόνα ἐπὶ ἄρχοντος Ἀθήνησι Φαίδωνος, ubi me auctore coniunges διεφθάρησαν ἐπὶ ἄρχοντος Φαίδωνος. Hanc expeditionem statim sequitur Scyrus itidem capta archonte Phaedone, *) ut ex Plutarchi Theseo l. l.

*) Possit aliquis suspicari in Plutarchi Theseo Φαίδωνος corruptum esse ex Ἀρηφίωνος, ut apud Diodorum Sic. xi, 63. idem nomen in Φαίωνος transiit. Φαίων vero et Φαίδων et Φαῖδρος non semel confusa sunt. v. quos laudat Meinek. Quaestt. Scen.

apparet. Idem quodammodo Aeschinis scholiasta docet. Nam dum Cimo in occupanda Scyro aberat, illa clades accidisse videtur. Quae cum certissima viderentur, Plutarchum, qui priore loco cum Sophoclis prima victoria, Olymp. lxxvii, 4. reportata, coniungeret Scyrum captam, errasse statuerunt viri docti, sed ita, ut error explicari posset.

xix. Nam Clintonus in tabulis ad annum 476. *Plutarchus*, inquit, *Phaedonem nominat ad expugnationem insulae referens, indeque negligentia ei non insolita oraculum et rem ipsam tanquam aequalia iungit, cum illi demum sexto septimove anno post satisfactum sit.* Quae non probari possunt, nec probavit Kruegerus, qui adscripsit *Haec falsa esse alio loco demonstrabo*, sed nondum demonstravit. *) Quare ego conabor demonstrare. Neque enim credere possum, dei iussum exequi tam diu cunctatos fuisse Athenienses, imprimis cum inde salus suspenderet. Pestilentiae enim tum Athenas vexanti non prius finis a deo praedictus est, quam Thesei ossa reportassent. Quodsi sexto demum septimove anno post esset factum, nonne tam longo tempore Atheniensibus omnibus fuisset pereundum? Ut vero Clintoni coniecturae faveant scriptorum loci tantum abest, ut iam ante captam insulam Thescum rediisse narraverint quidam.

---

ii. p. 26. — At non solum omnia suadent, Scyrum statim post Eionem esse expugnatam, sed prohibet etiam, quominus Apsephione archonte credatur capta Scyrus, rerum gestarum ordo. Nam ante Olymp. lxxvii, 4. bellum cum Persis rursus exarsit, et si Cimo iudex erat in certamine Sophoclis et Aeschyli, debet iam post pugnam Eurymedonteam redux fuisse.

*) Postquam haec litteris consignata erant, editus est Krügeri liber diu expectatus: *Historisch-philologische Studien*, qui p. 41. sqq. etiam hanc quaestionem attigit. Neque vero ita expedivit, ut ea quae scripseram delenda censerem. Nam id quidem intellexit non posse Thesei ossa demum archonte Apsephione reportata esse, iisdem quos ego commemoravi usus testibus, allatis iam a Meursio loco §. xx. laudato. Sed non recte contendit Plutarchum altero loco Apsephionem cum Phaedone confudisse, et id ad Scyrum expugnatam retulisse, quod referendum fuisset ad reditum post victoriam ad Eurymedontem reportatam. Quae quam futilia sint ipse concedet, ubi reputaverit anni spatium ex ipsius sententia intercessisse inter Cimonis et Sophoclis victorias. Cimonem enim statuit p. 52. extremo tertio anno Olymp. lxxvii. Persas ad Eurymedontem fugasse, Sophocles vero vicit extremo quarto anno eiusdem Olympiadis.

xx. Nam ne Plutarchum commemorem, qui in vita Cimonis dicit *Σκυρίων οὐκ ἐώντων ἀναζητεῖν*, quod non est devictorum, id diserte testatur Pausan. iii, 3, 7. *τῷ χρησμῷ δὲ τῷ γενομένῳ Λακεδαιμονίοις ἐς τοῦ Ὀρέστου τὰ ὀστᾶ καὶ Ἀθηναίοις ὕστερον ἐοικότα ἐχρήσθη, κατάγουσιν ἐς Ἀθήνας ἐκ Σκύρου Θησέα, ἄλλως δὲ οὐκ εἶναί σφισιν ἔλεγεν Σκῦρον. ἀνεῦρέ τε δὴ τὰ ὀστᾶ τοῦ Θησέως Κίμων ὁ Μιλτιάδου, σοφίᾳ χρησάμενος καὶ οὗτος, καὶ μετ' οὐ πολὺ εἶλε τὴν Σκῦρον.* Quod altero loco minus diserte idem docet i, 17. extr. *ὁ μὲν δὴ Θησέως σηκὸς Ἀθηναίοις ἐγέτετο ὕστερον ἢ Μῆδοι Μαραθῶνα ἔσχον, Κίμωνος τοῦ Μιλτιάδου Σκυρίους ποιήσαντος ἀναστάτους δίκην δὴ τοῦ Θησέως θανάτου, καὶ τὰ ὀστὰ κομίσαντος ἐς Ἀθήνας.* cf. Diodor. Sic. iv, 62. extr. Aristides *ὑπὲρ τῶν τετ.* p. 241, 10. Iebb. Paullo aliter alii narraverunt auctores. Aeneas Gazaeus in Theophrasto ap. Meursium Thes. c. xxxi. *λέγεται δὲ*, inquit, *Ἀθηναίοις ἐπειδὴ ἐνδοσουν τὸν Ἀπόλλω χρῆσαι, Θησέα τὸν Αἰγέως ἐπὶ τὰς Ἀθήνας μεταβιβάζειν — ἐν Σκύρῳ δὲ κατορώρυκτο· ἐκεῖ γὰρ δολοφονηθεὶς ἐτελεύτησεν — ὑπειπόντα οὐκ εἶναι τῶν παθημάτων λύσιν, πρὶν ἂν τοῖς Ἀθηναίοις κατατεθνηκὼς ὁ Θησεὺς συνοικισθείη. ἅμα δὲ τῆς Ἀττικῆς τοῦ Θησέως τὸ λειπόμενον ἐπέβη καὶ ὁ λοιμὸς οὐκέτι ἦν.* Scholiastes Aristid. ad l. l. p. 688. Dind.: *ὕστερον δὲ λιμοῦ κατασχόντος Ἀθήνας, ἔχρησεν ὁ Ἀπόλλων, οὐκ ἂν ἄλλως παύσασθαι τὸν λιμόν, εἰ μὴ Ἀθήνῃσι μετενέγκειεν τὰ Θησέως ὀστᾶ. οὗ γενομένου ὁ λιμὸς ἔπαυσεν.* Denique schol. ad Aristoph. Plut. 627. *Ἀθηναῖοι δὲ λιμώξαντες καὶ κελευσθέντες ἐκδικῆσαι τῷ Θησεῖ τὸν μὲν Λυκομήδη* (sic) *ἀνεῖλον, τὰ δὲ ὀστᾶ μεταστειλάμενοι καὶ Θησεῖον οἰκοδομήσαντες, ἰσοθέους αὐτῷ τιμὰς νέμουσι.*

xxi. Quae in levioribus quidem discrepantia testimonia si pondero, id certe mihi probare videntur, arcte cum expugnata Scyro coniunctum fuisse Thesei reditum. Nam sive propter pestem vel famem (v. Lobeck. Aglaoph. p. 1209. g.) archonte Phaedone hoc oraculum editum erat, pereundum erat Atheniensibus, si septem demum annis post reperta essent ossa, sive Pausaniam sequare, ante captam insulam tradentem ossa inventa cadit Clintoni coniectura. Quare hoc saltem modo illa lis componi nequit. Itaque cum Phaedone archonte Thesei corpus reportatum sit, num in Cimonis vita errasse Plutarchum dicemus? Periculosum hoc est, neque necessarium,

si recte sentio. Nam vereor ut ratio desit, quae Plutarchum utroque loco recte narrasse probet. Neque enim opus est, ut quae de Scyro expugnata et de Sophoclis victoria traduntur eodem tempore facta esse statuamus. Loquitur Plutarchus de favoris speciminibus, quae in Cimonem ediderint Athenienses. Cuius favoris causas et Thraciam refert eo duce subiectam et Thesei ossa reportata, et iudicium celeberrimum de tragoedis. Quod eodem tempore, quo Eion expugnata est et Scyrus capta, non potuisse fieri, adiectus archon Apsephio docet, neque verba ipsa postulant. Praeterea si commemorato gaudio Atheniensium ob Theseum reducem ita pergit scriptor: *Ἔθεντο δ' εἰς μνήμην αὐτοῦ καὶ τὴν τῶν τραγῳδῶν κρίσιν ὀνομαστὴν γενομένην*, ex ipsis verbis intelligatur ad novum aliquid transiri, non temporis sed similitudinis rationibus coniunctum. *) Ita fides Plutarchi vindicatur, et quod aliunde constabat certissime, archonte Phaedone Theseum rediisse, non labefactatur.

xxii. Vidimus igitur, etiamsi grammatica admitteret ratio, omnino cogitari non posse de Thesei ossibus illo tempore, quo primum Sophocles vicit, reductis. Itaque Theseo erepto, si servare voluerit Cimonem Gruppius, suadeo ei, ut potius ex pugna ad Eurymedontem commissa reducem dicat Cimonem, triplici victoria ornatum,

*) Falsa propter hunc Plutarchi locum plurima a viris doctis sunt excogitata. Atque est sane valde memorabilis, sed non ita ut rationem iudiciorum de tragicis hinc discamus. Nam confirmat quidem quod aliunde constat, Dionysiis urbanis praefuisse archontem *eponymum* et certaminum arbitros constituisse, sed nil exquisiti continent verba prima: *ἔθεντο δ' εἰς μήμην αὐτοῦ καὶ τὴν τῶν τραγῳδῶν κρίσιν ὀνομαστὴν γενομένην*. Linguae enim usum si reputaveris significant haec verba: ***Meminerunt*** Athenienses aut ***magni fecerunt etiam eius de tragoedis iudicium celeberrimum.*** Ita Demosthenes de coron. p. 273, 19. *ἀλλ' οὐ τίθεται ταῦτα παρ' ὑμῖν εἰς ἀκριβῆ μνήμην οὐδ' ἦν προσῆκεν ὀργήν*. Similiter Aelian. Var. Hist. xiv, 20. *ἔδωκα εἰς μνήμην* et ii, 38. *τὰ Μιλησίων διὰ μνήμης ἐθέμην*. Cf. Plutarch. Phoc. 17. *Φωκίωνα εἰς τοσαύτην ἔθετο τιμήν*. Videtur enim Cimo gratum fecisse Atheniensibus, quod vicisse Sophoclem iudicavit. Itaque neque in Thesei honorem illud certamen institutum est, neque postea iudices sorte non electi sunt. *Σπονδαῖς* vero illis, in theatro deo oblatis a Cimone et reliquis praetoribus neque victoria aliqua aut illa ossa erant causa, neque dicitur Cimo a victoria redux, ut Krügerus etiam statuit *Histor. philol. Studien* p. 41. et p. 45.

et pace illa, quae ab eo dicitur Cimonica, summam gloriam assecutum. Haec vero si sibi placere significaverit Gruppius, ea ne aliis quoque placere velit. Nam vel si re vera tertius aliquis in illo Rhesi loco intelligendus esset, et si eo anno, quo Sophocles primo docuit, Cimo cum Thesei ossibus Athenas venisset, nemo adeo fuerit temerarius, ut hanc Sophoclis primam diceret fabulam.

xxii.* Ceterum si ex hac quidem parte vanitas Gruppii non potest non vituperari, multo felicius egit, ubi aliorum sententias examinavit. Itaque plerumque aptis argumentis Hermanni placita impugnavit. Sed Sophoclem auctorem esse Rhesi, nihil iam ostendet, quam levissima grammatici in Argumento auctoritas, et ea quae de compositione fabulae disputavit vir ingeniosus. Atque id quidem laudo, quod tragoediam, quam omnes critici dixerant non optimam esse, defendit et satis artificiose compositam esse probavit, etiamsi ab erroribus non semper sibi cavit. Ita ego quoque inter Euripideas hanc fabulam nulli cedere et saepius significavi, utque etiam aliis probarem, capite secundo huius dissertationis efficere studui. At fidem historicam luderet, qui ideo Sophocleum venditurus esset hoc drama. Accedit quod Euripidea quaedam inesse proximo capite monui. Ad quae antequam transeo, breviter reliquorum opiniones illustrandae sunt.

xxiii. Ac duae imprimis restant sententiae, quarum altera olim a Matthiaeo, hodie a Welckero defensa, non ab Euripide, sed a poeta incertum quo, Euripidis aequali vel etiam antiquiore, Rhesum scriptam statuit; altera vero aut Euripidem minorem, ut primus coniecit Delrio, aut ignotum alium poetam, Euripide paullo recentiorem, auctorem fabulae contendit. Prior opinio, quam *ἐν δευτέραις φροντίσι* reliquit Matthiaeus — v. i, 33. not. —, olim Scaligeri auctoritate munita, hodie Lachmanni, Welckeri, aliorum tulit assensum. Hinc Sam. Petitus Miscell. p. 185. *Tragoediae Rhesi,* inquit, *quis auctor non sit, facilius dici potest, quam demonstrari, quis sit ὁ τοῦ παιδίου πατήρ,* atque in eandem sententiam Matthiaeus in diss. de Rheso p. 2. viros doctos dicit certissime demonstrasse Rhesum non esse Euripidis, atque id solum contra Hermannum probare studet, antiquam esse fabulam. *Nam quo iure,* inquit, *illis temporibus nonnisi Pindaros, Aeschylos, Sophocles, Euripides extitisse dicas?* At

nos, quod ponunt omnes viri docti, prorsus negandum censemus. Nam nemo ad hunc diem ita demonstravit, Rhesum non esse Euripidis, ut dubitare non liceret. Itaque si hoc negaveris, tota inutilis erat quaestio, quae potius id agere debebat, ut contra totam antiquitatem ostenderet, hanc Rhesum non posse scriptam esse ab Euripide. Hermannus vero quae disputationi Matthiaei opposuit, ea omnino non opponenda erant. Unum, quod habiturum erat aliquam vim, obiicere neglexit. Debebat enim Didascaliarum fidem testari, quam infringere neglexit Matthiaeus. Harum testimonium aut refutandum erat — at Matthiaeus ipse fidem earum praedicavit —, aut mentitum esse Argumenti auctorem doceri oportebat. Quorum neutrum fecit Matthiaeus.

xxiv. Id acute, ut videtur, intelligens, partim Matthiaeum partim Hermannum secutus est Welckerus. Praesumto enim, Rhesum non esse Euripidis, antiquam tamen statuit, alius poetae vetusti fabulam pro Euripideâ habitam esse autumans. Itaque Euripidem docuisse Rhesum non negavit, quo Didascaliis fides sua maneret, idque solum contendit, superstitem Rhesum non esse Euripideam. Sed, ne dicam de singulis, v. c. quod Euripideam fabulam Accii tempore superfuisse putat et ab hoc expressam: minime favet coniecturae, quod Crates et Aristarchei nostram Rhesum pro Euripidea habuerunt. Denique cum compositionem fabulae laude dignam probaverimus et dictionem ab Euripideo more non abhorrere ostenderimus, id quod ponitur, hanc Rhesum Euripidis esse non posse, concedi nequit. Itaque tum demum Welckerus, ut sententia sua probetur, postulare poterit, cum ex compositione et dictione ostenderit evidentissime, ita alienam esse ab ingenio Euripideo superstitem fabulam, ut contra diserta veterum grammaticorum testimonia *) Mnesarchi filio abiudicanda sit.

---

*) Mirantur viri docti, qui Rheso infensi sunt, quod non ab Aristophane exagitetur haec fabula, vituperatione dignissima, neque ante Aristarchum cuiquam veterum nota fuisse videatur. Et Aristophanes alias quoque Euripidis fabulas in iis quae supersunt comoediis neglexit, eumque hanc multis aliis Euripidis dramatis praetulisse meo iure videor contendere. Sed idem, ni fallor, vicissim de genuina quam dicunt Rheso interrogare possumus, cur ex hac nullum supersit fragmentum ab Aristophane irrisum aut a scriptore antiquo in usum adhibitum. Callide Hermannus

xxv. Idem est opponendum Delrionis coniecturae, quam amplexi sunt Hardionius, Valckenarius, Beckius et olim Boeckhius. Minime id quod volebant ostenderunt, et compositionem et dictionem indignam esse Euripide illo celebri. Probavi enim et oeconomiam saepe cupidius esse vituperatam, et quale sit genus dicendi Euripideum, aut ignorasse ductores Danaum, aut dissimulasse, se cognitum habere. Ceterum huic coniecturae etiam metrorum elegantia obstat, quae quanquam, ut monui iii, 36., non certum est aetatis documentum, tamen ubi reliqua adversantur omnia, aliquid saltem momenti habet.

xxvi. Sed haec hactenus. Videmur enim nobis non solum coniecturas omnes virorum doctorum de auctore et tempore Rhesi superstitis refutasse, sed id etiam esse consecuti, ut, sive oeconomiam dramatis spectes, sive dictionem, tantum abesse appareat, ut ipsa fabula veterum testimoniis, uno fere ore Euripidem auctorem esse affirmantibus, adversetur, ut omnino digna censenda sit Euripide eiusque ingenio conveniens. Quae quanquam satis probant, Euripidem esse habendum auctorem — nam, ut in demonstrationibus mathematicis, ubi reliquas coniecturas refutaveris omnes, remanet verum —: tamen, ne quid relinqueretur intactum, visum est, quatenus possemus, indolem Euripideam in superstiti fabula conspicuam illustrare, ne, quae *esse* probabiliter contendi possent, neglexisse, atque sola quae *non esse* certo demonstrari potuit, dedisse arguceremur.

CAPUT QUINTUM.

DE INDOLE RHESI EURIPIDEA ET DE ANNO ACTAE FABULAE.

i. Ingratum et difficillimum laborem suscepisse videor. Demonstrandum enim est inesse quaedam huic Rheso, quae ab Euripide potius, quam ab alio poeta

statim periisse genuinam Rhesum statuit. At Aristophani saltem nota esse debuit. Gravior etiam est haec quaestio, si Welckerum sequare.

scripta sint. At multo facilius est contendere, non posse dictum esse aliquid a certo aliquo scriptore, quam difficilius, dici aliquid nisi ab hoc homine non potuisse vel dictum esse saltem non probabile esse. Quare si haec, quae sum disputaturus, minus probare visa fuerint, quae probari volo, stet pro ratione voluntas. Id quod iure mihi expetere videor. Solemus enim, ut sumus ad dubitandum magis quam ad credendum propensiores, ei praebere aures faciliores, qui libri alicuius authentiam impugnaverit, quam ei qui eundem contra aliorum dubitationes defendere studuerit, atque ei ad quem refertur vindicandum sumserit auctori. Itaque ubi ille dubitationes moverit, etiamsi leves sint, credimus; contra ubi hic vanas esse dubitationes bene docuerit, tamen diffidimus eius causae, neque eximi solet omnis dubitatio. Sed praeter illam ad dubitandum inclinationem accedit tarditatis metus, quo perculsi homines gregarii, ipsi non compotes ullius iudicii, malunt, ut sibi quidem videntur, ingeniosiores, qui dubitant, sequi, quam credentes in stuporis crimen incurrere. Nam ut ii, qui multa quae creduntur, falsa esse student evincere, ingeniosi et acuti audiunt, ita cum ipsi nil novi reperire possint, ex assensu saltem laudis partem sibi quaerunt, cum qui libri authentiam vel optimis rationibus defendant nimis religiosi et hebetes vocentur. Superest verborum superbia et iactatio, quibus horum miserorum acies praestringitur: *Et huiusmodi fabulam in scenam productam esse putabimus eo tempore, ea in urbe, iis coram hominibus, qui summa illa Aeschyli et Sophoclis ingenia ante oculos haberent, audirent, admirarentur? Talemne tragoediam scripsisse Euripidem, qui quid magis minusve placeret, multis cognosse exemplis deberet; qui cum probatissimis laudatissimisque poetis de victoria contenderet? Id non videtur cadere nisi in eum, cui neque ipsi unquam pectus generoso aliquo sensu incaluit, neque alios quid movere posset cognitum est. Hancne Rhesum viva scena Attica stetisse, cum summis ingeniis certasse, comicorum sibilos effugisse? Talemne tragoediam, tam insulsam, tam ineptam nactam esse choragum?*

ii. Talia et similia ubi illi scripta legerint a tanto viro, quantus est God. Hermannus, vides, quid fiat. Pudet, hoc praetervidisse, properant errorem quam celerrime corrigere, et certatim clamant et iactant, sibi quoque fabulam tanto ingenio, quo praeditus fuerit Euripi-

des, prorsus videri indignum. Postremo numquid periculum cum Hermanno errasse? Imo illis vel laus est, cum tanto cecidisse viro, quanquam ipsum hoc imitatorum servum pecus dici nequit κεῖσθαι μέγα μεγαλωστί. Sed horum assensum tulero necne, mea quidem parum interest. Iis, qui ipsi iudicare malunt et possunt, si quid dixisse visus fuero, gaudebo. Contra si errasse me *docuerint* iudices aequi atque idonei, ne tum quidem iis gratias non agam. At si qui cupiditate abrepti et ira impulsi falsa dixisse me contenderint, ipsi veri parum studiosi, hos neque morabor, neque me poterunt laedere. Nam etiamsi hodie ob favorem fortasse plerorumque assensum tulerint omnium, tamen olim, quae vera sunt observata, vigebunt, quae vero falsa sunt, neque ipse manere volo, et delebit dies.

iii. Haec praemonenda erant, quia adversarios nactus sum non Hermannum solum et eos qui eius sententiae favent, sed Welckerum etiam et Gruppium et omnes qui aliter sentiunt. Quibus omnibus ingratum fecero, quod dubitationes studui eximere. Quare cum nulli eorum satisfecerim, qui fuerant adversarii, coniunctis viribus me unum misellum corripient et punient. Fiet hoc fortasse et fiat si Diis placet. Nam, etiamsi plectar, laetabor, quod aliis, ut veriora docerent, dederim occasionem. At id unum addendum censui, mihi semper aequum fuisse visum, nos ei potius credere, qui libri authentiam defenderet, quam ei qui spurium esse docere studeret. Quod rei postulat aequitas, difficultas et iucunditas. Nam iustior eius est causa, qui reddit alicui, quod ereptum erat, quam eius, qui sua alicui eripit; difficilius dubitationes eximere, quam iniicere; postremo delectant minus ea, quae in libro defendendo, quam in eodem abiudicando proferuntur. Itaque si, ut spero, id effeci, ut crimina adversariorum debilitata videantur omnia et abstersa, etiamsi haec, quae addidi de ingenio Euripidis in Rheso conspicuo, non prorsus satisfecerint, tamen ut liber genuinus credatur postulari potest vel ob id ipsum, quod minus grata etiam minus vera esse nobis videntur.

iv. Sed antequam profero ea, quae mihi hanc Rhesum viva scena Attica doctam et ab Euripide scriptam esse probare videntur, breviter Guilelmi Dindorfii examinandam censui coniecturam. Hunc enim virum doctum

dixisse ab amicis quibusdam audio, videri sibi Rhesum Euripideam quidem, sed esse ex earum fabularum numero, quae pro satyris quarto loco interdum doctae essent, ut hodie constaret de Alcestide. Quae coniectura, ut dicam, quod sentio, non videtur accuratiore rei investigatione niti. Sed cum Dindorfius, ut par est, intelligeret, adeo esse Rhesum codicum et veterum grammaticorum fide munitam, ut non posset dubitari, quin ab Euripide scripta esset, aliquo saltem modo, quae in compositione et dictione vituperaverat Hermannus, censuit explicanda. Et pronum erat, cum nuper in Alcestide, quae in compositione non apta viderentur tragoediae, explicarentur, quod haec fabula pro satyrica edita est, idem de Rheso coniicere. At accuratius ponderata vana erit haec opinio. Nam non sine successu docuisse mihi videor, non esse ineptam fabulae inventionem, idemque ostendi genus dicendi non differre ab eo, quod in reliquis Euripidis tragoediis conspicuum est. Quare cum nulla causa sit, cur pro satyrica habeatur Rhesus, non est habenda. Accedit, quod admodum diversa sit inventio Alcestidis et Rhesi. Nam quod legitur in argumento Alcestidis: *τὸ δὲ δρᾶμά ἐστι σατυρικώτερον, ὅτι εἰς χαρὰν καὶ ἡδονὴν καταστρέφει. παρὰ τοῖς τραγικοῖς ἐκβάλλεται ὡς ἀνοίκεια τῇ τραγικῆς ποιήσεως ὅ τε Ὀρέστης καὶ ἡ Ἄλκηστις, ὡς ἐκ συμφορᾶς μὲν ἀρχόμενα, εἰς εὐδαιμονίαν δὲ καὶ χαρὰν καταλήξαντα. ἔστι δὲ μᾶλλον κωμῳδίας ἐχόμενα*, quibus addit schol. Eurip. Or. 1686. Matth. *καὶ ἐν Τυροῖ Σοφοκλέους ἀναγνωρισμὸς κατὰ τὸ τέλος γίγνεται, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν πολλὰ τοιαῦτα ἐν τῇ τραγῳδίᾳ εὑρίσκεται*, cf. argum. ii. Orest. extr.: haec inquam omnino probant, cum illis fabulis comparari non posse Rhesum, quae, quod tragoediae dicitur proprium *ἐκ λύπης ἄρχεται καὶ εἰς λύπην τελευτᾷ* *).

v. Sequantur ea, quae characterem Euripideum puto

---

*) Non loqui videtur Aristoteles de sola tragoedia Poet. vii. extr. p. 1451, a, 12. Bekk. *ἐν ὅσῳ μεγέθει κατὰ τὸ εἰκὸς ἢ τὸ ἀναγκαῖον ἐφεξῆς γινομένων συμβαίνει εἰς εὐτυχίαν ἐκ δυστυχίας ἢ ἐξ εὐτυχίας εἰς δυστυχίαν μεταβάλλειν ἱκανὸς ὅρος ἐστὶ τοῦ μεγέθους.* Nam idem cap. xiii. de tragoedia docet p. 1453, a, 12. *ἀνάγκη ἄρα τὸν καλῶς ἔχοντα μῦθον ἁπλοῦν εἶναι μᾶλλον ἢ διπλοῦν, καὶ μεταβάλλειν οὐκ εἰς εὐτυχίαν ἐκ δυστυχίας ἀλλὰ τοὐναντίον ἐξ εὐτυχίας εἰς δυστυχίαν*, et lin. 25. falso vituperari Euripidem contendit, *ὅτι πολλαὶ* (tragoediae) *αὐτοῦ εἰς δυστυχίαν τελευτῶσιν. τοῦτο γάρ ἐστιν, ὥσπερ εἴρηται, ὀρθόν.* cf. finem capitis.

ndicare. Quibus praemittenda quaedam duxi, quae non iderentur nisi viva scena et libertate Attica dicta esse, uo novo argumento Hermanni refutaretur coniectura. d quod prae ceteris probet accuratum inter Graecos et arbaros discrimen. Nam ut locos aliquos certos taceam: a eo, si recte conieci, continetur argumentum totius fabulae, ut superbia et caeca fiducia barbarorum diis inisa esse doceatur et dare poenas demonstretur, contra ero prudentiam Graecorum placere diis et adiuvari ab is. Cum vero id discrimen, ex quo litterae resuscitatae lexandriae efloruerunt, prorsus nullum sit, non potest robabiliter statui, eo usque vafritiae poetam progressum sse, ut non solum huic se accommodaret, sed totum tiam argumentum ex inepta barbarorum magniloquentia eteret. *) Ita vero opponuntur Graecis barbari, ut emper putes agnoscere poetam innutritum huic praeiudicio et paterno odio barbaros persequentem. Vide modo s. 391. sq.

σὺ δ' ἐγγενὴς ὢν βάρβαρός τε βαρβάρους
Ἕλλησιν ἡμᾶς προὔπιες τὸ σὸν μέρος,

t vs. 820. sq.

τί τοῖσδ' ἀπειλεῖς βάρβαρός τε βαρβάρου
γνώμην ἀφαιρεῖ τὴν ἐμήν, πλέκων λόγους.

Tectius aliis locis vapulant barbari, v. c. ubi poenae quas Thesus ab Ulixe (vs. 500. sqq.) et Hector a choro (vs. 604. sq.) petiturus est, commemorantur, Graeco homini gnotae. Illa μαράγνα Tarquinii Superbi prodit ingenium, t stipes medium per corpus adactus Neronis convenit rudelitati. Nam quanquam Plato quoque, ut ad vs. 401. monui, similia commemorat, Attico tamen homini

*) Bene monuit Welckerus, hoc barborum odium et alia, uae recenset, certa esse libertatis Graecae indicia, (p. 641.) *eil es bei einem späten und entfernten Dichter grofse Verschmitztheit voraussetzen heifst, dafs er sich gewisse Zeitinteressen einer ängst verschwundenen Periode, blofs der Täuschung wegen ausesonnen habe.* Contra Hermannus p. 277. *Illud vero miror*, inuit, *quod Matthiae non hoc ex illis versibus colligere maluit, Atheniensem fuisse poetam, quod eam urbem a Musis diligi dixit. Quanquam ne hoc quidem non convenit etiam homini Alexandrino, Attici carminis genus imitanti. Quae quum ita sint, ita tantum concederem, collecta talia aliquid ponderis habitura esse, si in singulis aliquam vim esse viderem; at ut id de laude Athenarum redi possit, non cadit certe in caetera.* Collegi igitur quae habui.

ex sola fama erant nota. Eadem denique causa videtur, quod mentientem fecit chorum poeta vs. 812. sqq.

vi. Sed huc non referenda erant militum verba vs. 235.

δεσπότου πέρσαντος Ἀχαιὸν Ἄρη,

ut cum Musgravio fecerunt Bothius et Welckerus p. 656. Nam in tragoediis saltem non abhorret a Graecorum ingenio, principes appellari dominos. Nititur error falsa interpretatione loci Euripidei in Hippol. 88.

ἄναξ, θεοὺς γὰρ δεσπότας καλεῖν χρεών,
ἆρ' ἄν τί μου δέξαιο βουλεύσαντος εὖ;

Inepte Eustathius ad Iliad. γ'. p. 423, 15. explicat; Euripidem enim dixisse putat, dominos deorum nomine nuncupandos esse propter regiae potestatis sanctitatem, ὡς ταὐτὸν ὂν ἄνακτά τε εἰπεῖν καὶ θεόν. Neque vero potest Euripidis sententia ea esse, quam putant interpretes, deos solos dominorum nomine vocandos esse; nam idem famulus, enarrans Hippolyti calamitatem, herum appellat δεσπότην vs. 1187. 1219. et nutrix Phaedram vs. 287. dominam nuncupat, ut plurimos aliarum tragoediarum locos taceam. Me auctore vocem δεσπότας pro adiectivo adhibitam puta, ut vs. 462. ἐπὶ δεσπόταις θεοῖσιν ἄλλοις. Iidem dii dominantes etiam eo quem tractamus loco intelligendi sunt, Venus scilicet, et καλεῖν pro ἀναχαλεῖν dictum est. Sensum igitur hunc aio: *Rex, dii enim dominantes invocandi sunt, visne audire meum consilium?* et idem expressit poeta vs. 95.

ἐν δ' εὐπροσηγόροισιν ἔστι τις χάρις,

et vs. 108.

τιμαῖσιν, ὦ παῖ, δαιμόνων χρῆσθαι χρεών.

Praepositum igitur est enuntiatum causale, ut saepissime. Quare cum hic versus minime probet, Graecos in tragoediis principes noluisse vocare dominos, ego nolo ad mores barbaros referre, quod Hectorem appellant dominum Troiani milites.

vii. At pertinet huc immoderantia Thracum, saepe etiam ab Aristophane irrisa et exagitata v. c. in Acharn. 138. sqq. cf. Athenaeus x. p. 442. E. F. Horat. Carm. i, 36, 14. Liebel. ad Archilochum p. 70. sq. Vinosus vero etiam Rhesus ab Hectore dicitur vs. 406. cf. 425. Quae quanquam nullo tempore non poterant dici, tamen aptius Euripidis aetate dicta sunt. Aliud documentum

commemoratus Iupiter Eleutherius vs. 348., cuius
m, Medis ad Plataeas victis, Graeci posuerunt, ut vel
ionidis epigramma docet ap. Plutarch. Aristid. c. xix.
le Herod. malign. xlii. p. 225. T. v. Tauchn. Antho-
Pal. vi, 50. T. i. p. 201. cf. Strabon. ix. p. 412.
iii. p. 461. Tzsch.) Pausan. ix, 2, 5. 6. Cuius re-
ones etsi ludis quinto quoque anno editis etiam po-
celebrabantur, tamen illo tempore, quo doctam Rhe-
suspicamur, Iupiter Eleutherius magna cum vi no-
abatur et memoriam tantarum victoriarum revocavit
eniensibus. Certius etiam florentem rempublicam
eniensium Hectoris verba testari videntur vs. 461. sqq.

εἰ τοῦ παρόντος τοῦδ' ἀπαλλαγεὶς κακοῦ
πόλιν νεμοίμην ὡς τὸ πρὶν ποτ' ἀσφαλῆ,
ἢ κάρτα πολλὴν θεοῖς ἂν εἰδείην χάριν.
τὰ δ' ἀμφὶ τ' Ἄργος καὶ νομὸν τὸν Ἑλλάδος
οὐχ ὧδε πορθεῖν, ᾧδέ', ὡς λέγεις, δορί.

c verba ab ipso barbarorum principe prolata, non
ierunt non gratissima ad aures Atheniensium accidere.
nores enim tot bellorum pro libertate gestorum lae-
ntur oportuit, si ipsum regem iam bellum detrectare
iverunt et, ut Graeci modo a bello abstinerent, cu-
. Talia Alexandrinum poetam non scripturum fuisse
tror; at Athenis maxime haec verba debebant place-
quorum potissimum virtute barbarorum opes fractae
it. Eiusdem generis sunt laudes Athenarum vs. 926.
praesertim haec:

καίτοι πόλιν σὴν σύγγονοι πρεσβεύομεν
Μοῦσαι μάλιστα κἀπιχρώμεθα χθονί,

e, ut concedam Hermanno, etiam ab homine Alexan-
o dicta esse posse, tum demum suam vim habent,
scias Athenis esse prolata ad captandam benevolen-
, ut solebant tragici. Ceterum nemo, spero, me ita
nire putabit, ut haec *certa* libertatis Atticae docu-
ta habeam. Sed cum omnia suadeant Euripidis esse
Rhesum, volui tantum demonstrare, haec multo aptius
ntibus Athenis quam alio loco et tempore dicta esse.

viii. Idem nescio an suadeant etiam vs. 959. sqq.

βαιὸν δὲ πένθος τῆς θαλασσίας θεοῦ
οἷσω· θανεῖν γὰρ καὶ τὸν ἐκ κείνης χρεών.
θρήνοις δ' ἀδελφαὶ πρῶτα μὲν σ' ὑμνήσομεν
ἔπειτ' Ἀχιλλῆ Θέτιδος ἐν μέρει ποτέ.

οὐ ῥόσεταί νιν Παλλάς, ἥ σ' ἀπέκτανε·
τοῖον φαρέτρα Λοξίου σώζει βέλος.

Neque enim non otiosa videtur mihi mors Achillis commemorata, nisi statuamus aliam tragoediam insecutam esse hanc, quae Achillis mortem exhiberet. Nam dixit quidem poeta, solamen miseris esse socios habuisse malorum, sed quod miserorum solamen est, non potest esse deae. Vides vero aptissima haec verba esse, si ad sequentem fabulam spectant. Cum vero Alexandrinos tetralogias scripsisse non constet, nec probabile sit, id quoque cum reliquis collectum, vivae scenae Atticae opus esse Rhesum testetur.

ix. Confirmant haec, quae mihi videntur fabulae inesse vestigia ingenii Euripidei. Par est initium fieri ab eo, quod indicare Euripidis indolem statuit grammaticus, qui argumentum conscripsit. Qui Didascaliarum fide advocata lin. 17. sqq.: *καὶ ἡ περὶ τὰ μετάρσια δέ*, inquit, *πολυπραγμοσύνη τὸν Εὐριπίδην ὁμολογεῖ*. Quae verba plerique omnes viri docti cum Valckenario p. 88. sq. ad vs. 515. sqq. retulerunt et de studio Euripidis astronomico intellexerunt. Et recte quidem. Neque vero concedi potest Valckenario hunc locum nimis tenuem esse, et videri grammaticum aliam ante oculos habuisse Rhesum, ubi magis astronomiae se peritum ostendisset auctor. P. 89. A. enim: *Ab hoc*, inquit, *uno loco si discedas, nulla hoc in dramate deprehenditur περὶ τὰ μετάρσια πολυπραγμοσύνη, neque ista pauca videntur hac potuisse nota designari, tanquam quae censeri deberent Euripidem χαρακτηρίζειν; quum contra minus accurate de sideribus loquatur Euripides; hoc monuit Scaliger* [Prolegg. ad Manil. p. 6. sq.] *et Castigg. in Catull. p.* 92. Aliam a grammatico respici Rhesum, credi nequit, neque ista pauca, ut dicit Valckenarius, non sufficiunt, praesertim ubi reputaveris, videri grammaticum etiam ad priorem prologum spectasse, quem et genuinum habuit, quemque sine dubio alii etiam sequebantur versus, qui coeli descriptionem continerent. Itaque duo demonstranda restant, alterum studium astronomicum Euripidi fuisse proprium, alterum semper eum de sideribus loqui accuratissime.

x. Sed priusquam ad haec pergo, quorundum notandus est error. Morstadtius enim p. 68. sq. notam dicit Anaxagorae *μεταρσιολεσχίαν* s. *μετεωρολεσχίαν* — v.

Heindorf. ad Platon. Cratyl. §. 39. ad Phaedr. §. 120. Plutarch. Pericl. c. iv. v. Idem philosophiae studium in Euripide deprehendi, unde character eius diceretur ἡ περὶ τὰ μετάρσια πολυπραγμοσύνη. Hoc male de rebus astronomicis argumenti scriptorem intellexisse. Idem fere arrisit Pflugkio in Euripidis editione T. i. praef. p. xxvii., qui locutus de Euripideo sententiarum studio, *Notavit*, inquit, *hunc velut χαρακτῆρα Εὐριπίδειον grammaticus, qui scripsit argumentum Rhesi, subditicidae fabulae — — — laudandus ille, quod huius poetae consuetudinem non neglexit, non item, quod inde argumentum authentiae petivit.* At ut, cum philosophia nasceretur, idem fere erat studium philosophiae et astronomiae, ita quoque in doctrina Anaxagorea maxime praevalet philosophia naturalis. Hinc per se probabile est, Euripidem quoque discipulum astronomiae studuisse, et idem vestigia multa produnt. Quare non est verisimillimum, grammaticum sententiarum cupidinem denotasse, quae in Rheso non magna est, et quam appellare solent πολὺ τὸ γνωμικόν.

xi. At de studiis astronomicis Euripidis aliunde satis constat. Prorsus ut auctor argumenti scholiastes ad Euripidis Alcest. 962. ad versum Ἐγὼ καὶ διὰ Μούσας καὶ μετάρσιος ἦξα annotavit (vs. 978. Matth.) ὁ ποιητὴς διὰ τοῦ προσώπου τοῦ χοροῦ βούλεται δεῖξαι, ὅσον μετέσχε τῆς παιδεύσεως. καὶ περὶ μετεώρων ἐφρόντισα, οἷον ἠστρολόγησα *) καὶ ὁρμὴν ἐπὶ τούτῳ ἔσχον. Hoc astronomiae studium, quod tum contemtum fuisse Athenis docet Plato Rep. vii. p. 527. D. HSt., Aristophanes risit Nubibus. Nam quanquam ingeniosa Reisigii coniectura, ab ipso auctore retractata in Niebuhrii Museo Rhenan. T. ii. p. 195. sqq. non vera videtur, duos a Diogene Laertio servatos versus eo quem indicavit loco excidisse, ut ita scribendum sit vs. 192.

ΜΑΘΗΤΗΣ. οὗτοι δ' ἐριβοδιφῶσιν ὑπὸ τὸν Τάρταρον·
[Εὐριπίδης δ' ὁ τὰς τραγῳδίας ποιῶν
τὰς περιλαλούσας οὗτός ἐστι, τὰς σοφάς.]
ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ. τί δῆτ' ὁ πρωκτὸς ἐς τὸν οὐρανὸν βλέπει;
ΜΑΘΗΤΗΣ. αὐτὸς καθ' αὑτὸν ἀστρονομεῖν διδάσκεται,

*) Ineptissime tentavit hunc locum Barnesius vit. Eurip. §. xx., scripturus ᾐτιολόγησα.

id tamen recte*) docuisse videtur Reisigius praef. p. xv. sqq. Euripidis persona opus fuisse ob ipsum studium astronomicum, quod nullum erat in Socrate. Sed utut est, Euripidem astronomiae fuisse studiosum certum est. Huc pertinet quod dicitur ab Aristoph. Acharn. 399. *ἀναβάδην ποιεῖν* et magis idem testantur eius scripta, v. quae collegit Valcken. c. iv. v. vi. et quae ipse iam affero.

xii. Longum est, omnia quibus coeli notitiam ostentaverit afferre. Uno fungar exemplo. Commemorantur in loco illo Rhesi astronomico *Πλειάδες ἑπτάποροι*. Hoc nomine Vergilias primus ornavit Euripides, ut statuo cum Boeckhio de tragg. p. 278., quanquam aliter sentit Lachmannus de chor. systemm. p. 117. Nam extant quidem varii poetarum lusus in hoc nomine — v. Athenaeus xi. p. 489. E. sqq. cf. Eustath. Od. *μ'*. p. 1712. sq., sed *ἑπτάπορος* Euripidi proprium videtur, neque ante eius aetatem reperitur. Constat enim sex tantum stellas vulgo cerni posse, septimam non esse conspicuam. Quid igitur aliud credemus, quam Euripidem, cum ex accuratiore Anaxagorae doctrina cognovisset, septem numero esse Pleiadas, id ostentasse. Unde factum est, ut semper fere epitheto hoc Vergilias ornaret, ut in Iphig. Aul. vs. 8. *ἡ ἑπτάπορος Πλειάς*, Orest. 1005. *ἑπταπόρου δρόμημα Πλειάδος* et in Phaethonte fragm. v. *ἑπτὰ Πλειάδες*, ad quem locum Longinus qui servavit *π. ὕψ.* xv, 4. annotat: *οὐ γὰρ ἄν, εἰ μὴ τοῖς οὐρανίοις ἐκείνοις ἔργοις ἰσοδραμοῦσα ἐφέρετο* (sc. *ἡ ψυχὴ τοῦ γράφοντος*), *τοιαῦτ' ἄν ποτε ἐφαντάσθη*. Haec igitur et studuisse Euripidem rebus astronomicis probant, et ingenium Euripidis in Rheso conspicuum praestant.

xiii. At obstat vir praeclari nominis Ios. Scaliger, ipse astronomiae peritissimus, qui, id ipsum ex quo authentiae argumentum petit grammaticus supra laudatus, astronomiae peritiam documento esse dicit, Rhesum ab alio potius quam ab Euripide scriptam esse. Nam in Prolegg. ad Manil. p. vi.: *Quod***) *quum et iste auctor fecerit*, inquit, *sive is*

---

*) Negat GDindorfius Poett. scen. Gr. p. 574., sed mea sententia non recte. Nam versus neque suspecti sunt, et id ipsum, quod Euripides in aedibus Socratis habitat, probat quod Diogenes demonstrare vult, Socratem *συμποιεῖν Εὐριπίδῃ*.

**) Intelligit tempus Troiae captae recte constitutum.

Sophocles, sive alius, non potuit nisi summus vir esse, qui praeter rationes civilis tetraëteridos etiam ex Phaenomenis et ea astrologia, quae tum inter nationes Graeciae locum habebat, rem propositam demonstraret. Ex quo accidit, ut propterea, quod Euripides cum Eudoxo in Aegyptum profectus [sic] *inde quaedam de Planetis in Graecia primus vulgaverit, ut prodiit priscae historiae, propterea veteres critici tragoediam Rhesum illi attribuerent, ὅτι, inquiunt, ἡ περὶ τὰ μετάρσια ἐν αὐτῇ πολυπραγμοσύνη τὸν Εὐριπίδην ὁμολογεῖ, innuentes locum illum, qui a nobis iam explicatus est: quanquam vereor ut haec tam vere Euripides referre potuerit. Id ut dubitem facit locus ex Iphigenia in Aulide in re simillima: Σείριος ἐγγὺς τῆς ἑπτα πόρου Πλειάδος ἀΐσσων. Quomodo non consuluit oculos suos, ut posset videre, quantum intervallum sit inter Sirium et Ursam maiorem? Haec ergo fuit rudiorum illorum rudior astrologia.* Quae si vera essent disputata, merito, an Euripides non sit auctor Rhesi, posses dubitare. Sed duae restant viae. Aut ad id erit confugiendum, ut cum quibusdam Iphigeniam alteram negemus Euripidis esse, aut errasse Scaligerum in loco Iphigeniae explicando, demonstres oportebit.

xiv. Utrumque praeiverunt viri docti, sed ita ut nequeas iis assentiri. Nam ab Euripide minore scriptam esse Iphigeniam vel saltem interpolatam contenderat Boeckhius. Unde dicere posses locum astronomicum a minore Euripide suppositum esse. Alii vero, ut nuper Gruppius et, qui cum eo facit in censura, Welckerus, Chaeremonem statuerunt auctorem. Utroque modo Mnesarchidae servatur sua astronomiae peritia. At neutrum placet. Nam quanquam ob alias rationes ita statuerunt viri illi docti, argumenta tamen satis sunt levia, et Iphigenia ita, ut in libris nostris legitur, si me sequare, scripta est ab Euripide, Mnesarchi filio. Quod alibi, si otium fuerit et vires suffecerint, demonstrabo. Restat igitur alterum, ut Scaligerum in loci astronomici interpretatione dicamus errasse. Et est ita, nisi fallor, quanquam omnes reliqui interpretes eiusdem erroris sunt socii. Nam quidquid moliti sint interpretes et Boeckhius praesertim, semper licebit cum Scaligero interrogare: *quomodo oculos suos non consuluit?* aut dicere cum eodem castigg. in Catull. p. 92.: *Sane haud multo remotior*

est Sirius a Vergiliis, quam Orion ab Aquario. Legitur vulgo vs. 7. sqq.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ. τίς ποτ' ἄρ' ἀστὴρ ὅδε πορθμεύει;
ΠΡΕΣΒΥΤΗΣ. Σείριος, ἐγγὺς τῆς ἑπταπόρου
Πλειάδος ἆσσων ἔτι μεσσήρης.

Sed distinctio est mutanda, et ἆσσων pro quo libri praebent ἀΐσσων corruptum est. Scribe:

Σείριος, ἐγγὺς τῆς ἑπταπόρου
Πλειάδος αἰσῶν, ἔτι μεσσήρης.

Etenim quemadmodum in Rhesi loco astronomico coelum, ut cum scholiasta loquar, tripliciter constituitur, ὑπὸ τῆς δύσεως, ἀνατολῆς καὶ μεσουρανήματος, ita in Iphigenia quoque dupliciter definitur, a culminatione et occasu. Dum Sirius culminatur casura est Pleias. Num *αἰσῶν* verum sit, ipse admodum dubito. Sed erat sensus constituendus nec suppetebat melius. Nam quanquam *αἰθέρος* posses scribere, ut in Rheso leguntur *Πλειάδες αἰθέριαι*, tamen versus existeret turpissimus. Contra si οὔσης, quod facile suppletur, dares, vix expectari potuit, *ἐγγὺς εἶναι* pro *ab horizonte prope abesse* dici, intellectum iri. Neque vero me fugit, posse etiam ἆσσων retineri et post *Πλειάδος* distingui, ut haec sit constructio: *Σείριος, ἐγγὺς τῆς Πλειάδος ἀσσούσης, ἆσσων ἔτι μεσσήρης ἐστίν.* Sed non placet, quanquam ἄσσειν verbum proprium est de occasu siderum. Quare donec meliora inventa fuerint, *αἰσῶν* tenendum arbitror. Sensum vero certum puto: *Sirius culminatur, dum Vergiliae ad occasum vergunt.* Bis igitur eundem Euripidem ob rerum coelestium ignorantiam videmus et falso vituperatum, et defensum primum contra Cratetem a Parmenisco, tum contra Scaligerum ab omnibus, qui hunc locum tractarunt, cum successu hodie demum, nisi fallor.

xv. Itaque, ut redeat unde exorsa est oratio, possumus cum argumenti auctore dicere *ἡ περὶ τὰ μετάρσια πολυπραγμοσύνη τὸν Εὐριπίδην ὁμολογεῖ*, idemque testatur epitheton Vergiliarum ἑπτάποροι, quod Aratus et Nonnus imitati sunt, monente Boeckhio p. 278. sq. Sed praeter hoc characteris Euripidei indicium, nihil protulerunt neque veteres critici, neque recentiores. Nam dictiones quaedam Euripidis, quas recensuit Barnes. ad vs. 430. 596. 990. suae editionis, non magni ponderis sunt, adeo ut *ex cathedra*, Euripidem Rhesi auctorem esse, pronuntiasse videretur Valckenario Barnesius. Quid vero quod

prorsus nihil Euripidei Rhesum continere statuit Hermannus? Nam p. 274. *Estne*, inquit, *per ipsius fabulae conformationem credibile, ab illo eam Euripide factam esse, cuius sunt reliquae quas habemus tragoediae? Mutat profecto aliquid aetas, facitque saepe, ut quis alius videatur, vir factus, quam adolescens fuit: at non mutantur omnia, sed est etiam, quod sibi constet, manentque aliqua saltem eiusdem ingenii vestigia. Ubinam vero in Rheso illa copia atque ubertas, illud molle ac tenerum, illa ad flebiles animi affectiones propensio, illa plana et communis oratio, illud genus dicendi sententiosum, illaque ad philosophandum proclivitas? Si haec in fructibus numeranda sunt vel maturescentis ingenii, vel diligentis exercitationis, at aliqua tamen eorum initia in Rheso inveniri speres, rudia fortasse illa atque impolita, sed ut tamen umbram aliquam Euripidis agnoscas. Nihil horum, sed frigida omnia, exsanguia, rigida laboremque dumtaxat et operosam diligentiam testantia.*

xvi. Sunt haec ex eo genere, quod in exordio huius capitis illustravi. Ubi aliter senseris, nihil haec probant. Ne vero contra nos quoque moneret, quod aliis occlamavit Hermannus (p. 267.), Rhesum, etiamsi quis sibi dissimilem videri dissumulaverit, ideo similem non fieri ceteris Euripideis, nonnulla pro nostra sententia contulimus, quibus effectum iri speramus, ut non semina solum et initia, sed etiam paene omnia Euripidi propria, et vitia et virtutes, in hac Rheso comparere attento perspicuum reddatur. Id unum praemonemus, merito ea non inesse, quae materies dramatis exclusit. Itaque illud molle ac tenerum, illa ad flebiles animi affectiones propensio ante finem deest, at reperitur rursus in Musae verbis. Sed ordine procedendum iudicamus, et quia vitia aliorum facilius, quam virtutes mente possumus comprehendere, praesertim de vitiis in Rheso aeque atque in reliquis Euripidis fabulis conspicuis, disseremus. Utar vero duce praesertim Aristophane, non solum quia ipse optime adversarium habuit cognitum, sed etiam ideo, quod recentiores plerosque omnes, ut monuit etiam Gruppius p. 366., ex hoc potius fonte video rivulos suos irrigasse, quam ex ipsius Euripidis scriptis ad ideam pulchri examinatis.

xvii. Ac duas quidem ob causas Euripidem vituperare solet Aristophanes, et propter materiam et ob

formam. Materiam vero quod attinet, hanc Rhesum probatissimam fuisse Aristophani, iure mihi statuere videor. Neque enim argumentum vituperari potest. Non Phaedrae, non Stheneboeae, non Canacae, non Augae *) repraesentantur, sed castra et bella et nocturni tumultus. Itaque in hanc non cadunt fabulam, quae leguntur Rann. 1078. sqq.

ποίων δὲ κακῶν οὐκ αἴτιός ἐστ';
οὐ προαγωγοὺς κατέδειξ' οὗτος,
καὶ τικτούσας ἐν τοῖς ἱεροῖς,
καὶ μιγνυμένας τοῖσιν ἀδελφοῖς,
καὶ φασκούσας οὐ ζῆν τὸ ζῆν,

cf. de Phaedra Rann. 1043. Thesmoph. 153. 547., de Canaces et Macarei amoribus Rann. 849. sq. Nubb. 1371. et multos alios locos. Unde furari dicitur Euripides carmina meretricum Rann. 1301. sqq. et tragoediis suis iuvenes corrumpere et mulieres. v. Rann. 1050. sq. et ubivis. In Rheso laudaturum fuisse arbitror Aristophanem quod a more suo recessit Euripides. Nam hoc est δρᾶμα Ἄρεως μεστόν, ut Aeschyli Septem duces cum Gorgia vocavit Aristoph. Rann. 1021. et licet de hoc dici:

ὁ θεασάμενος πᾶς ἄν τις ἀνὴρ ἠράσθη ἅδιος εἶναι,

aut

ἐπιθυμεῖν ἐξεδίδαξα
νικᾶν ἀεὶ τοὺς ἀντιπάλους, κοσμήσας ἔργον ἄριστον.

Itaque hac saltem ex parte laudem meretur Euripides, si recte statuit de poetae officio Aristophanes.

xviii. Neque vero vel adversante materia a deliciis suis recessit Euripides. Id probat alterum, forma. Solebat enim Euripides heroes mendicos, pauperes, claudos, saucios repraesentare. Quod etiam in Rheso factum est. Nam attende modo ad Rhesi aurigam, quem, ut spectatorum miserationem excitaret, graviter sauciatum induxit Euripides, ut poetam χωλοποιόν agnoscas. Semianimis

*) Venus dicitur Aeschylo irata, ipseque Rann. 1044. se nusquam amantem mulierem in tragoediis exhibuisse testatur. Non apte Clytaemnestrae admonet scholiasta v. Roetscher. de Aristophane p. 215. Lascivior tamen interdum etiam Aeschyli est Musa, ut alia probant, et hoc quod de Semele narrat schol. Apollon. Rh. Argon. i, 636. ἐπειδὴ Αἰσχύλος ἔγκυον αὐτὴν παρεισήγαγεν οὖσαν καὶ ἐνθεαζομένην, ὁμοίως δὲ καὶ τὰς ἁπτομένας τῆς γαστρὸς αὐτῆς ἐνθεαζομένας.

calamitatis nuntius longa et accuratissima oratione Rhesi caedem describit, ut non minus vitae eius metuas, quam Thracum commisereris fatum. Conferri potest Hippolyti superstitis epilogus. Deinde, quanquam prologus deest, tamen aliis locis intexuit, quae in prologis maxime vituperantur. In primis huc pertinet generis expositio, quam cum aliis locis ridet Aristophanes, tum tectius Acharn. 46. sqq. ubi v. schol. ad vs. 47., unde dicitur Euripides *ἀεὶ ἡδέως ἀπαγγέλλων τὰ γένη*. In Rheso non solum equorum origo bis describitur vs. 185. sqq.

ἐξ ἀφθίτων γὰρ ἄφθιτοι πεφυκότες
τὸν Πηλέως φέρουσι θούριον γόνον.
δίδωσι δ' αὐτοὺς πωλοδαμήσας ἄναξ
Πηλεῖ Ποσειδῶν, ὡς λέγουσι, πόντιος,

et vs. 234. sqq.

Φθιάδων ἵππων ἐπὶ δ' ἄντυγα βαίη,
τὰς πόντιος Αἰακίδᾳ
Πηλεῖ δίδωσι δαίμων,

sed saepius etiam Rhesi genealogia repetitur. Primus ortum eius describit chorus vs. 341. sqq. *Musa mater le misit et*

Στρυμών, ὃς ποτε τᾶς μελῳδοῦ
Μούσας δι' ἀκηράτων
δινηθεὶς ὑδροειδὴς
κόλπων σὰν ἐφύτευσεν ἦβαν,

deinde repetitur ab Hectore vs. 380. sq.

παῖ τᾶς μελῳδοῦ μητέρος, Μουσῶν μιᾶς
Θρῃκός τε ποταμοῦ Στρυμόνος —

cf. vs. 635. sq., neque temperare sibi potest Musa ipsa eaque summo luctu commota a narratione sibi parum honesta, quo filium modo conceperit. v. vs. 904. sqq.

xix. Quaesivit porro Euripides diverbia, ut litigandi peritiam suam ostenderet, et sententiis sophistica subtilitate conditis imponeret spectatoribus. Ut hanc, quam putavit eloquentiam, posset prae se ferre, saepe nocuit fabulis, ut Alcestidi iurgio Admeti et Pheretis, de quo, etiam postquam notum est, pro satyrica actam esse Alcestidem, dici potest cum Hermanno, praef. ad Alc. p. viii. *Rixa ista, quae inter Pheretem et Admetum est, magis ut populo causarum disceptationes amanti satisfieret, quam quod ad argumentum fabulae quidquam conferret, inserta est.* Hinc altercantes introduxit Euripides chorum

et Hectorem, Hectorem et Aeneam, Hectorem et Rhesum, hinc convicia aurigae explicanda, ut facile agnoscas poetam *ῥηματίων δικανικῶν*. cf. Aristoph. Pac. 504. Quintil. institt. or. x, 1, 67. Ad idem fere genus pertinent etiam vs. 466. sqq. et in primis Dolonis Hectorisque colloquium de praemio vs. 164. sqq. Acute enim observavit Hermannus, Euripidem saepe ita colloquentes facere personas, ut interrogarent magis ad id, quod responderi vellet poeta, quam quod ipsae interrogaturae fuissent. v. ad Bacch. 1170. ad Ion. 978.

xx. Neque vero praetereundum est Euripidis studium etymologicum. Quo cum inde ab Homero, ipso hoc vatum principe non excepto, et epici et lyrici, praesertim vero tragici tenerentur, nemo tamen saepius Euripide in nominum propriorum etymis investigandis et in usum convertendis operam posuit. Apte ubi hoc fit, miram vim indit sententiae. Ita nemo non laudabit, quod in Rheso legitur vs. 158.

ἐπώνυμος μὲν κάρτα καὶ φιλόπτολις
Δόλων,

et bene vs. 345. *Ζεὺς ὁ φαναῖος* commemoratur, etymi ratione habita. v. vs. 358. et supra iii, 41. Minus hodie arridebit Apollinis Lycei etymologia vs. 224. sq. proposita. De plurimis, quae ex poetis scenicis collecta habeo et praesertim ex Euripide duo tantum selegi exempla, quorum vim non perspexerunt viri docti. Nam in Iphigenia Aul. ad Menelai verba:

βλέψον εἰς ἡμᾶς, ἵν' ἀρχὰς τῶν λόγων ταύτας λάβω,

respondet Agamemno vs. 321.

μῶν χρέσας οὐκ ἀναχαλύψω βλέφαρον Ἀτρέως γεγώς.

Dubitarunt interpretes, an *Ἀτρέως γεγώς* vocativus sit. Saltem ante *Ἀτρέως* distinxerunt omnes. At est nominativus et alluditur ad etymon vocis *Ἀτρεὺς* hoc sensu: *Num timidus oculos deiiciam ego, qui filius sum Atrei*, h. e. viri *ἀτρέστου*. Alterum exemplum est fragmentum ap. schol. Eur. Troadd. 822. *ὁρᾷς ἐν τῇδε μενόντων φρυγῶν. τύραννος ὤκων τυγχάνει γέρων. ἀπ' ὀργῆς λαομέδων καλούμενος*. Ob morem veterum hunc notissimum diu pro *ἀπ' ὀργῆς* correxeram *ἀπ' ἀρχῆς*, antequam vidi in idem incidisse Seidlerum ap. Hermannum Opp. T. v. p. 187. not. Initium correxit Meinekius Quaestt. scen. iii. p. 34. not., et postea Hermannus l. l. p. 188.

ὁρᾷς. ἐν τῇδε μὲν
ὁ τῶν Φρυγῶν τύραννος οἰκῶν τυγχάνει.

cum de ultimo versu, quem ita dedit Hermannus:

γέρων ἀποργῆς Λαομέδων καλούμενος,

ntio a viro praestantissimo, tum de prima voce. ı ὁρᾶς videtur mihi genitivus vocis alicuius, quae *οἶ-* vel simile quid significet, a τῇδε pendens. Ultimus versus, si tragici alicuius est hoc fragmentum, poquidem sic recte dici:

γέρων ἀπ' ἀρχῆς Λαομέδων καλούμενος.

cum *Λαομέδων* vox sit composita, utriusque partis ıi ratio habenda est, et suspicor in voce *γέρων* latere tivum, qui propius accedat ad litterarum ductus, n *λαῶν*. Est vero, ni fallor, comici fragmentum, sive ıtophanis sive Antiphanis, et ultimo versu irrideri morem tragicorum, nomina propria ab etymis deri-li. Huic usui aptissimum nomen erat *Λαομέδων* ob licem vocis *λαός* significationem. Itaque alteram vosignificationem posuisse puto comicum hoc sensu:

— — — στέγης ἐν τῇδε μὲν
ὁ τῶν Φρυγῶν τύραννος οἰκῶν τυγχάνει,
λίθων ἀπ' ἀρχῆς Λαομέδων καλούμενος.

d vero pro *στέγης* et *λίθων* reponendum sit, aliis reuo quaerendum.

xxi. Sed ut in viam redeam, sententiarum cupidum se Euripidem et ad philosophandum proclivem, noı omnes et testantur veteres. Quare Dio Chrys. or. p. 552. extr. Mor. de Aeschyli Philocteta: *τὰ δὲ μέλη,* uit, *οὐκ ἔχει πολὺ τὸ γνωμικόν, οὐδὲ τὴν πρὸς ἀρετὴν ἄκλησιν, ὥςπερ τὰ τοῦ Εὐριπίδου.* Idem testatur oram dei Delphici, Socrati datum. Unde contigit Euri-, ut adiuvari a Socrate in fabulis describendis fingeır. Quare legebatur et aestimabatur a philosophis praeim Euripides, nec dubitavit ad Tironem de eo scri- Cicero Epist. xvi, 8.: *cui tu quantum credas nescio. certe singulos eius versus, singula eius testimonia puto.* us consuetudinis, quanquam materiam haec fabula praebuit optimam, satis multa tamen insunt vestigia. ue enim assentior Valckenario, scribenti p. 95. C.: *ipidae proprium in omnibus tragoediis πολὺ τὸ γνωδὲν hinc abest, ubi more potius Sophocleo hic illic breime quaedam interseruntur aptae pleraeque sententiae,*

quocum facit Hermannus. Contra ego quidem nescio quid, an ea quae transcripsi Euripidea potius dixeris, quam Sophoclea, quod etiam Welckerus concessit, qui nonnulla attulit p. 650. Huc pertinent vs. 69.

— — ἐν ὄρφνῃ δραπέτης μέγα σθένει.

vs. 84.

ἁπλοῦς ἐπ' ἐχθροῖς μῦθος, ὁπλίζειν χέρας.

vs. 106. sq.

ἀλλ' οὐ γὰρ αὐτὸς πάντ' ἐπίστασθαι βροτῶν
πέφυκεν, ἄλλῳ δ' ἄλλο πρόσκειται γέρας.

vs. 162. sq.

— — — παντὶ γὰρ προσκείμενον
κέρδος πρὸς ἔργῳ τὴν χάριν τίκτει διπλῆν.

vs. 206.

σοφοῦ παρ' ἀνδρὸς χρὴ σοφόν τι μανθάνειν,

quem versum ex more Euripideo esse, alii iam observarunt. cf. schol. ad Eur. Med. 660. Matth. Tum vs. 497. sq.

οὐδεὶς ἀνὴρ εὔψυχος ἀξιοῖ λάθρα
κτεῖναι τὸν ἐχθρόν, ἀλλ' ἰὼν κατὰ στόμα.

vs. 610.

χρὴ δ' ἄνδρα τάσσειν, οὗ μάλιστ' ἂν ὠφελῇ.

vs. 744. sqq.

θανεῖν γὰρ εὐκλεῶς μέν, εἰ θανεῖν χρεών,
λυπρὸν μὲν οἶμαι τῷ θανόντι, πῶς γὰρ οὔ;
τοῖς ζῶσι δ' ὄγκος καὶ δόμων εὐδοξία.

cf. Scipionis, ni fallor, verba ap. Diodor. Vatic. p. 73. 3, 27. sqq. Dind. Eurip. Matth. T. ix. p. 437. extr. vs. 965. sqq.

ὦ παιδοποιοὶ συμφοραί, πόνοι βροτῶν,
ὡς ὅστις ὑμᾶς μὴ κακῶς λογίζεται,
ἄπαις διοίσει κοὐ τεκὼν θάψει τέκνα,

quem locum ipse Hermannus p. 273. concessit Euripidei aliquid sapere. Sed taedet plura huius generis afferre, quae attentus ipse invenies.

xxii. Praeterea duo alia ridet Aristophanes, eius de diis dubitationes intelligo et oxymora saepius adhibita. Prius tangit Aristoph. Rann. 883. sqq. Thesmophor. 14. sqq. 451. Cuius generis in Rheso legitur vs. 686.

ποῖον ἐπεύχεται τὸν ὕπατον θεόν.

cf. Eur. Orest. 418. Hec. 488. sqq. cet. Alterius nul-

um in Rheso inveni exemplum. Intelligo vero talia, ualia ridet Aristoph. Acharn. 396. sqq.

ά. οὐκ ἔνδον ἔνδον ἐστίν, εἰ γνώμην ἔχεις.
β'. πῶς ἔνδον, εἶτ' οὐκ ἔνδον; β'. ὀρθῶς, ὦ γέρον.
ὁ νοῦς μὲν ἔξω συλλέγων ἐπύλλια
οὐκ ἔνδον, αὐτὸς δ' ἔνδον ἀναβάδην ποιεῖ
τραγῳδίαν.

raeiverat quidem hoc Euripides Alcestide, Rhesō paullo ntiquiore, ubi legitur vs. 142. sq.

ά. καὶ ζῶσαν εἰπεῖν καὶ θανοῦσαν ἔστι σοι.
β'. καὶ πῶς ἂν αὐτὸς κατθάνοι τε καὶ βλέποι;
ά. ἥδη προνωπὴς ἐστι καὶ ψυχοῤῥαγεῖ.

f. vs. 521. sq.

ά. ἔστιν τε κοὐκέτ' ἔστιν, ἀλγύνει δέ μι.
β'. οὐδέν τι μᾶλλον οἶδα —,

ed in Rheso similia non extant. Quodsi Alcestidis locum risit Aristophanes, non recte fecit, nam ibi aptissima est haec ambiguitas. At postea saepius talia praeter necessitatem adhibuit. v. Hippol. 1034. Iph. Taur. 512. cet.

xxiii. Denique gravissime conquesti esse dicuntur sophistae ob ereptam sibi a Socrate τοῦ μακρολογεῖν occasionem. — Eiusdem cupidum fuisse Euripidem, non solum ex eo probabiliter coniicias, quod sophistarum discipulus perhibetur, sed monstrant ipsae fabulae, ubi saepe n rhetorum modum tales ἐνδείξεις sive ἀγωνίσματα, ut vocat Aristoteles, praeter rem reperiuntur, eamque poissimam ob causam prologos invenisse videtur Euripides, ut campum quasi haberet, in quo oratio decurrere posset. Quod Hermannus l. supra l. appellare videtur Euripidis *copiam et ubertatem*, et *planam et communem orationem*. Ut gloriatur Euripides apud comicum Rann. 948. qq.

ἔπειτ' ἀπὸ τῶν πρώτων ἐπῶν οὐδὲν παρῆχ' ἂν ἀργόν,
ἀλλ' ἔλεγεν ἡ γυνή τέ μοι χὠ δοῦλος οὐδὲν ἧττον,
χὠ δεσπότης χἠ παρθένος χἠ γραῦς ἄν —

d in Rheso itidem reperitur. Nam auriga Rhesi et Primi pastor ornatissima oratione, quod dicendum erat, exponunt, hic vs. 274. sqq., ille vs. 742. sqq. 820. sqq. Eiusdem modi ἐνδείξεις Hectoris sunt verba vs. 52. sqq. Aeneae vs. 105. sqq. rursus Hectoris vs. 380. sqq. Rhesi vs. 409. sqq. denique Musae vs. 900. sqq. vs. 947. sqq.

xxiv. Haec habui, quae ingenii Euripidei mihi viderentur indicia. Reliqua sentiri possunt, exponi nequeunt. Concedo ea non satis gravia futura esse, si Rhesus drama ἀδέσποτον ad nostra tempora pervenisset, ut ideo Euripidi tribuamus. At cum antiquissimi grammatici Euripidis hanc dicant Rhesum, cum codices confirment, cum dictio et compositio non adversetur, etiam haec suâ vi non caritura esse confido. Merito igitur contendere mihi videor, post ea quae disputavi, nullum dubitationi *iustae* relictum esse locum, et vindicatam esse fabulam Euripidi. Superest igitur, ut in tempus actae Rhesi inquiramus, quod satis probabili coniectura reperisse mihi videor, qua rursus confirmatur et antiquum esse drama et scriptum ab Euripide.

xxv. Quo anno acta sit Rhesus, investigaturum duae debent rationes ducere. Nam cum Euripidem evicerimus esse auctorem, eo tempore scripta esse debet, quo docuit Euripides. Deinde si ab Euripide docta est, non potest post Olymp. lxxxix. scripta esse, quia metrorum ea est elegantia, qualis in iis Euripidis tragoediis reperitur, quae ante illam Olympiadem scriptae sunt. Priori canoni Gruppii adversatur coniectura, ut supra vidimus cap. iv. Neque magis probanda est ea sententia, quam primus proposuit Hardionius p. 334. sqq., scriptam videri triginta fere annis post expulsos tyrannos, quo tempore soliti fuissent poetae ex historia Troiana argumenta petere tragoediarum, ut spectatores ad bellum contra Persas moverent, quemadmodum oratores etiam illius aetatis bellum Persicum inflare studuissent, v. c. Isocrates. Ac primum quidem, an ea, quae de tragicis dicuntur, non possint demonstrari, vehementer dubito. Tum vero omni modo negandum est, posse illo tempore Rhesum scriptam esse, quia Euripidis esse drama evicimus.

xxvi. Quae quia omnia falsa sunt, relinquitur Cratetis testimonium, Euripidem *νέον* docuisse Rhesum, cui numeri optime conveniunt. At cum illud *νέος* incertissimum est, tum supra iii, 11. docuisse nobis videmur, coniecturam fuisse Cratetis, historicis documentis carentem. Nam cum sciret, astronomiae peritissimum fuisse Euripidem, admodum probabilis erat suspicio, a iuvene editam esse eam tragoediam, in qua rationes astronomicae neglectae essent. At cum non errasse Euripidem

demonstraverit Parmeniscus et hodie consentiant omnes, hinc nulla nota temporis peti potest.

Ergo quid in tanta statuemus nocte? Quod umbras
Dissolvet iubar? Adsis, o rutilantis Olympi
Phoebe decus, radiisque novis nova lumina sparge!

Ac profecto Phoebus nubes distrahet. Nam eius oraculum non solum patrem, quem fabulae vindicavimus, tuebitur, sed addet etiam annum natalem et honorem tragoediae. At ut omnia oracula, etiam hoc interpretis eget. Cuius vices sustinebo.

xxvii. In fine fabulae postquam Hector promisit, se Rhesi corpus splendida sepultura conditurum esse, satis mire hunc honorem deprecatur Musa vs. 947. sqq. his verbis:

οὐκ εἶσι γαίας ἐς μελάγχιμον πέδον·
τοσόνδε Νύμφην τὴν ἐνερθ' αἰτήσομαι,
τῆς καρποποιοῦ παῖδα Δήμητρος θεᾶς,
ψυχὴν ἀνεῖναι τοῦδ'· ὀφειλέτις δέ μοι
τοὺς Ὀρφέως τιμῶσα φαίνεσθαι φίλους.
κἀμοὶ μὲν ὡς θανών τε κοὐ λεύσσων φάος
ἔσται τὸ λοιπόν· οὐ γὰρ ἐς ταὐτόν ποτε
οὔτ' εἰσιν οὔτε μητρὸς ὄψεται δέμας.
κρυπτὸς δ' ἐν ἄντροις τῆς ὑπαργύρου χθονὸς
ἀνθρωποδαίμων κείσεται βλέπων φάος,
Βάκχου προφήτης ὥστε Παγγαίου πέτραν·
ᾤκησε σεμνὸς τοῖσιν εἰδόσιν θεός.

Quae verba, quo saepius legi, eo magis videbantur mihi singularia. Itaque suspicatus sum, esse ex rerum gestarum historia explicanda. Quod suboluit etiam Gruppio p. 302. At nuper demum commodam explicationem reperi, qua non solum religiones Rhesi in Thracia fuisse confirmatur, sed etiam annus actae Rhesi probabiliter constitui potest.

xxviii. Legitur enim apud Polyaenum strategem. vi, 53. [c]*Ἄγνων Ἀττικὴν ἀποικίαν ἦγαγεν οἰκίσαι βουλόμενος τὰς καλουμένας Θ' ὁδοὺς ἐπὶ τῷ Στρυμόνι. ἦν γὰρ καὶ λόγιον Ἀθηναίοις τοιόνδε·*

Τίπτε νέως [e]) κτίσσαι πολύπουν μενεαίνετε χῶρον

---

[e]) In novis annalibus philol. et paedag. Supplem. T. iv. p. 17. ubi primum ad coniecturam de tempore actae Rhesi probandam hunc locum proposui, corruptos esse hos versus dixi et correctos me olim daturum esse promisi. At nondum tale quid in-

κοῦροι Ἀθηναίων; χαλεπὸν δὲ θεῶν ἄτερ ὔμμιν.
οὐ γὰρ θέσφατόν ἐστι, πρὶν ἂν κομίσητ' ἀπὸ Τροίης
Ῥήσου ἀνευρόντες καλάμην, πατρίῃ δ' ἐν ἀρούρῃ
κρύψητ' εὐαγέως, τότε δ' ἂν τόδε κῦδος ἄροισθε.

Ταῦτα τοῦ θεοῦ χρήσαντος ὁ στρατηγὸς Ἄγνων ἐς Τροίαν ἔπεμψεν ἄνδρας, οἳ τὸ Ῥήσου σῶμα νύκτωρ ἀνορύξαντες ἀνείλοντο τὰ ὀστᾶ. καὶ καταθέντες τὰ ὀστᾶ ἐς χλαμύδα πορφυρᾶν, κομίζουσιν ἐπὶ τὸν Στρυμόνα. οἱ μὲν δὴ κατέχοντες βάρβαροι τὴν χώραν διαβαίνειν τὸν ποταμὸν ἐκώλυον. Ἄγνων δὲ σπονδὰς ποιησάμενος ἐς τρεῖς ἡμέρας, ἀπέπεμψεν τοὺς βαρβάρους, καὶ διὰ τῆς νυκτὸς τὸν Στρυμόνα μετὰ τοῦ στρατεύματος διελθών, τά τε ὀστᾶ τοῦ Ῥήσου κατώρυξε παρὰ τὸν ποταμόν, καὶ τὸ χωρίον ἀποταφρεύσας ἐτείχιζε πρὸς τὴν σελήνην. ἡμέρας δὲ οὐκ εἰργάζοντο. καὶ δὴ πᾶν ἔργον ἐξετελέσθη τριῶν νυκτῶν. ὡς δὲ οἱ βάρβαροι μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἐλθόντες τὸ τεῖχος εἶδον ἐγηγερμένον, ἐνεκάλουν Ἄγνωνι ὡς παραβάντι τὰς σπονδάς. ὁ δὲ οὐδὲν ἔφη ἀδικεῖν· στήσασθαι γὰρ τρεῖς ἡμέρας, οὐ τρεῖς νύκτας. τῷ τρόπῳ τούτῳ τὰς θ' ὁδοὺς Ἄγνων οἰκίσας τὴν πόλιν Ἀμφίπολιν ἐκάλεσεν.

xxix. Perspicuum est, si ullum in vita Euripidis, hoc aptissimum fuisse tempus ad Rhesum docendam. Statuimus vero ipso illo anno, quo colonia deducta est doctam esse Rhesum. Itaque cum archonte Euthymene condita sit Amphipolis duce Hagnone, Rhesum quoque Olymp. lxxxv, 4. (hoc enim anno Euthymenes praeturam gessit — v. Clinton. Fastt. Hellen. ad ann. 437.) aut lxxxvi, 1. doctam putamus. Nam cum per se probabile est, Euripidem, cum ob hoc oraculum Rhesi argumentum illustraret, non multum temporis passurum fuisse praeterlabi, tum significant hoc indicia quaedam. Ac ne commemorem vs. 337. variam lectionem *φιλίου*, quae in Aldina extat, quaeque ex *φιλίαν* corrupta videtur, fortasse correctori deberi, qui meminerit, Rhesi corpus tum Athenas venisse, unde in Thracia conderetur: totum illud carmen, quod inde a vs. 332. legitur, scriptum censeo

---

veni, quod probabile dici posset. Pro *νέως* cod. Casaub. *νεὼς* habet, sed interpres vet. *νέον* aut *νέως* vertit. Recte tamen Casaubonus monuit locum suspectum videri. Mihi signum interrogationis versu secundo tollendum et *τίπτε νεὼς* ex genitivo nominis proprii videtur corruptum, qualia sunt *Ἠιονέος, Βιστονέος, Σιθονέος*, vel nisi hoc placet *Σιθονίης, Βιστονίης*. Deinde *κτίσσαι* pro *κτίσαι* scripsi et vs. 4. *πατρίῃ δ' ἐν ἀρ.* pro *δὲ ἀρ.* Vs. 5. *ἐναίως* edd. vett. *εὐαγέως* Florent. Casaub. *τότε κῦδος* vulgo.

recenti adhuc memoria pompae, qua Rhesi ossa Athenas advecta sunt. Prae ceteris huc pertinent extrema inde a vs. 372.

Θεός, ὦ Τροία, Θεός, αὐτὸς Ἄρης
ὁ Στρυμόνιος πῶλος ἀοιδοῦ
Μούσης ἦκων καταπνεῖ σε,

ubi illud *θεός* ad divinos Rhesi honores spectat, aeque atque *καταπνεῖν*, quod de deorum flatu usurpatur. Sed utut est, id nemo negabit, multo probabilius videri, statim post illam coloniam deductam doctam esse Rhesum, quam longiore tempore interiecto.

xxx. Res, quae a Polyaeno narratur, Marsyae iunioris testimonio confirmatur, ex quo etiam posterioribus temporibus religiones huius herois in Thracia floruisse discimus. Traditur enim a scholiasta ad vs. 336. lin. 7. ex hoc scriptore: *ἔστιν ἱερὸν τῆς Κλειοῦς ἐν Ἀμφιπόλει, ἱδρυθὲν ἀπέναντι τοῦ Ῥήσου μνημείου ἐπὶ λόφου τινός* et idem, praeter Euripidis disertum testimonium, in oraculo illo vox *εὐαγέως* indicat, si recte reposita est, neque interiisse Rhesi memoriam in cetera Thracia Suidas v. *Ῥῆσος* p. 3211. Gaisf. docet, ubi satis mire legitur: *Στρατηγὸς τῶν Βυζαντίων τὰς οἰκήσεις ἔχων πρὸ τῆς πόλεως ἐν τόπῳ λεγομένῳ Ῥησίῳ, ἔνθα νῦν οἶκος τοῦ μεγάλου μάρτυρος Θεοδώρου γνωρίζεται.* Idem loco insigni testatur Philostratus, qui in Rhodope praesertim cultum esse Rhesum docet, Heroicc. p. 680. sq. p. 62. Boiss., quem adscripsi. *Ῥῆσος γὰρ ὃν ἐν Τροίᾳ Διομήδης ἀπέκτεινε, λέγεται οἰκεῖν τὴν Ῥοδόπην καὶ πολλὰ αὐτοῦ θαυμαστὰ ᾄδουσιν. Ἱπποτροφεῖν τε γάρ φασιν αὐτὸν καὶ ὁπλιτεύειν καὶ θήρας ἅπτεσθαι. σημεῖον δὲ εἶναι τοῦ θηρᾶν τὸν ἥρω τὸ τοὺς σῦς τοὺς ἀγρίους καὶ τὰς δορκάδας καὶ ὁπόσα ἐν τῷ ὄρει θηρία, φοιτᾷν πρὸς τὸν βωμὸν τοῦ Ῥήσου κατὰ δύο ἢ τρία, θύεσθαί τε οὐδενὶ δεσμῷ ξυνεχόμενα, καὶ παρέχειν τῇ μαχαίρᾳ ἑαυτά. Λέγεται δὲ ὁ ἥρως οὗτος καὶ λοίμου ἐρύκειν τοὺς ὅρους. Πολυανθρωποτάτη δὲ ἡ Ῥοδόπη, καὶ πολλαὶ περὶ τὸ ἱερὸν αἱ κῶμαι* (fort. *Μοῦσαι*): *Ὅθεν μοι δοκεῖ καὶ βοήσεσθαι ὑπὲρ τῶν ἑαυτοῦ συστρατιωτῶν ὁ Διομήδης, εἰ τὸν μὲν Θρᾷκα τοῦτον, ὃν αὐτὸς ἀπέκτεινε μηδὲν εὐδόκιμον ἐν Τροίᾳ ἐργασάμενον, μηδὲ δείξαντά τι ἐκεῖ λόγου ἄξιον πλὴν ἵππων λευκῶν, εἶναί τι ἡγοίμεθα καὶ θύοιμεν αὐτῷ διὰ Ῥοδόπης τε καὶ Θρᾴκης πορευόμενοι, τοὺς δὲ θεῖα καὶ λαμπρὰ εἰργασμένους ἔργα*

ἀτιμάζοιμεν, μυθώδη τὴν περὶ αὐτοὺς δόξαν ἡγούμενοι καὶ κεχωρισμένην. Unde perspicitur, non recte scripsisse Ciceronem de natur. deor. iii, 18. *Itaque Achillem Astypalaeenses insulani sanctissime colunt; qui si deus est, et Orpheus et Rhesus**) *dii sunt, matre Musa nati, nisi forte maritimae nuptiae terrenis anteponuntur.* Nam Rhesi saltem, inde ab Hagnonis colonia usque ad Philostrati aetatem divini erant in Thracia honores. Huius dei fortasse nuper Amphipoli inventa est statua, siquidem ut discitur ex *Goetting. Gelehrtenanz.* mens. Aug. 1833. p. 1267. protracta est effigies ex homine et bellua mixta, sub qua *Ἀγαθοδαίμων* scriptum legisse sibi videbantur, nam memoriter tantum tenuerunt, qui repererunt. Apte vero admonemus lectores Euripidis, ubi Rhesus dicitur vs. 966. *ἀνθρωποδαίμων* cultum iri. Sed haec tantum memoriae causa dicta sunto; nam ipse quoque bene intelligo, quam incerta sint.

xxxi. Superest, ut rursus de Cratetis dicam testimonio, a iuvene Euripide doctam esse Rhesum. Nam cum nunc quidem non dubitari posse videatur, quin circa Olymp. lxxxv, 4. edita sit haec Rhesus, apparet aut laxius esse locutum Cratetem, aut falsa eum tradidisse. Si ut suspicati sumus (vid. iii, 11. v, 26.) sola coniectura Cratetis nitebatur opinio, non opus est, ut refutetur. Contra erunt, qui in monumentis, quibus usus sit Crates, non solum auctorem fabulae, sed etiam archontem notatum fuisse dicant. Hoc si fuisset, quanquam non probabile est, v. Hermann. p. 273. — duas habeo explicationes. Nam aut laxius locutus est Crates, ut *νέος* usurparet de homine, qui iam quadragesimum annum superasset, aut, quod magis, opinor, arridebit, potest ex archontis nomine error ortus esse, ut saepius. Nam si Olymp. lxxxvi, 1. docta est Rhesus, Lysimachum confundere potuit Crates cum Lysicrate, qui praeturam gessit Olymp. lxxxi, 4. tertio anno postquam Euripides docere coeperat; aut, quod praestet, Euthymenes cum Euthydemo (Olymp. lxxxii, 3.) confusus sit, ut in eodem nomine ad Olymp. lxxxviii, 4. ubi v. Clinton. libri va-

*) Ita certissime pro *Theseus*, quem nemo Musa genitum dixit, iam correxit Brodaeus ad Anthol. Graec. p. 19. At Strymonis quoque non erant terrenae nuptiae, siquidem concepit eum Musa secundum Euripidem vs. 904. *πεφῶσα Στρυμόνος ὑπ' ῥοαῖς.*

riant. Nam archon illius anni Euthydemus vocatur a Diodoro, Euthymenes est in argumento Aristoph. Ach. ubi v. Elmsl., Euthynes vel Euthynus apud alios audit. — Mihi tamen magis placet, non cognitum annum Crateti fuisse.

xxxii. Hic finire disputationem possem. Nam quod promisi, praestiti, opinor. Sed cum consuetudinis mentio iniecta sit, ob quam tragici rebus gestis sui temporis usi sunt ad fabulas commendandas, nemo, spero, aegre feret, quod duo exempla adlidi, quorum rationes nondum perspectae sunt a viris doctis. Prius ad Aeschylum pertinet. De Telepho agens, cui responsum erat: ὁ τρώσας καὶ ἰάσεται, tradit Hyginus fab. ci. *Hoc Telephus ubi audivit, ad regem Agamemnonem venit et monitu Clytaemnestrae Orestem infantem de cunabulis rapuit, minitans se eum occisurum, nisi sibi Achivi mederentur.* Quo modo voti compos factus est, Euripidem sequi solet Hyginus, irridere Aristophanes. Itaque illum locum fabulae Euripideae, ubi Telephus Orestem interfecturus erat, nisi mederentur sibi Graeci, exagitatum puto a comico Acharn. 331. sqq., olimque pronuntiavi, praesertim cum accederet aliquatenus scholiasta ad vs. 332. τὰ δὲ μεγάλα πάθη ὑποπαίζει τῆς τραγῳδίας, ἐπεὶ καὶ ὁ Τήλεφος κατὰ τὸν τραγῳδοποιὸν Αἰσχύλον, ἵνα τύχῃ παρὰ τοῖς Ἕλλησι σωτηρίας τὸν Ὀρέστην εἶχε συλλαβών. Unde probabiliter, opinor, contendi in scriptione de Sophoclis Aleadis p. 19., videri pro *Αἰσχύλου* restituendum *Εὐριπίδου*. Hodie vero Aeschyli nomen retinendum censeo, quanquam nihilominus illo loco Euripidem irrideri ab Aristophane pro certissimo habeo. Nam non solum tota Acharnenses praecipue contra Euripidem scripta est, et praesertim contra eius Telephum, sed etiam in Thesmophoriazusis idem repetitur locus vs. 689. sqq., isque a Mnesilocho, *Euripidis* affini, unde perspicitur, Euripidea rideri. Neque vero dubium est, ea ex Telepho esse,

xxxiii. Hodie tamen Aeschyli nomen in scholio l. servandum censeo, et in huius fabula revera Telephum, ut sibi mederentur Graeci, Orestem arripuisse. Ad mihi probat notissima de Themistoclis fuga historia, quam ita narrat Nepos Themist. c. viii. *Ad Admetum, Molossorum regem, cum quo ei hospitium fuerat, confugit. Huc cum venisset et in praesentia rex abesset, quo maiore religione*

se receptum tueretur, filiam eius parvulam arripuit et cum ea se in sacrarium, quod summa celebatur cerimonia, coniecit. Inde non prius egressus est, quam rex eum data dextra in fidem recipere, quam praestitit. Magis etiam ad rem nostram pertinet Plutarchi narratio v. Themist. c. xxiv. *καὶ διωκόμενος ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων καὶ Λακεδαιμονίων ἔῤῥιψεν αὑτὸν εἰς ἐλπίδας χαλεπὰς καὶ ἀπόρους, καταφυγὼν πρὸς Ἄδμητον, ὃς βασιλεὺς μὲν ἦν Μολοττῶν, δεηθεὶς δέ τι τῶν Ἀθηναίων καὶ προσπελασισθεὶς ὑπὸ τοῦ Θεμιστοκλέους, ὅτ' ἤκμαζεν ἐν τῇ πολιτείᾳ, δι' ὀργῆς εἶχεν αὐτὸν ἀεὶ καὶ δῆλος ἦν, εἰ λάβοι, τιμωρησόμενος. Ἐν δὲ τῇ τότε φυγῇ μᾶλλον ὁ Θεμιστοκλῆς φοβηθεὶς συγγενῆ καὶ πρόσφατον φθόνον ὀργῆς παλαιᾶς καὶ βασιλικῆς ταύτῃ φέρων ὑπέθηκεν ἑαυτὸν ἱκέτης τοῦ Ἀδμήτου καταστὰς ἴδιόν τινα καὶ παρηλλαγμένον τρόπον. Ἔχων γὰρ αὐτοῦ τὸν υἱὸν ὄντα παῖδα πρὸς τὴν ἑστίαν προσέπεσε, ταύτην μεγίστην καὶ μόνην σχεδὸν ἀναντίῤῥητον ἡγουμένων ἱκεσίαν τῶν Μολοσσῶν. Ἔνιοι μὲν οὖν Φθίαν τὴν γυναῖκα τοῦ βασιλέως λέγουσι ὑποθέσθαι τῷ Θεμιστοκλεῖ τὸ ἱκέτευμα τοῦτο καὶ τὸν υἱὸν ἐπὶ τὴν ἑστίαν καθίσαι μετ' αὐτοῦ, τινὲς δ' αὐτὸν τὸν Ἄδμητον, ὡς ἀφοσιώσαιτο πρὸς τοὺς διώκοντας τὴν ἀνάγκην, δι' ἣν οὐκ ἐκδίδωσι τὸν ἄνδρα, διαθεῖναι καὶ συνεκτραγῳδῆσαι τὴν ἱκεσίαν.* Uxorem Admeti consilio suo adiuvisse Themistoclem, etiam Thucyd. tradit i, 136. cf. Diodor. xi, 56. Aristid. *ὑπ. τετράρων* p. 233. sq. Iebb. et schol. ad h. l. p. 680. Dind. Themistoclis, qui dicitur, Epist. xix. et si qui alii sunt. Hinc intelliges quam apte omnia conveniant. Supplices ad hostes veniunt Telephus et Themistocles, *) utrumque adiuvat regis uxor, uterque in ara sedens arrepto filio regis auxilium assequitur. Non dubito igitur quin Aeschylus quoque id ita instituerit. Sed quod ille aptissime fecit illo tempore, non potuit videri non ineptissimum spectatoribus, cum Euripides docuit Telephum (Olymp. lxxxv, 2.) praesertim si ex scintilla flammam excitavit, ut probare videtur, quod minatus dicitur Telephus, se occisurum Oresten, nisi opem sibi ferrent.

xxxiv. Videtur hac occasione Aeschyli Telepho simul

*) Etiam Sophocles de Themistoclis morte in tragoedia aliqua mentionem fecit ap. schol. Arist. Equ. 84. extr., ubi nescio cur dubitet grammaticus. cf. Lex. Apollon. v. *ταύρειον αἷμα*, ubi scribe *συμφωνεῖται*.

et eius Iphigeniae fragmentum reddi posse. Nam ut statim dicam, quod sentio, ab Aristophane Ranis vs. 1270.

Κύδιστ' Ἀχαιῶν Ἀτρέως πολυκοίρανε μάνθανε παῖ

ex Telepho, sequentem vero versum 1273.

Εὐφαμεῖτε μελισσόνομοι δόμον Ἀρτέμιδος πίλας ὀλγειν

ex Iphigenia petitum arbitror. Non satis constat scholiastis. Nam ad priorem versum legitur: *κύδιστ' Ἀχαιῶν· Ἀρίσταρχος καὶ Ἀπολλώνιος, ἐπισκέψασθε πόθεν εἰσί. Τιμαχίδας δὲ ἐκ Τηλέφου Αἰσχύλου· Ἀσκληπιάδης δὲ ἐξ Ἰφιγενείας.* Ad alterum vero haec extant: *εὐφημεῖτε μελισσόνομοι· οἱ διανέμοντες τὰ τῆς πόλεως, ἢ οἰκοῦντες ἐν τῇ πόλει. Ἄλλως· εὐφήμως λέγετε οἱ δίκην μελισσῶν νεμόμενοι ἐν τῷδε τῷ τῆς θεᾶς ἄλσει.* Non quaeram Asclepiadisne testimonium gravius sit an Timachidae. Ipsa res loquatur. Nam Aeschylus, ut aliunde compertum habere videor et alio loco demonstrabo, ut Sophocles, Polyidus atque etiam Euripides Iphigeniam Tauricam docuit, non Aulidensem. Quae coniectura si vera est, non potest ille locus lectus esse in Aeschylea Iphigenia. Sed Telepho optime convenit, quippe quam vidimus Argis actam esse. Neque vero Asclepiadis testimonium prorsus spreverim, sed culpam tribuerim scholiastae, quae ad utrumque versum notata erant, ad priorem retulisse solum. Nam cum Aristarchus et Apollonius quaeri iussissent, unde ambo versus essent (*εἰσὶ* non *ἐστί*), Timachidas priorem notaverit ex Telepho esse, alterum Asclepiades ex Iphigenia. Hoc saltem nemo negaverit, aptissime verba proferri potuisse in Iphigenia Taurica, fortasse a choro illius fabulae, si Euripidei dramatis meminerit. V. vs. 1209. sqq. Maxime vero Iphigeniae verba similia sunt vs. 1225.

ἐκποδὼν δ' αὐδῶ πολίτας τοῦδ' ἔχειν μιάσματος

et quae sequuntur.

xxxv. Sed haec hactenus. Levius est alterum exemplum, ex Euripidis Medea sumtum. Hanc Olymp. lxxxvii, 1. archonte Pythodoro editam esse ex argumento fabulae cognoscimus, ipso illo tempore quo bellum Peloponnesiacum exarsit. Temporum rationem habitam esse in nonnullis iam alii observarunt, sed id non memini quenquam observasse, pactum Aegei et Medeae simillimum esse foederi Atheniensium et Corcyraeorum. Rogatus a

Medea Aegeus, ut se reciperet Athenis, ita respondet v. 719. sqq.

πολλῶν ἕκατι τήνδε σοι δοῦναι χάριν,
γύναι, πρόθυμός εἰμι, πρῶτα μὲν θεῶν,
ἔπειτα παιδῶν ὧν ἐπαγγέλλει γονάς.
οὕτω δ' ἔχει μοι· σοῦ μὲν ἐλθούσης χθόνα,
πειράσομαι σου προξενεῖν δίκαιος ὤν,
τοσόνδε μέντοι σοι προσημαίνω, γύναι·
ἐκ τῆσδε μὲν γῆς οὔ σ' ἄγειν βουλήσομαι,
αὐτὴ δ' ἑάνπερ εἰς ἐμοὺς ἔλθῃς δόμους
μενεῖς ἄσυλος, κοὔ σε μὴ μεθῶ τινί.
ἐκ τῆσδε δ' αὐτὴ γῆς ἀπαλλάσσου πόδα·
ἀναίτιος γὰρ καὶ ξένοις εἶναι θέλω.

Eadem Atheniensium in foedere cum Corcyraeis facto est cautio et circumspicientia. De eo sic narrat Thucydides i, 44. *Athenienses decreverunt Κερκυραίους ξυμμαχίαν μὲν μὴ ποιήσασθαι, ὥστε τοὺς αὐτοὺς ἐχθροὺς καὶ φίλους νομίζειν, εἰ γὰρ ἐπὶ Κόρινθον ἐκέλευον σφίσιν οἱ Κερκυραῖοι ξυμπλεῖν, ἔλιόντ' ἂν αὐτοῖς αἱ πρὸς Πελοποννησίους σπονδαί· ἐπιμαχίαν δὲ ἐποιήσαντο τῇ ἀλλήλων βοηθεῖν, ἐάν τις ἐπὶ Κέρκυραν ἴῃ ἢ Ἀθήνας ἢ τοὺς τούτων ξυμμάχους.* Haec cum Euripideis comparanti non potest dubium esse, quin poeta ex rerum gestarum historia profecerit. Sed sufficiant haec; tu,

si quid novisti rectius istis,
Candidus imperti: si non, his utere mecum.

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ

Ρ Η Σ Ο Σ.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ. *)

Ῥῆσος παῖς μὲν ἦν Στρυμόνος τοῦ ποταμοῦ καὶ Τερψιχόρης, Μουσῶν μιᾶς, Θρᾳκῶν δὲ ἡγούμενος εἰς Ἴλιον παραγίγνεται νυκτός, στρατευομένων τῶν Τρώων παρὰ ταῖς ναυσὶ τῶν Ἑλλήνων. τοῦτον Ὀδυσσεὺς καὶ Διομήδης, κατάσκοποι ὄντες, ἀναιροῦσιν, Ἀθηνᾶς αὐτοῖς ὑποθεμένης, ὡς μέγαν ἐσόμενον τοῖς Ἕλλησι κίνδυνον ἐκ τούτου. Τερψιχόρη δὲ ἐπιφανεῖσα τὸ τοῦ παιδὸς σῶμα ἀνείλετο. ὡς ἐν παρόδῳ δὲ διαλαμβάνει καὶ περὶ τοῦ φόνου τοῦ Δόλωνος.

Ἡ σκηνὴ τοῦ δράματος ἐν Τροίᾳ. ὁ δὲ Χορὸς συνέστηκεν ἐκ φυλάκων Τρωικῶν, οἳ καὶ προλογίζουσι. περιέχει δὲ Νυκτεγερσίαν.

Τὸ δὲ δρᾶμα ἔνιοι νόθον ὑπενόησαν, ὡς οὐκ ὂν Εὐριπίδου· τὸν γὰρ Σοφόκλειον μᾶλλον

*) Ὑπόθεσις Ῥήσου Aldus.

Vs. 1. ἦν omisit Matthiaeus. 3. παραγίνεται M. 4. τῶν ante Τρώων om. M. Τρῷων M. 9. ἀφείλετο M. 9. sq. ὡς ἐν — Δόλωνος om. A. 11. 12. 13. post 19. posuit A. 13. νυκτ. A. M.

ὑποφαίνειν χαρακτῆρα. ἐν μέντοι ταῖς Διδασκαλίαις ὡς γνήσιον ἐπιγέγραπται, καὶ ἡ περὶ τὰ μετάρσια δὲ ἐν αὐτῷ πολυπραγμοσύνη τὸν Εὐριπίδην ὁμολογεῖ.

Πρόλογοι δὲ διττοὶ φέρονται. ὁ γοῦν δικαίαν ἐκτιθεὶς τὴν ὑπόθεσιν τοῦ Ῥήσου γράφει κατὰ λέξιν οὕτως·

Νῦν εὐσέληνον φέγγος ἡ διφρήλατος —

ἐν ἐνίοις δὲ τῶν ἀντιγράφων ἕτερός τις φέρεται πρόλογος, πεζὸς πάνυ καὶ οὐ πρέπων Εὐριπίδῃ, καὶ τάχα ἄν τινες τῶν ὑποκριτῶν διεσκευακότες εἶεν αὐτόν. ἔχει δὲ οὕτως·

Ὦ τοῦ μεγίστου Ζηνὸς ἄλκιμον τέκος
Παλλάς, παρῶμεν· οὐκ ἐχρῆν ἡμᾶς ἔτι
μέλλειν Ἀχαιῶν ὠφελεῖν στρατεύματα,
νῦν γὰρ κακῶς πράσσουσιν ἐν μάχῃ δορός,
λόγχῃ βιαίως Ἕκτορος στροβούμενοι.
ἐμοὶ γὰρ οὐδέν ἐστιν ἄλγιον βάρος,
ἐξ οὗ γ' ἔκρινε Κύπριν Ἀλέξανδρος θεὰν
κάλλει προήκειν τῆς ἐμῆς εὐμορφίας
καὶ σῆς, Ἀθάνα, φιλτάτης ἐμοὶ θεῶν,
εἰ μὴ κατασκαφεῖσαν ὄψομαι πόλιν
Πριάμου βίᾳ πρόῤῥιζον ἐκτετριμμένην.

---

16. ὑποφαίνει A. M. διδασκ. A. M. 20. et quae deinceps sequuntur non habet A. 21. ἐπιτιθεὶς M. 24. καὶ ἐν ἐνίοις M. 32. βιαίᾳ γ' Ἕκτ. M.

ΑΛΛΩΣ. *)

Ἕκτωρ τοῖς Ἕλλησιν ἐπικοιτῶν ἀκούσας αὐτοὺς πυρκαίειν, εὐλαβήθη μή φύγωσιν. ἐξοπλίζειν δὲ διεγνωκὼς τὰς δυνάμεις μετενόησεν Αἰνείου συμβουλεύσαντος ἡσυχάζειν, κατάσκοπον δὲ πέμψαντας δι' ἐκείνου τὴν ἀλήθειαν ἱστορῆσαι. Δόλωνα δὲ πρὸς τὴν χρείαν ὑπακούσαντα ἐκπεμπεσθαι ..... καὶ τόπον εἰς τὴν παρεμβολὴν ἀφώρισεν αὐτῷ. ἐπιφανέντες δὲ οἱ περὶ τὸν Ὀδυσσέα καὶ [Διομήδην], Δόλωνα μὲν ἀνῃρηκότες, ἐπὶ δὲ τὴν Ἕκτορος κοίτην ἐλθόντες, πάλιν ὑπέστρεφον οὐχ εὑρόντες τὸν στρατηγόν. οὓς Ἀθηνᾶ ἐπιφανεῖσα κατέσχεν. καὶ τὸν μὲν Ἕκτορα ἐκέλευσε μὴ ζητεῖν, Ῥῆσον δὲ ἀναιρεῖν ἐκέλευσε. τὸν γὰρ ἐκ τούτου κίνδυνον μείζονα ἔσεσθαι, ἐὰν βιώσῃ. τούτων δὲ ἐπιφανεὶς Ἀλέξανδρος ... ., ἐξαπατηθεὶς δὲ ὑπὸ Ἀθηνᾶς, ὡς δῆθεν ὑπὸ Ἀφροδίτης, ἄπρακτος ὑπέστρεφεν. οἱ δὲ περὶ Διομήδην φονεύσαντες Ῥῆσον ἐχωρίσθησαν. καὶ ἡ συμφορὰ τῶν ἀνῃρημένων καθ' ὅλον ἠλθε τὸ στράτευμα.

*) Ex codice Havniensi edidit Matthiaeus in notis T. viii. p. 2.

Vs. 1. *ἐπὶ κοιτῶν* M. 7. Lacunam non indicavit M. 9. *Διομήδην* om. M. 19. *καθόλον* M.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΧΟΡΟΣ ΦΥΛΑΚΩΝ ΤΡΩΙΚΩΝ. *)
ΕΚΤΩΡ.
ΑΙΝΕΙΑΣ.
ΔΟΛΩΝ.
ΑΓΓΕΛΟΣ. **)
ΡΗΣΟΣ.
ΟΔΥΣΣΕΥΣ.
ΔΙΟΜΗΔΗΣ.
ΑΘΗΝΑ.
ΠΑΡΙΣ.
ΡΗΣΟΥ ΗΝΙΟΧΟΣ.
ΜΟΥΣΑ. †)

---

*) *Τρωικῶν* om. Aldus.

**) Post nuntium *Ποιμήν*, ut nova persona additur in A.

†) Addit A. *Προλογίζει δὲ ὁ Χορός*. Musae nomen nomini aurigae praecedit ap. A. M.

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ ΡΗΣΟΣ.

ΧΟΡΟΣ. *)

Βᾶθι πρὸς εὐνὰς τὰς Ἑκτορέους
τὶς ὑπασπιστῶν ἄγρυπνος βασιλέως,
εἰ τευχοφόρων δέξαιτο νέων.

*) Chori notam omisit Aldus.

Vs. 2. τὶς A. βασιλέων A. 3. ἢ pro εἰ A.

SCHOLIA VATICANA ET FLORENTINA. †)

Vs. 1. Βᾶθι πρὸς εὐνάς — Βᾶθι ἀντὶ τοῦ βῶμεν. βᾶθι πρὸς εὐνάς, ὡς πλησίον γενόμενοι τῶν κοιτῶν τοῦτό φασιν: — (Οἱ φύλακες ἐν χορῷ σχήματι παρακελεύονται ἑαυτοῖς.)

2. Τὶς ὑπασπιστῶν — Ὁ ὑπασπιστὴς ἴδιον ὄνομα σύνεγγυς παρασπίζων τοῦ βασιλέως. ὁ γὰρ τευχοφόρος κοινὸς παντὸς ὁπλίτου: — [Ὑπασπιστῶν. ὑπασπιστὴς ἰδίως ὁ παρασπίζων τῷ βασιλεῖ, τευχοφόρος δὲ κοινὸς ἦν παντὸς ὁπλίτου. Florentinus 2.]

†) Scholiis Vaticanis, quibus subiecta est varietas lectionis ex Amatii apographo, uncinis inclusa addidi scholia Florentina a Matthiaeo edita.

Vs. 1, 2. γενομένων 3. ἑαυτούς.

κληδόνα μύθων, οἳ τετράμοιρον
νυκτὸς φυλακὴν πάσης στρατιᾶς,
πόλεως Τροίας προκάθηνται.
ὄρθου κεφαλὴν πῆχυν ἐρείσας,

4. κληδόνα A. Matthiaeus. 5. φρουρὰν pro φυλακὴν A. M. 6. πόλεως Τροίας om. M. 7. om. A.

4. Οἳ τετράμοιρον — ὅτι οἱ ἀρχαῖοι εἰς τρεῖς φυλακὰς νέμουσι τὴν νύκτα. Ὅμηρος [δέ]·

Glasg. Ἀλλ' ὅτε δὴ τρίχα νυκτὸς ἔην, μετὰ δ' ἄστρα βεβήκει.

5. Στησίχορον δὲ ὁ Σιμωνίδης πενταφύλακόν φησιν ὑποτίθεσθαι τὴν νύκτα. διαπορήσει δέ τις, ὅπως οἳ τετράμοιρον νυκτὸς φυλακήν. πρὸς ὃ ῥητέον, ὅτι οὐκ ἐντῷ καθόλου φησὶ τετραφύλακον, ἀλλὰ τὴν ἐν τῷ παρόντι φυλακήν, ὡσανεὶ πρώτην ἢ δευτέραν. ὁ δὲ Κράτης δείκνυσιν, ὅτι κατὰ τὸν Εὐριπίδην πενταφύλακος, ἔνθα ἐκτίθησιν τὰ ὑπ' αὐτοῦ εἰρημένα·

Τίς ἐκηρύχθη πρώτην φυλακήν;

καὶ τὰ ἑξῆς. πρώτους γὰρ τοὺς περὶ Κόροιβόν φησι φυλάττειν, δευτέρους δὲ Παίονας, τρίτους δὲ Κίλικας, οὓς καὶ Μυσούς φησιν, ὁμοεθνεῖς νομίζων, παραγειτνιᾷ γὰρ ὁ Ἀδραμυττηνὸς κόλπος τοῖς Μυσοῖς, παρὰ δὲ Μυσῶν αὐτοὺς τοὺς Τρῶας παραλαβεῖν· πέμπτην δὲ τοῖς Λυκίοις φησὶ παραβάλλειν τὴν φυλακήν· ὥστε οἱ τὴν τετάρτην μοῖραν φρουροῦντες ἐν ἀρχῇ, φησίν, οἳ τετράμοιρον νυκτὸς φυλακήν. ὁ δὲ Κράτης εὐχερῶς δείκνυσι τοὺς Μυσοὺς τοὺς αὐτοὺς τοῖς Κίλιξι φάσκων εἶναι. κεχωρισμένοι γὰρ ἀλλήλων εἰσίν, ὡς καὶ Ὅμηρός φησι·

Μυσῶν τ' ἀγχεμάχων καὶ ἀγάβων ἱππημολγῶν.

7. Iubente Valckenario p. 93. not. hunc versum, qui non extat in Ald. rell., cum Musgravio ex Flor. A. Par. G. addiderunt editores. Agnoscunt eum Flor. 10. Havn. Vict., hic cum var. lect. γρ. ὄρθου κεφαλόν. Eundem habuit scholiastes Vaticanus, qui ad hunc versum explicandum locum Homeri Iliad. κ', 80. adscripsit; neque deerat ei libro, ex quo sua hausit X. Π. p. 287. d. ubi legitur: ὄρθου κεφαλήν, πῆχυν ἐνθεὶς αἰχένι.

8. Pro βλεφάρων in schelii lemmate legitur βλέφαρον. Quod ne cui arrideat, monendum, infra etiam 538. ὄμματος ἕδραν pro simplici ὄμμα dici et in Electra 458. ἴτυος ἕδρα pro ἴτυς. add. Soph. Oed. Col. 45. Nostrum

locum ante oculos habuit Hesychius: *Γοργωπέν εδρᾶν, φοβερᾶν* [*καὶ*] *καθέδραν ἢ ὄψιν*, quod primus vidit Heringa ap. Valcken. p. 93. c. et corruptus itidem versus extat ap. *X. Π.* p. 287. d. *γοργωπὼν ἑδρᾶν τῶν βλεφάρων λύσατε.*

10. *Ἕκτορ* Ald. Herv. 1. 2. Brub. *Ἕκτωρ* Canter. Barnes. Musgr. *Ἕκτορα* Flor. 1. 2. Vict. — Quod dedi, cum Matth. reliqui receperant.

11. *τίς ὅδ' ὦ φίλος εἶ; φθέγγου τὶς ἀνήρ.* cum Aldo rell. *τίς ἀνήρ;* Herv. 2. Brub. *τίς ὅδ' ἢ φίλιος φθόγγος τίς ἀνήρ;* Flor. A. 10. Havn. quod reponi iussit Valcken. p. 93. not. *ἡ* in *ἦ* mutato, et Matth. recepit, probante Hermanno p. 299., qui *ἤ*, quod Havn. habet, et Dindd. ediderunt, locum habere negat. — *τίς ὅδ'; ἦ φίλος φθόγγος; τίς ἀνήρ* Vatic. Schotti Obss. poet. ii, 43, teste Barnes.; contra Matth. hunc librum xi, 24. praebere dicit *τὶς ὅδ' ἦ φίλοι φθέγγος τίς ἀνήρ. φθέγγος τις* etiam Par. E. *φθέγγ' ὅστις ἀνήρ* Par. G. Flor. 1. 2., in ceteris hi cum Aldina consentientes. *τίς ὅδ' εἶ φίλος φθέγμ' ὅστις ἀνήρ* Harl. Utrumque *ὦ φίλιος εἶ φθόγγου* et *φθέγγ' ὅστις* e Victor. notatur. In tanta scriptorum varietate, difficile erat eligere. Tamen et codicum ponderata auctoritate et sensus ratione habita, ita scripsisse mihi videbatur Euripides ut dedi. Verte: *Hicce quis es? amicorum quis sis effare.*

12. *θρόει* Havn. et ut videtur Flor. A., collato Valck. p. 93. not., quanquam Matth. nihil annotat. Hinc *τί τὸ σῆμα; θρόει* Valck. Musgr. Matth. et antea Heath. — *τί τὸ σῆμα θρόει* Dindd. Vulgata magis poetica videtur, siquidem nota dictio est *τὸ σῆμα ἄδει.* cf. v. c. Phoenix ap. Athen. xii. p. 530. F.

13. *ἡμετέρας* Ald. rell. *ἀμέρας* Flor. A. *ἀμετέρας* Flor. 10. quod recepi cum Matth. rell. excepto GDind. *Ἐκ νυκτῶν* idem fere ratus esse atque *νυκτός*, comparavit Matth. Gr. Gr. p. 692. cum Soph. Electr. 780. *ὥςτ' οὔτε νυκτὸς ὕπνον οὔτ' ἐξ ἡμέρας Ἐμὲ στεγάζειν ἡδύν.* Sed ap. Sophoclem *ἐξ* praepositio est causa efficiens, ut ap. Ae-

schyl. Cho. 288. *μάταιος ἐκ νυκτῶν φάβος*, v. Lobeck. Aglaoph. p. 635. not. t. Nostro loco *νύκτες* sunt tenebrae et sensus: *qui ex tenebris appropinquent, audire gestio.* Itidem de loco intelligi debet praepositio, si recte video, ap. Xenoph. Cyrop. viii, v, 12. *ὅπως καὶ ἐκ νυκτῶν — — εἴ τινες προσίοιεν, ἕξ ἑτοίμου ἀκοντίζοιεν.* cf. Rhes. 17. De plurali *νύκτες*, quem Atticos pro singulari usurpasse testantur grammatici, v. Dissen. de partibus noctis et diei p. 6. sq. et quos laudat, praesertim Blomf. ad Aesch. Cho. gloss. 282. Proprie plurali usus esse videtur Pindar. Pyth. i, 22. s. Boeckh.

14. Minus recte post *πλάθουσι* interrogationis signo distinguunt editores quidam. Alteram rationem praetuli cum Dindd. Contra Bothium, *ταῖς ἡμ. κοίταις* aut *τᾶς ἡμ. κοίτας* scribi iubentem, commode attulit Meerstadt. p. 16. Eur. Androm. 1167. *ἄναξ δῶμα πελάζει.*

17. *δόλος* Ald. rell. At *λόχος* Flor. A. Havn. quod cum GDind. praetuli. *οὐκ* pro *οὐκέτι* Flor. 1. 2. — vide ad vs. sq.

18. *ἔστι σὺ* Flor. 1. 2. scilicet ob *ἔτι* versu priore omissum. Eodem modo *ἔτι* pro *ἤδη* Vict. ex praecedente versu habet. *ἤδη* omittunt Flor. A. 1. 2. 10. Havn. Pro *προλιπὼν* est *προλιπῶν* in Herv. 2. *πολιτῶν* in Brub. — *ἤδη* ad *προλιπὼν* pertinet. Nolim vero cum Brodaeo: *excubiis nondum factis ac deductis* explicari. Potius propter *οὐκέτι* adiectum est: *hostibus nondum adventibus.* Alia placent Hermanno p. 300., cui *ἤδη* particula, metrici supplemento, eiecta, aut scribendum videtur: *μῶν τις λόχος ἢ δόλος ἐκ νυκτῶν; Οὐκέτι. τί σὺ γὰρ φυλακὰς προλιπὼν Κινεῖς στρ.*, aut, quod magis verisimile sit, ante *φυλακὰς* vox excidisse. Praecedentem anapaesto dactylum, quem ob personae mutationem excusandum censet Hermannus, coniectura illatum in Rheso vix quisquam feret. Alterum verum esse ostendi nequit. Priorem rationem adeptavit Lindemannus p. 7. pro *οὐκέτι* scribendum esse *οὔπω* coniiciens, sensum postulare ut *nondum* praecesserit, ratus. Atque id quidem recte. Sed, ut *ἔτι*

etiam de tempore praeterito usurpatur, οὐκέτι *nondum* significare posse arbitror, neque de hoc vocis sensu dubitavit Hermannus, qui p. 284. de choro scribit: *quum tamen modo nihil accidisse novi dixisset.* Saltem minimam veri speciem Lindemanni coniectura habet.

22. πανόπλοις Flor. 10.

23. χέρα σύμμαχον Ald. rell. Optime coni. Herm., probantibus Lind. p. 7. et GDind., συμμάχων, quod non tantum ob versum antistrophicum praestat, sed solum sensum aptum efficit. Nam εὐνάς, si epitheto caret, admodum languet. Post χέρα non punctum posui cum Hermanno, sed virgulam, quia vocativus etiam ad ὁπλίζου pertinet. Male Morstadt. p. 6. not. 2. vertit: *Waffne deine mitstreitende Hand*, sc. *deine Hand unsre Kampfgenossin*, quanquam vidit medium ad Hectorem referendum esse, ut infra legitur vs. 99. σὺ δ' ὡς τί δράσων πρὸς τάδ' ὁπλίζει χέρα.

24. Ἕκτωρ Flor. 1. 2.

25. ὄτρυν' ἔγχος ἀείρειν ἀφ. Ald. rell. ὄτρυνον Flor. A. Havn., quorum Flor. bis haec verba ita exhibet: βᾶθι πρὸς εὐνάς, ὄτρυνον ἔγχος | ὄτρυνον ἔγχος — itidem ὄτρυν' ἔγχος bis Flor. 10. — ὄτρυνον iam recepit Musgr. probante Matth., qui: ὄτρυνον ἔγχ., inquit, *est diiambus, cui in antistropha respondet diiambus* διϊπετῆ. Idem ego tenui cum Dindd. propter vim codicum et antistrophicum versum, quanquam Hermannus p. 300. ap. Lindem. p. 7. ὄτρυν' ἔγχ. scripsit itidem propter antistropham, v. ad vs. 43. At eodem auctore ἀεῖραι contra libros non dubitavi recipere, quod metrum dactylicum totius strophae, et is versus, qui huic respondet (43.), commendant. ἀφύπνισον hic transitivum est.

27. τοὺς ἵππους Ald. rell. Articulum ob antistrophicum temere illatum omis. Flor. 1. 2. 10. Havn. ψαλίους Flor. A. 10. ἁρμόσατ' ἐν ψαλίοις nescio cur coniecerit Morst. p. 22. not. Nam metrum non requirit, et sensus apte procedit, siquidem methypallage, quae dicitur, Graecis usitatissima est. v. Lobeck. ad Soph. A. 196.

28. *τίς δ' εἶσ'* Ald. reli. *δ'* omissum in Flor. 1. 2. 10. Havn. eiecerunt Both. Hermann. p. 300. ap. Lind. p. 7. G. Dind. *Πανθοΐδαν* ob metrum dactylicum praetuli cum Bothio. Ceterum dubitari potest, Euphorbumne an Polydamantem intelligi voluerit poeta. Haec Piersoni erat sententia ap. Valcken. p. 94. a. Ille magis placet, quia manu fortes enumerantur, et de Euphorbo Homer. Iliad. *ρ*, 80: *Τρώων τὸν ἄριστον ἔπεφνεν, Πανθοίδην Εὔφορβον*, quanquam Polydamas etiam cum alibi tum Il. *ο*, 446. virtutis bellicae laude ornatur.

29. *Εὐρώτας* Flor. A. Havn. Vict. et lemma schol. Vat., quae saepissime occurrit confusio — v. Eurip. Andr. 802. Iph. T. 133. 385. — *ἀγὼν* Herv. 1. 2. Brub. Falso Matthiaeus: *hunc*, inquit, *et sequentem versum citat Eustath. ad Dionys. Perieg.* 270. At nihil ibi legitur nisi: *ὅτι Εὐρώπη ἡ χώρα ἐξ Εὐρώπης λέγεται καθὰ καὶ Λυκόφρων φησίν, ἀφ' ἧς ὁ Σαρπηδών, ὡς ἱστορεῖ Εὐριπίδης ἐν Ῥήσῳ.* In iis quae sequuntur *ὁ δὲ ἐκ Λυδίας Σαρπηδών*, quivis videt *ἐκ Λυκίας* scribendum esse — v. Homer. Iliad. *β'*, 876., ut iam correctum esse puto in melioribus editionibus. Ad eundem versum respexit etiam scholiasta Dionysii l. l. [*ἐκ ταύτης (Εὐρώπης) γὰρ ὁ Σαρπηδών, ὡς ἱστορεῖ Εὐριπίδης ἐν Ῥήσῳ*], monente Hermanno p. 279. Piersoni coniectura *γόνον* pro *τὸν* scribentis, quanquam elegantem vocat Valcken. p. 94. a., inepta hodie nemini non videbitur.

Quod ad scholium huius loci attinet, recte monuit grammaticus, apud Homerum non esse Sarpedonem Europae filium. Hunc sensum esse verborum quae leguntur lin. 1. persuasum habeo, quanquam mihi non arrogo verba ipsa grammatici dedisse. Propius a vulgata *παρ' Ὁμήρῳ πρὸς ὄρεσιν Εὐρώπης* fortasse abest: *παρ' Ὁμήρου προεποίησεν Εὐρ. contra Homeri sententiam finxit.* Utut est respicitur Pseudohomeri *) locus, Iliad. *ξ'*, 321., ubi

*) De authentia huius loci post alios v. Lobeck. Aglaoph. p. 286. sq.

inter Iovis et Europae filios non nominatur Sarpedo. Primus quantum novimus Hesiodus hanc genealogiam invenit, ut docet hoc scholium lin. 2. et grammaticus ad Iliad. μ′, 292, ubi cum Hesiodo etiam Bacchylides huius sententiae auctor nominatur; *) idem ex Hellanico probat Rhesi interpres lin. 3., quem de Europa verba fecisse, intelligitur ex schol. Homeri Iliad. β′, 494. Quae hanc sequitur genealogia Socratis lin. 3., eam alibi legi non memini. Est vero paullo artificiosior. Veri enim cum videretur minus simile Sarpedonem, Minoïs et Rhadamanthi fratrem, Troiani belli tempore superfuisse, alii tres cum aetates vixisse statuerunt — v. Apollodor. iii, 1, 2., alii Troianorum socium nepotem fuisse tradiderunt prioris Sarpedonis, quem expulsum a fratre Minoë in Lyciam traiecisse, fama erat — v. Herodot. i, 173. — Hoc innuit Eustath. ad Il. ζ′. p. 636. καὶ οὕτως μὲν ὁ ποιητής. οἱ δὲ νεώτεροι Εὐρώπης καὶ Διὸς υἱὸν Σαρπηδόνα λέγοντες καὶ ἀδελφὸν αὐτὸν ἱστοροῦντες τοῦ Μίνωος, ἄλλον ἐκεῖνον Σαρπηδόνα γενεαλογοῦσι, παλαιότερον ὥς φασιν οἱ ἀκριβέστεροι. Itidem Diodor. Sic. v, 79. Εὔανδρον δὲ γενόμενον υἱὸν αὐτοῦ (prioris Sarpedonis) διαδέξασθαι τὴν ἐν Λυδίᾳ (scr. Λυκίᾳ) βασιλείαν καὶ γήμαντα Δηϊδάμειαν τὴν Βελλεροφόντου τεκνῶσαι Σαρπηδόνα τὸν ἐπὶ Τροίαν μὲν στρατεύσαντα μετ' Ἀγαμέμνονος, ὑπό τινων δὲ Διὸς υἱὸν ὀνομαζόμενον. **) Aeque ut duos Sarpedones duos finxerunt Minoës. Iam legimus ap. Diodor. Sic. iv, 60.

*) Male Passovius in lex. Gr. s. v. Εὐρώπη, Europae Phoenissae primam fieri mentionem ap. Herodotum prodidit.

**) Temere Meziriac. ad Ovid. Herr. i. p. 50. sq. Ἴσανδρον et Ἀσοδάμειαν corrigi vult. Nam Isander Homeri, qui est in Strabonis libris xii. p. 573. xiii. p. 360. Tzsch. Πείσανδρος, non est pater sed avunculus Homerici Sarpedonis. cf. Iliad. ζ′, 197. Ἀσοδάμεια vero et Δηϊδάμεια eiusdem heroïnae diversa videntur nomina fuisse, aut errare potuit Diodorus, ut statim post, ubi cum Agamemnone contra Troiam pugnantem dixit Sarpedonem; quanquam ἐπὶ τὴν Ἴλιον, ubi dativum expectaveris etiam legitur in Rhesi scholio lin. 6. — adde Conon. Narr. 4. Ῥῆσος ἐπὶ Τροίαν Πριάμῳ συστρατεύσας.

Μίνως δὲ διαδεξάμενος τὴν βασιλείαν (post Asterium) *καὶ γήμας Ἰτώνην τὴν Δυκτίου, Λύκαστον ἐγέννησεν, ὃς διαδεξάμενος τὴν ἀρχὴν καὶ γήμας Ἴδην τὴν Κορύβαντος ἐγέννησε Μίνωα τὸν δεύτερον, ὃν τινες Διὸς υἱὸν ἀναγράφουσιν.* Lycastum Minoïs filium fuisse praeterea tradit Eustath. ad Il. *β'*. p. 313. et Creticum hoc nomen legitur apud Parthenium p. 26. sq. ed. Passow. Unde perspicuum est Socratem, quo magis omnia concinerent, etiam alteros illos Minoës et Sarpedones fratres statuisse. Itaque hoc habes stemma Europae et Iovis:



Sed alter ille Sarpedo apud Homerum, neque Cres est neque Minoïs frater, sed Iovis ex Laodamia Bellerophontis filius, Lyciorum princeps. cf. Iliad. *ζ'*, 198. sqq. *ε'*, 633. sqq.

Europarum, praeter Oceanidem lin. 8. commemoratam, cuius meminerunt Hesiod. Theogon. 357., Andro Halicarn. ap. Tzetz. ad Lycophr. 1283., schol. Hom. Il. *π'*, 233. [p. 450. a. 3. Bekk.], secunda Phoenissa dicitur lin. 10. sq. loco corrupto. Vulgata lectio: *ἑτέραν δὲ φοινικα..... καὶ ἀγένορος· ὡς καὶ εὐριπίδης καὶ ἄλλοι ἱστοροῦσιν· καὶ τοῦ περὶ τὸν μίνω γενέσθαι φασὶν* tripliciter potest corrigi. Etenim aut Phoenix solus, aut solus Agenor, aut uterque pater huius Europae nominatus erat. Prima ratio, quae postularet, ut ita fere scriberetur: *ἑτέραν δὲ Φοίνικος οὖσαν τοῦ Ἀγήνορος*, displicet, quod Eu-

ripides huius genealogiae auctor cum aliis allegatur. Hic enim eam Agenoris dixit filiam, siquidem ad Phrixum eius respexit grammaticus, quod probabile est. Sin solius Agenoris mentio facta erat, potuit ita scriptum fuisse: ἑτέραν δὲ Φοίνισσαν εἶναι Ἀγήνορος, ut Φοίνισσαν opponeretur priori Ὠκεανίδα. Sed cum magis placeat, utramque famam, utpote a grammatico fuisse relatam, alium in modum praetuli scholium refingendum. Mater denique Europae, cuius mentio fit lin. 16. ex Hegesippi Palleniacis — v. de eo Stephanus Byz. v. *Παλλήνη* et *Μηκύβερνα*. Dionys. A. Rom. i, p. 39, 10. Sylb. Parthenius c. 6. Voss. de hist. Graec. p. 372. et qui nuperrime de eo egit Clinton. Fast. Hellen. iii. p. 560. h. et i. Add. p. 435. — mater, inquam, Europae, quae aliis Cassiepea, Perimede, Agriope s. Argiope est, *Telephe* s. *Telephaë* vocatur a Stephano Byz. v. *Δάρδανος* et *Θάσος* et schol. Eur. Phoen. 5., de quibus formis consule interpp. Steph. et Eurip. ll. ll., *Telephassa* ab Apollodor. iii, 1, 1. 4, 1., s. *Telephaassa* a Moscho ii, 40. 42. ubi v. Meinekius in ed. nov., *Telephane* ab Hegesippo. Omnes has formas eiusdem nominis ferendas duco, ne alios nominem, cum doctissimo Lobeckio Aglaoph. p. 966. pp.

31. *μούναρχοι* Ald. rell. *μόναρχοι* Flor. A. 1. 2. 10. Havn. Vict. et *γυμνήτων*, quod recepi cum Dindd. pro vulgata *γυμνητῶν*. Utraque forma proba est; v. Krueger. ad Xenoph. Anab. iv, 1, 6. p. 188. Sunt vero praesertim *οἱ ψιλοί*, *funditores* et *sagittarii*, ita ut passim *peltastis* opponantur, quanquam interdum his etiam adnumerantur. Hic soli *funditores* intelligendi sunt.

32. *τοξοφ. τε* Ald. rell. *δὲ* pro *τε* Flor. A. 10. quod recepi cum LDind., quanquam Hermannus p. 300., *Recte*, inquit, *vulgo τοξοφόροι τε*, obsequente GDindorfio. Ego rationem satis gravem non video a codicibus recedendi. Nam qui est timor militum, singulas sententias disiunctas pronuntiant, et modo hoc modo illud praecipiunt.

γε

33. *νεβραῖς* Flor. 10. *τό ξα νευραῖς* Flor. 2. Vict. quae est metrici correctio. v. ad vs. 51. Monente Spanhem. ad Callim. h. in Apoll. 33. hinc sumsit Hesychius *κερόδετα τόξα*. Non recte videtur Brodaeus explicare: *arcus e ligno et cornibus concinnati, qui Turcis hodie sunt in usu.* Nam *δετος* in compositis nihil fere mutat significationem vocis simplicis. Cf. Reisig. ad Soph. O. Col. crit. 709.

35. *θρασύνεις* Ald. rell. *θαρσύνεις* Flor. A. 1. 2. 10. Vict. quod recepi cum Matth. rell. Falsae scripturae patrocinatur etiam *X. Π.* qui p. 264. b. ita hunc cum priore versu interpolavit: *πῆ γάρ μ' ἀπαγγέλλεις ἀκούειν δείματα Πῆ δὲ θρασύνεις κοὐδὲν ἄρα καθαρῶς.*

36. Quod libri cum Aldo rell. tenent *ἀλλ' ἤ*, id cum Bothio et Dindd., non nolente Matthiaeo, in *ἀλλ' ἦ* mutavi. Neque vero cum Matth. post *στρατιὰν* interrogationis signum ponendum censui, ut sit *an vero*, v. Monk. ad Hippol. 936. — sed est affirmatio: *at profecto.* Quae cum commoto Hectoris animo videretur conveniens magis, quam coniecturale alterum *ἀλλ' ἤ*, quod unice verum censuit Hermannus p. 300., illud praetuli. Librorum vero scriptura non ita esset explicanda, ut Matthiaeo placuit, qui alterum membrum supplet: *ἢ ἡμῖν ἐνοχλεῖν βούλει*, quae ratio admodum esset ieiuna, sed hoc fere modo: *ἀλλ' οὐκ οἶδα ὅ τι ἐστίν, ἤ φοβεῖ.* Deinde *παντὸς* pro *Πανὸς* Havn. *Μάστιξ* vero non aliorum solum deorum occurrit saepius, ut post Homericum *Διὸς μάστιγι δαμέντες* in oraculo ap. Lactant. instit. i, 7, 10. p. 48. Bun., sed ipsi Pani, monente Musgravio a Nonno tribuitur, qui scripserit Dionys. x, 4. *μανιώδεϊ Πανὸς ἱμάσθλῃ* cf. xxi, 116. add. Silius Ital. xiii, 329. Idem invenitur in cultu huius dei. Nam secundum Stephan. Byz. v. *Πανὸς πόλις* dextera hic deus lorum gerebat, quo fugasset Lunam. v. Creuzer. Symbol. T. iii. p. 236.

Κρόνιος cur vocetur Pan dubitari potest. Tres in scholiis afferuntur lin. 9. sqq. explicationes, aut quod

παλαιὸς sit, aut quod Saturni filius habeatur, aut παππωνυμικῶς eum appellatum esse. Quarum quae secunda commemoratur etymologia, minus arridet. Neminem enim huius genealogiae auctorem video, nisi Aeschylum *) loco corruptissimo apud schol. lin. 12. Praeter hunc, si tamen vera de Aeschylo narrantur in scholiis, Io. Lyd. de mensss. hanc genealogiam profert iv, 74. p. 274. Roeth. *Τινὲς δέ φασι*, inquit, *τὸν Πᾶνα ἐκ Κρόνου καὶ Ῥέας γενέσθαι, ἀντὶ τοῦ ἐκ τοῦ νοῦ καὶ τῆς ὑγρᾶς οὐσίας*; ubi quae confert Roetherus, eiusdem monetae sunt. Tamen hanc explicationem sequi videtur Hermannus. Primam rationem tuitus est Welcker. p. 640. qui verterit: *den ewigen uralten Pan*, eam ob causam *Κρόνιον* Nilum vo-

*) Dum meliora inveniantur, ita hoc fragmentum refingendum censeo: *Αἰσχύλος δὲ Γλαύκῳ Ποντίῳ τὸν μὲν Διός, Ἀρκάδος δίδυμον, τὸν δὲ Κρόνου.* Neque enim dubium videtur, duos Panes distinxisse Aeschylum, alterum Iovis, alterum Saturni filium; deinde cum *δίδυμον* in scholio certum sit, facilis est coniectura in verbis *ὃν καὶ* latere Arcadis nomen, quocum Panem natum esse multi tradiderunt. Quodsi probabile est, hunc fere verborum Aeschyli fuisse sensum, qua id dixerit in fabula, multo difficilius est cum aliqua veri specie definire. Ad Theocriti verba iv, 62. *τό τοι γένος ἢ Σατυρίσκοις Ἐγγύθεν ἢ Πάνεσσι καχοκνάμοισιν ἐρίσδει* scholiasta haec scripsit: *τοὺς Σατύρους οἱ πλείονές φασιν, ὡς καὶ τοὺς Σειληνοὺς καὶ Πᾶνας, ὡς Αἰσχύλος μὲν ἐν Γλαύκῳ, Σοφοκλῆς δὲ ἐν Ἀνδρομέδᾳ.* Quod scripsit Casaubonus ex sequenti scholio *τοὺς Σατύρους ἀκρατεῖς οἱ πλείονές φασιν*, id probari nequit. Cur enim *οἱ πλείονες*, cum omnibus de Satyrorum immoderantia constiterit? Infelicius etiam Toupius sensum dixit: tum Satyros tum Silenos a nonnullis Panes dici, ut ab Aeschylo et Sophocle, scilicet in satyricis. Proprius a vero abest Codex Vatic. 4. *καὶ σατυρίσκους τοὺς Πᾶνας οἱ πλείους φασίν, ὡς καὶ τοὺς σειληνοὺς καὶ τοὺς σατύρους, ὡς Αἰσχ.* Hinc scholium ita fere legendum: *καὶ Σατυρίσκους καὶ Πᾶνας πλείους φασίν, ὡς καὶ τοὺς Σειλ. κ. Σατ. Satyriscos et Panas pluraliter dicunt, quemadmodum Silenos et Satyros*, ad quod probandum Aeschylus citatur et Sophocles. Nam in Theocrito semper singularis vocum *Πάν* et *Σατυρίσκος* praeter hunc locum extat. De immoderantia Panum infra dicitur diserte, teste Callimacho. Iam cum Panes plures non saepius ab Aeschylo commemoratos esse probabile sit, ex Glauco haec verba in scholiis ad Rhesum videntur prolata. Hunc Glaucum Pontium fuisse coniicio propter Panis auxilium in bellis Persicis Atheniensibus latum. Nam Glaucum *Pontium* ad Persarum trilogiam pertinuisse, hodie videtur certum esse.

cari a Pindaro monens, *Αἰῶνα* ab Euripide Heraclidis, Amorem et Auras ab Orphicis, ab aliis Chironem. Quorum Euripidis locus Heracl. 900. *Αἰών τε Κρόνου παῖς* non potest nisi ita explicari, ut poeta eum revera Saturni filium finxerit. De Pindari loco Pyth. iv, 56. rectiora dederunt Boeckh. et qui ab eo laudantur Explicc. p. 270. Chironem Saturni et Philyrae filium plerique dixerunt, cf. Pindar. Pyth. iv, 115. Apollodor. i, 2. 4. ubi v. Heyn. In equum transformatus Saturnus a Pherecyde et Gigantomachiae auctore dicebatur Chironem genuisse. v. schol. Apollon. Rh. i, 554. ii, 1231. Alia exempla quae potuissent afferri, aliter sunt explicanda. Itaque quanquam non nego, interdum *Κρόνιος* pro vetusto usurpari, ut ab Aristophane Nubb. 398. ubi v. Schol., sed de personis ita *Κρονίδης*, aut *Κρόνιος*, aut *Κρόνου παῖς* non usurpatur. Unice vera, si quid video, ea est explicatio, quae tertia profertur, Panem *παππωνυμικῶς* appellatum esse, ut Achilles Aeacides vocatur, Tydeus Oenides, alii aliter. Hinc Pindarus Pelopem *Κρόνιον* dixit Olymp. iii, 24. ubi v. schol. et Boeckh. ad schol. p. 99. 1., et Euripides Dardanum nominavit *Κρόνιον* Troad. 1288. Cf. Schneidew. Ibyco p. 147. qui hunc poetarum usum, gentilia nepotum ab avorum nominibus derivantium, exemplis illustravit. — His adiungo, quae opus sunt sciri ad emendandum scholium corruptissimum. Initium paucis mutatis ita posset refingi: *τὸν Πᾶνα οἱ μὲν Πηνελόπης φασὶν ἢ Καλλιστοῦς καὶ Διὸς παῖδα, γενόμενον ἀμφὶ τὸ ὄρος Κυλλήνης.* Sed neque alias Pan dicitur *Iovis ex Penelopa* filius, neque in monte Cyllene sed Lycaeo traditur natus. Accedit quod ultima verba filiae nomen excidisse suadent. Quae si reputes, graviorem labem hunc locum traxisse probabile erit. Quare collato schol. Theocriti i, 123. dubitari potest, an scripserit Rhesi interpres: *Τὸν Πᾶνα οἱ μὲν Πηνελόπης καὶ Ὀδυσσέως ἢ Ἑρμοῦ φασίν, οἱ δὲ Καλλιστοῦς καὶ Διός, καὶ δύο παῖδας γενομένους Πᾶνα καὶ Ἀρκάδα, μίαν δὲ θυγατέρα Κυλλήνην, ἀφ' ἧς τὸ ὄρος Κυλλήνης.* A Cyllene enim aliqua multi

monti nomen inditum esse tradiderunt. Schol. Eur. Orest. 1642. Matth. Pelasgus γυναῖκα ἀγαγόμενος ἐπιχωρίαν Κυλλήνην, ἀφ' ἧς τὸ ὄρος οὕτω καλεῖται, υἱὸν ἔσχε Λυκάονα. Dionys. Hal. A. Rom. i. p. 11. Sylb. ex Pherecyde: Πελασγοῦ καὶ Δηϊανείρας γίγνεται Λυκάων. οὗτος γαμεῖ Κυλλήνην, Νηΐδα νύμφην, ἀφ' ἧς τὸ ὄρος ἡ Κυλλήνη καλεῖται. cf. Eustath. Od. ω. p. 1951. Il. β'. p. 300. *) Igitur, quamvis nemo Cyllenen Callistus filiam dixerit, non verisimilitudine caret, filiam Callistus eodem, quo mater eius vocabatur nomine, nuncupatam esse.

In iis quae lin. 3. sequuntur, ab aliis Panem Apollinis et Penelopes dici, Euphorio quo nomine ornarit hunc deum incertum est. Νυμφαγενής, Νυμφαγενέτης vel Νυμφαγνήτης; potest dedisse, quanquam explicatio: τραφέντα παρ' ἐκείναις aliud potius suadet. Ariaetho Tegeata **) auctore Αἰθέρος καὶ Οἰνόης Νύμφης dicitur fi-

*) Contra Pausanias constanter ab heroe Cyllene, Elati filio, hunc montem nomen traxisse prodidit. v. viii, 4, 4. et 6. viii, 17, 1. cf. Boeckh. Explicc. Pind. p. 160.

**) Huius quod nomen fuerit non prorsus certum est. Nam ubique libri variant. Apud Hyginum Poet. Astron. ii, 1. et 6. *Arieth*us *Tegeates historiarum scriptor* editur. Priore loco Munckeri Cod. A. *Aratus* habet, suos omnes *Arieth*us praebere testatur Staveren; editio Sanctandreana *Arietibus*, Veneta *Arietus*. Maior etiam discrepantia in altero loco: *Aritus* unus ex Ulitianis, *Arihaetus* d'Orvillanus, *Arrhetus* Voss. i., *Aries* Voss. ii., et Leopardus in margine notavit: Φερεκύδης δὲ φησι καὶ Ἀραιθος est apud Tarrhaeum p. 41. [schol. Apoll. Rh. ii, 498.] Eiusdem meminit Dionys. Hal. A. Rom. i. p. 39. Λέγεται δὲ ταῦτα ἄλλους τε καὶ Ἀρίσθῳ [Ἀριαίθῳ Cod. Vatic. ap. Clinton.] γράψαντι τὰ Ἀρχαδικά, ubi Sylburg. *Arieth*um a Lapo nominari monet; ipse Ἀρίθῳ vel Ἀρειθῳ, a contracto Ἀρίθους scribi vult, probante Vossio de histor. Gr. p. 331. 333. Pro Ἄραιθος ap. interpr. Apoll. Rh. l. l. varia est lectio Ἄρατος; sed Ἀρίαιθος vocatur etiam in scholiis ad Il. δ', 319. p. 134. b. 6. et 18. in codd. Venet. B. et Victor. Hinc omnibus momentis ponderatis maxime probabile videtur, Ἀρίαιθον hunc hominem fuisse appellatum, quod in Hygini loco in Ariethus degeneraverit, ut *ae* saepissime in *e* mutatur a librariis Romanis. Quare non dubitavi, praeeunte Clintono Fast. Hell. iii. p. 558. i. p. 435., hoc nomen recipere Graecae nominum propriorum analogiae minime repugnans. Eandem formam probat, ut nunc video, Welckerus de Cyclo, ubi addit laudari Ariaethum a Tzetza ad Scutum [vs. 120.] Et legitur quidem Ἀρίαιθος in cod. B. Gaisf., sed admodum dubito an scriptor aliquis non significetur.

lius lin. 5., quibus eadem fere leguntur apud schol. Theocrit. i, 123. ἕτεροι δὲ Αἰθέρος καὶ Νύμφης Οἰνηΐδος [ἢ Νηρηΐδος], et i, 3. Ἀρίστιππος ἐν Ἀρκαδικῷ [ἐν τῷ ά Ἀρκαδικῶν Toup.] Διὸς καὶ Νύμφης Οἰνηΐδος. Quae eadem est genealogia, et Οἰνηΐς et Οἰνόη eiusdem mulieris sunt diversa nomina. *) Cui eandem, cave, habeas eam, quae deinceps lin. 6. commemoratur Ὀρσινόη Nympha. Potius conferendus Pausanias viii, 30, 3. καὶ ἄγαλμα Πανός, λίθου πεποιημένον· ἐπίκλησις δὲ Σινόεις ἐστὶν αὐτῷ, τήν τε ἐπίκλησιν γενέσθαι τῷ Πανὶ ἀπὸ Νύμφης Σινόης **) λέγουσι, ταύτην δὲ σὺν ἄλλαις τῶν Νυμφῶν καὶ ἰδίᾳ γενέσθαι τροφὸν τοῦ Πανός. De Epimenide lin. 7. consentit schol. Theocriti i, 3. Ἐπιμενίδης δὲ ἐν τοῖς ποιήμασιν αὐτοῦ Διὸς καὶ Καλλιστοῦς ***) Πᾶνα καὶ Ἀρκάδα [libri Ἀρκάδω ut in Rhesi scholio lin. 8.] διδύμους, quibuscum pugnant ea quae de Pane, Epimenide auctore, tradit Eratosthenes, qui dicitur, cataster. xxvii. et schol. Germanici 285. et Epimenidis nomine omisso Hygin. poet. Astron. ii, 28. Cum vero ab Eratosthene vocetur Ἐπιμενίδης ὁ τὰ Κρητικὰ ἱστορῶν, utrumque auctorem diversum esse dixe-

*) Ita ab Oeneo gens Attica Οἰνῆις vocabatur — v. Demosth. Epitaph. p. 588. Bekk.; urbs vero quae itidem ab Oeneo nomen derivabat, Οἰνόη appellabatur. v. Pausan. ii, 25, 2.

**) Facili quidem coniectura Siebelis. ad Pausan. T. iii. p. 295. pro Σινόεις et Σινόης legendum dicit Οἰνόεις et Οἰνόης. Sed ut dubites, efficit scholiasta Rhesi apud quem diserte distinguuntur Orsinoe et Oenoe. Fatendum igitur aut Pausaniae aut hunc locum corruptum videri. Neque enim dubito, quin eandem matrem et Pausanias et Rhesi interpres significaverit. Ὀρσινόην verum videtur nomen, et recte fortasse explicat Welckerus (de Cyclo p. 323. not. 532.), ita appellatam esse autumans propter τὰ Πανικὰ κινήματα.

***) Callistus nomen, ut etiam in schol. Theocriti i, 123. mater Panis audit, non erat, quod Warburtonus ad l. schol. Theocr. in Θεμιστοῦς mutandum diceret, collato Stephan. Byz. v. Ἀρκάς, ubi mater Arcadis *Themisto* dicitur. Idem Eustath. ad Dionys. 414. ad Iliad. β. p. 300, 29. 30. tradidit. Callisto enim non raro et Panis et Arcadis mater fingitur. Magis dubium est, utrum recte se habeat *Megisto*, quam Ariaethus ap. Hygin. poet. Astron. ii, 1. et 6. Arcadis matrem fuisse perhibet, an hoc saltem nomen corruptum sit.

rim. Musaeae denique lin. 8. commemorati, non afferuntur verba, si quid video. Cum eius Europiaca saepius laudentur — probabile enim est, Musaeum Patrensem significari, cuius fere in rebus mythologicis mentio fit et qui de Pane in Europiacis egit. schol. Theocrit. i, 64. ad Lucian. diall. deor. xxiii. — ne quis scribendum censeat: *Μυσέας δὲ ἐν Εὐρωπιακῶν*, monendum est ita ξένως, ξενικῶς usurpari. cf. praeter Platon. Cratyl. p. 412. B. *σκοτωδέστερον καὶ ξενικώτερον*: schol. Eur. Androm. 1. Med. 1377. *)

39. *πολλὰς* Flor. 1.

40. *τρανὲς* Flor. A. ap. Matth. (*τρανῶς* idem ap. Valck. p. 102. not.) de voce *τρανὲς* v. Lobeck. ad Soph. Ai. 23. — *γε* quod post *οὐδὲν* Ald. rell. addunt, omittunt omnes MSS. Musgr. Flor. A. 1. 2. 10. Havn. et eiecit Musgr. rell. *X. Π.* p. 264. b. *θρηνοῦσα πολλὰ τρανὸν οὐδὲν δεικνύεις.*

41. *πῦρ αἴθει* Flor. A. Vict. quod praefert Valck. p. 102. not. et ad Herodot. p. 343., quia *πυραίθειν* primam corripiat. At id ipsum suadet, Aldi et rell. lectionem retineri, ut intellexit Herm. p. 300. ap. Lindem. p. 7. et GDind. Valckenarium tamen secutus est cum Matthiaeo in notis LDindorfius. Ceterum *πῦρ αἴθειν* ap. Euripidem extat Iph. A. 1471. *αἰθέσθω πῦρ.* cf. Troad. 298. *πεύκης αἴθεται σέλας.* 320. *ἀναφλέγω πυρὸς φῶς.* et plurali numero in Rheso 96. *αἴθουσι πᾶσαν νύκτα λαμπάδας πυρός*, vs. 136. *πυρὰ δαίεται.* intransitive vero Soph. Ai. 285. dixit: *ἡνίχ' ἕσπεροι Λαμπτῆρες οὐκέτ' ἦθον.* Legitur tamen *πυραίθειν* in Rheso 78. *τίς γὰρ πυραίθειν πρόφασις Ἀργείων στρατόν* et vs. 811. *πυραίθειν Ἀργείων στρατόν.* Coniunxit etiam scholiasta, qui ideo dixit hunc versum *κεχιασμένον*, quod *πυραίθει* una pronuntiandum esset. Quae altera additur ratio, prorsus inepta est, quanquam

*) Quae sequitur Panici terroris explicatio, in ea Homeri locus lin. 16. est Od. *ζ*, 122. Cuius poetae locus lateat lin. 14. dicere nequeo.

Welckero p. 634. Aristarchi sive alius, qui drama spurium haberent, haec nota videbatur. Quam recte, ipse viderit.

Ibid. Pro *Ἀργόλας* habent *ἀργόλαος* lemma schol. *ἀργέλας* Flor. 1. 2. Vict. *ἀργέλαος* Havn. Saepissime librarii contractas formas mutaverunt. v. vs. 248. 249. *Ἀργόλας* ne plures commemorem agnoscitur ab Eustath. ad Dionys. 419. Steph. Byz. v. *Ἄργος*, ubi laudatur Eurip. Plisthenes (fr. v.) et alii.

42. *ἀνόρφναν* Flor. 1.

43. *ναῶν* Flor. 1. 2. Vict. Havn. lemma schol.; notatur tamen in Vict.: *alii ῥεῶν πυρσοῖσι σταθμά. πυρσοῖ σταθμά* Ald. Herv. 1. 2. Brub. Cant. Barn. *πυρσοῖσι* Flor. A. 1. 2. 10. Aldinae lectio quanquam non contemnenda est, praestat libros sequi cum Musgr. Matth. Dindd. Herm. et dativum agnoscit etiam scholiastes. *πυρσοῖσι* quod Musgravio in curis secundis metro convenientius videbatur, non est *σοφώτερον*, quanquam recepit Bothius cum iactura rythmi.

Ibid. *διοπετῆ* ex coniectura pro *διπετῆ* scribi iussit Herm. p. 300. ap. Lind. p. 7. Metra aeque recte procedunt sive basis sit haec ⏑ – ⏑ sive iambus, ut voluit Hermannus. Hoc vero loco cum illam servent omnes libri, in strophico vero versu (25.) optimi, nulla causa erat vulgatae mutandae. Nam *διπετής* forma legitur in Bacchis 1268. Defendit vero etiam Etym. M. p. 275, 12. *καὶ διιπετέος ποταμοῖο τοῦ διαφανοῦς καὶ μεγάλου ἢ κατωφεροῦς, ἢ ὑπὸ τοῦ Διὸς πληρουμένου· ἐπειδὴ διαυγέστατον τὸ ὕδωρ ἔχει. καὶ τὸν ἀέρα διπετῆ καλοῦσιν· Εὐριπίδης* (Bacch. l. l.) *λαμπρότερος ἢ πρὶν καὶ διπετέστερος — ἀντὶ τοῦ διαυγέστερος.* Tum lin. 18. monet Etym. *πεδίον διπετές* a nonnullis etiam per *διηνεκές* explicari, prorsus ut Rhesi interpres. Apud Homerum, quem locum explicat Etymologus, de fluvio legitur Il. *π'*, 174., et a nonnullis etiam per *διαφανής* explicatur. Eandem vocis explicationem dedit Erotianus ad Hippocr. p. 132. *διη-*

πέτης (Hippocratis libri διπέτης) ὁ γόνος*) ἀντὶ τοῦ διαυγὴς καὶ καθαρός· ὡς καὶ Εὐριπίδης ἐν Φοινίκῃ (φοινίκη Cod. D. Φοίνικι recte Albertius) λέγων, Δμωσὶ δ' ἐμοῖσιν εἶπον ὡς ταυτηρίας πυρίδες καὶ διηπέτη κτεῖναι. Interpres nihil Euripidis comoediae, ut loquitur, attulit auxilii; sed acute Valcken. p. 274. de hoc loco disseruit. Quare cum Euripides hac forma post Homerum usus sit, non est quod corrigas contra libros; nam etiam apud Erotianum διπετῇ diiambus est. Magis dubium est, utrum cum Elmsleio ad Bacch. 1266. διειπετὴς praeferendum sit, ut idem ad Medeam 326. r. Διιτρέφης nomen proprium scribi iussit, an vulgata retinenda. Illud quodammodo Erotianus commendat, hoc loci multi, ubi codices non variant.

44. παῖς δ' Ἀγ. Ald. Herv. 1. quae eadem confusio est Soph. Phil. 703. v. Elmsl. ad Eur. Her. 713. Pierson. Veriss. p. 84. πεζὸς ἀγ. Herv. 2. πᾶς δ' Ἀγ. Brub. et sic MSS. Stephani duo, Flor. A. 1. 2. 10. Vict. Havn. Ἀγαμεμνονίαν e Par. E. Flor. 10. Havn. recepit Matth. rell. pro Ἀγαμεμνονείαν, quod in Ἀγαμεμνόνειον mutari voluerat Scaliger. v. Lobeck. ad Soph. Ai. p. 118.

45. ἐννύχιος σὺν θορύβῳ Ald. rell. σὺν omis. Flor. A. 1. 2. 10. Havn. Praepositio, quam tragici omittebant, v. vs. 15. 88. cet., explicationis causa addita est a librariis, unde etiam strophicus versus corruptus est. v. Morstadt. p. 22. X. Π. bis hunc locum usurpavit p. 255. c. Ἔννυχος ὄχλος ἐν θορύβῳ συῤῥέει et p. 291. b. Στρατὸς φυλάκων πᾶσαν ἂν ὄρφναν μένων — Νῦν ἐννύχιος ἐν θορύβῳ συῤῥέων, Πρὸς ἱερεῖς ἔδραμεν ἐν πολλῷ τρόμῳ. Νέαν δ' ἔδοξε βάξιν ἐμφαίνειν φίλοις.

46. νέαν τιν' MSS. et Ald. c. rell. νεαρὰν e coni. Heathii rec. Matth. LDind. Quod cum ne olim quidem probibile esset, nunc prorsus contemnendum correcto strophico (vs. 28.). Recte Bothius, Herm. p. 300. ap.

*) An huc spectat Etym. M. p. 275, 20. καὶ διιπετὴς γυνή, διαυγής?

Lind. p. 7. GDind. Bene explicat Matth.: *Dictum videtur pro ἰέμενοι ἐπὶ βάξεν*; sed male vertit Morstadt. p. 7. not. *novum aliquem mandantes clamorem*, i. e. *novam aliquam rem clamore mandantes sc. Agamemnoni.* Magis etiam errat Lindemannus interpretatus: *auf plötzliche Kunde herbeieilend.* Verba significant: *Graecos ob mandata principum audienda ad Agamemnonis tentorium festinasse.* De ἴεμαι prima producta cf. Matth. ad Bacch. 584. LDind. ad Suppl. 699. Elmsl. ad Soph. Oed. T. 1242.

47. Scribendum videtur *βᾶξιν*. Cf. Lobeck. ad Soph. Ai. 494.

48. στρατὸς Ald. rell. στρατιὰ Flor. A. 10. Vict. Havn. —

49. *σοὶ γὰρ ὑποπτεύων γε τὸ μέλλον* Ald. rell. Flor. 1. 2. *σοὶ δ' ὑπ. τὸ μέλλον* Flor. A. 10. Vict. Havn. Harl. — *γε* ad metra exaequanda illatum erat.

50. ὡς ἂν *μήπ.* Ald. rell. *ἂν* om. Flor. 10. Havn., probante Herm. de *ἄν* part. p. 123.

51. *τινὰ μέμψιν ἐς ἡμᾶς εἴπῃς* Ald. rell. Flor. 2. *εἰς ἡμᾶς* Flor. 1. *εἰς ἐμ' εἴπῃς* Flor. A. 10. Harl. Havn. *ἐς ἐμ' εἴπ.* Vict. Cum strophicus versus (33.) sanus videatur, hic versus emendandus est. Nam quod Matth. cum LDind. dederat *μήποτέ τινα μέμψιν εἰς ἐμ' εἴπῃς* non commendatur nisi librorum auctoritate; metro quod est iambicum adversatur. Recepi igitur Bothii coniecturam, non improbatam Matthiaeo, cum Herm. p. 300. et GDind. — Quod proponit Lindem. p. 7. *μήποτε τιν' ἐς ἐμὲ μ. εἴπ.*, etiam mihi olim in mentem venerat, sed praestat alterum, quia ictus cum accentu congruit.

52. ἦλθες Ald. rell. at ἥκεις auctor Christi pat. quater, quod recepi ut exquisitius. *X. Π.* p. 285. C. *εἰς καιρὸν ἥκεις καίπερ ἀγγέλων* (sic) *φόβον.* p. 293. A. *εἰς καιρὸν ἥκεις καίπερ ἐμφαίνουσά τι.* p. 294. C. *εἰς καιρὸν ἥκεις καὶ χάρις σοι κείσεται, Εἰς καιρὸν ἥκεις καίπερ ἀγγέλλων ἄτην.* Solent enim fere grammatici ἥκω per ἦλθον explicare. Similiter in Pherecratis *Πετάλῃ* in argum.

cum Herm. p. 300. et GDind. dedi. Nostro in loco codices sequendos putavi, quia nullius momenti est ad sensum, utrum scribatur. θυοσκόοι qui fuerint apud Homerum docet Lobeck. Aglaoph. p. 261. sqq. Grammaticorum sententiae extant in scholl. ad Iliad. ω, 221. Eustath. ad Il. ω. p. 1346, 36. schol. ad Od. φ', 145. Eustath. ad Od. θ'. p. 1601, 3. φ'. p. 1905, 22. Etym. M. p. 457, 41. schol. Arist. Equ. 62. Hesych. et Apollon. lex. s. v. X. Π. p. 293. C. οἱ δ' οὐ μένουσι τοῖς ἐμοῖς ὀρθοῖς λόγοις.

69. Haec cum sequentibus ita adhibuit X. Π. p. 293. d. ὁ κλωὼψ ἐν ὄρφνῃ πάντη πάμμεγα σθένει. Ἀλλ' ὡς τάχιστα χρὴ παραγγέλλειν στρατῷ, Ὡς ἄν τις αὐτῶν καὶ ταχύπους τυγχάνων Φάλαγγ' ὑπερβὰς νυκτὸς ἐν καταστάσει, Ὡς ἐν βρόχοισι δέσμιος λελημμένος, Πληγαῖς χαραχθεὶς ἐκμάθῃ τὸ πρακτέον.

72. νεῶν Flor. A. Havn. quod hic non ferendum; recte legitur vs. 100. De καὶ pro καίπερ dictum, quod displicuit Valcken. ad Phoen. 277., vide exempla ap. Matth. Gr. Gr. p. 1115. Vs. sq. ταραχθεὶς Par. E.

74. Pro λελῃσμένοι quod cum Aldo exhibent rell. δεομένοις λελειμμένοι Flor. A. δέσμιοι λελημμένοι Flor. 10. et X. Π. ad 69. laud. quod iubente Valck. p. 102. not. receperunt Both. Dindd. Recte. Ita etiam Ixionem δέσμιον ἔλαβεν Iupiter ap. Soph. Philoct. 680. *) Contra

*) Sophoclis locum vexatissimum ita omnibus ponderatis legendum censeo:

Δόγῳ μὲν ἐξήκουσ', ὄπωπα δ' οὐ μάλα, τὸν πελάταν λέκτρων ποτὲ τῶν Διὸς
Ἰξίονα δὴ δρομάδ' ἄμπυκα δέσμιον ὡς ἔλαβεν παγκρατὴς Κρόνου παῖς.

In his duobus versibus metrum est Dactylicum cum eparchis et exarchis. Ego contra libros id solum mutavi ut κατ' ante ἄμπυκα omitterem, explicationis causa additum et δὴ δρομάδα transponerem: constructio est ὡς ἔλαβεν δέσμιον δρομάδα ἄμπυκα, ut δρομ. ἄμπ. a δέσμιον regatur: *vinctus in currenti rota*, quod utrum scholiastae placuerit, necne parum interest; tum δέσμιον ἔλαβεν quod nescio cur contra libros plerique in ἔβαλεν mutant, pro ἔδησε dicitur. Ita ἴνορχον λαβεῖν ap. Aesch. in Ctesiph. p.

Lindem. p. 8., probante, ut refert, Hermanno, λελειμμένοι scribi iussit. Quod ut dici possit, tamen elegantius videtur alterum. Litterae η vero et ει sexcenties a librariis confunduntur, ut v. c. in simili loco Eurip. Andr. 503. βρόχοισι κεκλημένα alii κεκλειμένα praebent, ubi cave λελημμένα scribas.

75. γᾶν πονεῖν Flor. A. γαπονεῖν Flor. A. πονεῖν Flor. 1. — γαπονεῖν probante Matth. in nott. pro vulgata γηπονεῖν dedi c. Dindd., quia hanc formam in tragicis optimi tuentur libri. Ita γάμορος Aesch. Eum. 890. Suppl. 613. γατόμος Aesch. Prom. sol. fr. 184. γάποτος Aesch. Cho. 97. cet. V. Matth. ad Eur. Suppl. 420. Herm. ad eand. vs. 436.

76. [c]Ἕκτωρ Flor. 1. — X. Π. p. 293. D. Ἄναξ, ταχύνεις πρὶν μαθεῖν τὸ δρώμενον.

77. ἄνδρες Ald. rell. Articulum monente Matthiaeo addiderunt Dindd. X. Π. p. 293. C. μύσται γὰρ ἦ ἔκλεψαν οὐκ ἴσμεν. τορῶς.

78. τί γὰρ Flor. A. πῦρ αἴθει Cod. Steph. v. ad vs. 41. Temere Morstadt. p. 16. legi mallet: Ἀργείων στρατῷ.

79. ἐμοὶ φρενὶ Ald. rell. ἐμῇ φρενὶ Flor. A. 1. 2. 10. Harl. Havn., ut Barnes. iam in margine dederat. Idem agnoscit X. Π. p. 293. C. καὶ γὰρ ὕποπτόν ἐστι κάρτ' ἐμῇ φρενί; idem p. 294. A. οὐκ οἶδ' ὕποπτόν ἐστιν,

---

399, 29. HSteph. est *in iusiurandum adigere populum*. Contra recte Elmsl. ad Eur. Bacch. 226. non coniunxit δεσμίους εἴληφα. Antistropha vero ita recte procedet:

ἵν' αὐτὸς ἦν πρόσουρος οὐκ ἔχων βάσιν, οὐδέ τιν' ἐγχώρων, κακογείτονα
ἀλλ' οὐδὲ παρ' ᾧ στόνον ἀντίτυπον βαρυβρῶτ' ἀποκλαύσειεν αἱματηρόν.

Scilicet illud οὐδὲ quod redundat initio versus sequentis ex priore irrepsit, quare in locum suum reposui. Scholiasta κακογείτονα· οὐ μόνον ὅπου καλὸν οὐκ εἶχε γείτονα, ἀλλ' οὐδὲ κακόν, παρ' οὗ ἀμοιβαῖον λόγον στενάζων ἀκούσεται, quorum extrema verba falsa sunt. Πρόσουρος est ὑπὸ ἀνέμων βαλλόμενος; quod dicitur de eo, qui *solus* est, quia in hunc venti vim suam exercere possunt. Verte: *ubi ipse solus erat pedem non habens, neque aliquem vicinum, sed ne malum quidem vicinum, apud quem dolorem resonantem, voracem, sanguinolentum defleret.*

ὕποπτον δ' ἐμοί. Aldi scriptura, si alii accederent testes, non esset spernenda. Idem enim idiotismus recurrit vs. 256. cf. 647. Fefellit tamen Valcken. in Eur. Aug. fr. vi. ubi v. Matth. cf. Soph. Oed. C. 1318. Plato Lach. 16. p. 119. HSt. Heindorf. ad Theaet. 5. p. 143. E. ad Sophist. p. 216. E. Ast. ad Plat. Legg. T. ii. p. 9. Passow. ad Parthen. p. 55. Elmsl. ad Eur. Med. 961. Hage. de usu dativi Graecorum pro genitivo positi. Lunch. 1836. quam tamen dissertationem ex solis diurnis cognitam habeo.

80. φοβηθῆς Havn. Male Aldina post φοβηθεὶς virgula distinguit. Sensum et Brodaeus intellexit et recte Matth. explanavit: ἴσθι, ὅτι πάντα ἂν φοβηθείης, εἰ τόδε δειμαίνοις. Idem docere poterat Eur. Hipp. 519.

82. ἔπαισον pro ἔπεσον Cod. Reg. antiquior ap. Brunck. ad Eur. Hec. 114. Rarior est *haec* confusio, ut notarunt interpp. ad Gregor. Cor. p. 403. not. *** ed. Schaef. In vulgarem formam saepius altera transiit. v. ad vs. 543.

83. Musgravius: *Satis frigidus*, inquit, *me quidem iudice versiculus. Legendum forte:* εὖ ταῦτα πράξας καὶ τὸ λοιπὸν εὖ σκόπει. Sed cum vi dicitur σύ, quare non sollicitandum est. Contra cum X. Π. p. 294. B. ita hunc versum proferat: σὺ πάντ' ἔδρασας, καὶ τὰ λοιπὰ σὺ σκόπει, dubitare posses, an scripsisset Euripides: καὶ τὰ λοιπὰ σὺ σκόπει, nisi idem scriptor p. 264. A. vulgatam teneret: σὺ ταῦτ' ἐπέχνως, καὶ τὰ λοιπὰ νῦν σκόπει. Encliticum νυν dederunt Dindd.; non recte, opinor; praeterita enim secuturis opponuntur.

84. χέρα Ald. rell. et scholiasta, ut videtur. χέρας Flor. 1. 2. Vict. Id recepi etiam obvium in X. Π. p. 294. B. ἁπλοῦς ἐπ' ἐχθροῖς μῦθος ὁπλίζειν χέρας. ἐπ' ἐχθροῖς non ab ὁπλίζειν suspensum esse, ut statuere videtur scholiasta, quivis videt.

85. Αἰνείας καὶ Ald. rell. et MSS. Musgr. Αἰνέας καὶ Havn. et ita cum Reisk. et Elmsl. Class. iourn. n. 16. p. 430. dederunt Both. Herm. p. 300. GDind. Recte.

Nam cum sensus detrimento *Αἰνέας*, deleto *καί*, post Barnes. dederunt Musgr. Matth. LDind. Neque enim cum Elmsl. ad Eur. Her. 387. *καὶ* supervacaneum est dicendum, aut cum Bothio hyperbaton statuendum pro *καὶ ὅδε Αἰν.*, sed plena haec est sententia: *καὶ μὴν ὅδε Αἰνέας ἐστὶ καὶ στείχει.*

86. Auctor tragoediae Christianae pro *φίλοις* in libro suo *ἴσως* reperisse videtur, quod sane habet quo commendetur. Bis vero usurpavit hos versus, p. 255. C. *καὶ νῦν πρὸς ἡμᾶς, νῦν τις ἐν σπουδῇ ποδὸς Στείχει, νέον τι πρᾶγμ᾽ ἔχων ἴσως φράσαι*, et p. 273. A. *καὶ μὴν ὅδ᾽ Ἰώσηπος ἐν σπουδῇ ποδὸς Στείβει* (sic) *νέον τι πρᾶγμ᾽ ἔχων ἴσως φράσαι.*

87. *Ἔκτωρ* Flor. 1. *Ἕκτορ· τί χρῆμα; νύκτ. κτλ.* Havn.

89. deest in Flor. 1. — *νυκτηγορεῖν* male explicat Musgr. per *delira loqui*, *παραφρονεῖν*, *ληραίνειν*, aut simile verbum e coniectura reponendum dicit. Idem vs. 20. *νυκτηγορίαν delirium* esse sibi persuasit. At ibi recte iam Brodaeus explicuerat: *orationem hoc noctis tempore ad nos deferendam.* Hic vero verbum itidem significat: *noctem sermonibus interpellare*, ut explicant lexicographi et usurpavit Aeschyl. Sept. 29. ubi recte Blomfield. vertit *nocti proclamare.* Eaedem sunt *νύκτεροι ἐκκλήσιαι* vs. 139.

90. *πύκαζε* Ald. rell. et *X. Π.* p. 255. B. et Flor. A., ut videtur, ap. Valcken. ad Phoen. 731. *πυκάζου* Flor. 10. Havn., quod probante Matthiaeo recep. Both. Dindd. De voce nonnulla collegit Blomfield. ad Aesch. Sept. 137. cf. Toup. in Suid. i. p. 340. Lips. Medium exquisitius est, et, ut activum interpretatur schol. Soph. Ai. 581., *ἀσφαλίζου* significat.

Ibid. *δέμας τὸ σὸν* Ald. rell. *δέμας σέθεν* Flor. A. 10. Vict. Havn., quod Musgr. c. rell. dedit. v. Valcken. ad Eur. Phoen. 731. *X. Π.* l. l. *Δέσποινα νῦν πύκαζε σὸν δέμας τάχει.*

92. Pro *δόλος X. Π.* p. 255. B. *λόχος* praebet: *τί δ᾽ ἐστί; μῶν γε δυσμενῶν ἀγγέλλεται Λόχος κρυφαῖος ἑστά-*

ναι κατ' εὐφρόνην, quod Valcken. p. 102. not. reponi iussit. Istud vero elegantius est, et confunduntur saepius hae voces. v. vs. 17. Illud, quod vulgarius est, habes v. c. Eur. Andr. 1114. τῷδε ξιφήρης ἆρ' [ἄγχ' Herm. ad Soph. O. Col. p. xxvii.] ὑφιστήκει λόχος.

93. Vulgatam ἄνδρες primus Matthiaeus ad vs. 53. articulo donavit, quod rell. receperunt.

94. τί τοῦδ' ἄν εἴπ. Ald. rell. τῶνδ' Flor. A. Havn. Vict., commendatum a Valcken. ad Eur. Phoen. 731., cui recentiores obsecuti sunt. τί δ' ἄν εἴπ. Flor. 1. 2. Vulgatam lectionem habuisse videtur X. Π. p. 291. B. τί τ' ἆρ' ἐναργὲς τοῦδ' ἐρεῖς τεκμήριον. p. 293. D. τί γὰρ ἐναργὲς τοῦδ' ἐρεῖς τεκμήριον.

96. κἀμοὶ Flor. A. 10. quod verum videtur. μένειν Ald. rell. μενεῖν ex Aem. Porti coniectura, Heathio probata, recepit Musgr. rell. Futurum aptius est vel ob sequens ἀφορμήσειν. ἐςαύριον Ald. rell. ἐς αὔριον Flor. A. Havn., quod cum Matth. rell. dedere. X. Π. p. 264. B. ex hoc ut videtur loco μίαν μόνην μεῖναί με δεῖ τὴν αὔριον. id. p. 270. C. μίαν μόνην μεῖναί σε δεῖ τὴν αὔριον.

97. ἐκπαίαντες Ald. rell. ἐκπείαντες Havn. ἐκπέαντες tres Pariss. Musgr. Flor. 1. 2. 10., quam Atticam formam restitui iusserat Pierson. ad Moerid. p. 231. Recte. ἐκπάαντες cum Scaligero male D'Orvill. ad Charit. p. 288. et idem olim Pierson. Veriss. p. 25. ubi de εὔσελμος agit. Peius Barnes. ἐκπήαντες maluit, cuius antepenultimam corripi docuisset ad Hec. 1108.

Ibid. πῦρ pro πύρσ' Flor. A. Vict. Havn., ex eorum correctione, ut videtur, qui singularem πυρσὸς esse sciebant. Post πύρσ' virgula distinxi; pessime enim post τειῶν eam posuerunt, quod sequitur etiam Lindemannus in interpretatione. Sine omni distinctione Dindd. locum exhibuerunt.

98. ἀφορμῶσι χθ'. Ald. rell. ἀφόρμησον χθ. Flor. 1. (qui etiam τῶνδ' pro τῆ,δ' habet) 2. 10. ἀφόρμησεν Vatic. ap. Schott. Obss. human. p. 90. ἀφορμήσειν Flor. A.

Havn. Vict. tres Pariss. Musgr. Hoc post Valcken. ad Phoen. 731. receptum est.

99. ὡς τις pro ὡς τί Flor. A. De constructione v. Elmsl. ad Eur. Med. 665. — ὁπλίζῃ χέρα Ald. rell. ὁπλίζῃ Flor. A. 10. ὁπλίζεις Par. G. Flor. 1. 2. Vict. quod genuinum videtur Matthiaeo. Iidem codd. cum Flor. A. Harl. Havn. χέρας. Mihi medium non solum, quanquam ὁπλίσας χέρα legitur Eur. Alc. 35., sed singularis quoque numerus praeferendus videbatur. v. vs. 23. Diversus est locus vs. 84., ubi *socios armare* significat. Hic vero ad solum Hectorem spectatur.

100. deest in Flor. 1.

102. *X. Π.* p. 293. D. *Αἰσχρὸν γὰρ ἡμῖν καὶ πρὸς αἰσχύνην* [v. vs. 742.] *κακὸν Θεοῦ διδόντος, ἀνιῶν τις* [*ἀνιῶντας?*] *ἀπόνως Λαβεῖν, ἐᾶσαι δρᾶμα δράσαντας τόσον.*

105. sqq. laudat Stobaeus liv, 9. p. 360. Gesn. 205. Grot. c. lemm. *Εὐριπίδου Ῥήσῳ. — Εἶθ' ἦσθ' ἀνὴρ σύμβουλος ὡς δρᾶσαι χερί. Ἀλλ' οὐ γὰρ αὐτὸς πάντ' ἐπίστασθαι ἀνὴρ Πέφυκεν· ἄλλῳ δ' ἄλλο πρόσκειται γέρας, Σὲ μὲν μάχεσθαι, τούσδε βουλεύειν καλῶς,* et *X. Π.* p. 294. A. *Εἶθ' ἦσθ' ἀνὴρ πρόβουλος, ὡς δρᾶσαι χερί, Ἀλλ' οὐ γὰρ αὐτὸς πάντα δύνασθαι βροτῶν Πέφυκεν· ἄλλῳ δ' ἄλλο δίδοται γέρας, Σοὶ μὲν μάχεσθαι τοῖσδε δ' αὖ κρίπτ' εἰδέναι. ὃς νῦν πυρὸς λαμπτῆρας ἐξήρθης κλύων.*

105. *σύμβουλος* Stob. editus; *εὔβουλος* codd. plerique, *πρόβουλος X. Π.* Illud si accederent libri non contemnendum, quanquam $\overline{συν}$ et $\overline{ευ}$ sexcenties confunduntur. Recte Matthiaeus: *ad δρᾶσαι χερί*, inquit, *ex εὔβουλος supplendum εὖ πεφυκώς, ἱκανός, sim. fere ut Orest.* 706. [718.] *ὦ πλὴν γυναικὸς οὕνεκα στρατηλατεῖν, τἄλλ' οὐδέν*, ubi ex *οὐδὲν* subaudiendum est *τί*. V. eundem Gr. Gr. p. 1042. et Vindic. ii, 20. not. — *)

109. *ὠὐτὸς* Ald. rell. *ωὐτός* Havn. *αὐτός* Pariss. duo ap. Brunck. ad Hec. 293. Florr. tres, Vict. Stob.

*) Euripidis versus a scholiasta allatus, non alias extat.

X. Π. Articulum deesse non posse, prolixe docuit Matth. ad Eurip. T. vii. p. 502. sqq. — *ἐπίσταμαι* Flor. 1. *πάντα δύνασθαι βροτῶν X. Π.* l. l.

Ibid. Pro *βροτῶν* Stobaeus editus *ἀνήρ*, codd. et Trincav. *χερί*. E Rhesi cod. Flor. A. notatur: *βροτήν*] *φωτός*, *sed corr. in V. βροτῶν* etiam *X. Π.* Stobaei discrepantia utraque ex priore versu fluxit. Neque vere statuit Hermannus p. 300. sq. *ἀνὴρ* ex interpretatione vocis *βροτός* ortum esse. Genitivus solus probandus, quia sensus est: *idem de iis, qui mortales sunt*. *βροτὸς* si dedisset Euripides, ut videbatur Hermanno, *πέφυκας* etiam, ni fallor, scripsisset.

107. *πρόσκηται κακὸν γέρας* Flor. 10. *πρόκειται* Stobaeus sec. Matth., nam Gesn. et Gaisf. *πρόσκειται*. — *δίδοται* pro *προσκ. X. Π.*

108. *σὲ μὲν μάχ. τούσδε βουλ.* Ald. rell. et codd. item Stobaeus. Sed ex *X. Π.* qui praebet *σοὶ μὲν μάχ. τοῖσδε δ' αὖ κρύπτ' εἰδέναι* Valcken. p. 98. not. *σοὶ μὲν* et *τοῖσδε* legi iussit, quod iam HStephano in mentem venerat. Id *τοῖσδε* in *τοῖς δὲ* mutato rec. Matth. rell. At vulgata, non negante Matthiaeo, speciosa est, praesertim tuente Stobaeo. Quare cum multo facilior causa excogitari possit, cur auctor *X. Π.* mutarit, quam contrarium, eam tenui. Similiter in Eur. Alc. 887. *ἕξὸν ἀτέκνους ἀγάμους τ' εἶναι* cum codicibus dedit GDindorf., quanquam dativus, qui vulgo obtinet, elegantior videatur, et ab Hermanno 898. praelatus est.

109. *ὃς νῦν πυρὸς X. Π.* laudatus vs. 105. sqq. De voce *λαμπτῆρες*, quae *foculos* significat, v. Lobeck. ad Soph. Ai. 285.

110. *φλέγειν Ἀχ.* proposuit Musgr., quam coniecturam elegantem vocat Matth. Sola apta est librorum scriptura, et Musgravii rationes confusae. *φεύγειν* vocem tuetur etiam vs. 114. praesertim 93. 95. et explicat scholiasta.

111. *X. Π.* p. 293. C. *φάλαγγ' ὑπερβὰς νυκτὸς ἐν καταστάσει.*

112. αὐλῶνες sunt τάφροι, ut ap. Aeschyl. fr. 330. cf. Carcinus ap. Athenaeum v. p. 189. d. Ἀχιλλεῖ· Βαθεῖαν εἰς αὐλῶνα, περίδρομον στρατοῦ, ubi ut in Rheso fossa, quae castra Graeca cinxit, intelligenda.

113. κυρήσαι Flor. A.

115. μὴ μόλῃς Ald. rell. et codd. Recepi Matthiaei emendationem, a Schaefero occupatam, μὴ οὐ μόλῃς et probatam Bothio et Dindorfiis. Scribit Matth.: τήνδε μὴ μόλῃς πόλιν *Ald. rell. soloece, si pro non redibis accipitur, sin est pro δέδοικα μὴ μόλῃς, sensui adversatur; neque enim suspicatur Aeneas in urbem rediturum esse, sed contrarium eum non esse rediturum, quod est μὴ οὐ μόλῃς.* Quae in universum verissime dicta esse, nemo ibit infitias; sed dubitari potest, an revera sit sensus, *vereor ne venias.* Nam recte observavit Matthiaeus, opponi νικάμενος μὲν et νικῶν δέ. Itaque veretur Aeneas, ne Hector victus redeat, deinde ne victoriam quidem fore tutam arbitratur. Quod si placeat, hyperbaton statuendum et haec constructio est: δέδοικα, μὴ νικώμενος μὲν τήνδε τὴν πόλιν μόλῃς, quod est δέδοικα, μὴ νικηθῇς; et ipsum istud νικώμενος versibus 116. 117. 118. accuratius describitur. Ceterum memoranda est Reiskii coniectura πάλιν pro πόλιν scribentis, quae eadem confusio est ap. Demetr. de elocut. §. 303. — cf. Schaefer. ad Gregor. Cor. p. 440. not. — quam coniecturam ita probant Musgr. et Valcken. ad Phoen. 732., ut τῇδε quoque pro τήνδε scribi malint. At omnino non necessaria est mutatio, quanquam falso obiicit Matthiaeus, τῇδε pro δεῦρο non reperiri: v. vel Eur. Phoen. 1720. τᾷδε τᾷδε βᾶθί μοι, τᾷδε πόδα τίθει. Nam, qui locus sit intelligendus, nutu vel manu significatur, aut ex reliquis verbis intelligitur.

116. περάσει Ald. rell. περάσῃ Flor. A. περάσεις Pariss. E. G. Flor. 2. Vict. στρατὸς Ald. rell.; pro hoc δορός Par. G. Flor. 1. 2. Vict. Utrumque περάσεις et δορός duo Codd. ap. Hardion. p. 45. Quod dedi, a Musgravio iam receptum, praeeuntibus Hardionio et Reiskio,

omnes rell. admiserunt, excepto Hermanno, qui Aldum sequitur ad Soph. Oed. Col. p. xxvii. Cf. Rhes. 82. Soph. Ai. 1275. *ἐν τροπῇ δορός*. Aesch. Ag. 1237. *ἐν μάχης τροπῇ*. Altera lectio videtur ex glossa orta. Adscriptum erat ad *δορὸς* fortasse *στρατοῦ*, quod postquam in *στρατὸς* transiit, etiam *περάσει* scriptum est.

118. *ἄρα* Havn. Vict. Pro *χνόας* Flor. A. 10. *χρόας*, in hoc suprascripto *νό*. Matthiaeus *ἦν ἆρα μὴ* dictum putat pro *ἤν μὴ ἄρα*, ut alibi *εἰ μὴ ἄρα*. Male. Neque vero opus est Hermanni emendatione p. 301. et Soph. Oed. Col. p. xxviii. *ἦν δ', ἆρα*, probata Morstadtio p. 16. Est *ἦν ἆρα μὴ* dictum pro *ἆρα ἦν μή*, hoc sensu: *num sine curruum iactura?*

120. *σ'* omis. Flor. A.

122. *ἀνὴρ* Ald. rell. *ὦνὴρ* Flor. A. teste Valcken. ad Phoen. 731. Unde verum ded. Matth. rell. — *πεπύρωται* Flor. A. 10. Ex iisdem est *θράσει*, pro quo *χερὶ* praebent Ald. rell. Illud praecunte Valcken. l. l. rec. Matth, Both. Dindd. Neque ego possum non probare, quanquam *χερὶ* praestare videtur Hermanno p. 301., cum illud sumtum fortasse sit ex Eur. Or. 1568. *ὃς πεπύργωσαι θράσει*.

Ibid. *αἴθων* de homine non adeo rarum est, ut id imitationis vestigium habeamus cum Herm. p. 292. et Blomfield. ad Aeschyl. Sept. gloss. 444. Nam praeter Aeschyl. Sept. 448. Soph. Ai. 1088. [cf. 222.] quos attulit Blomf. l. l. *λιμὸς αἴθων* est in epigrammate ap. Plutarch. Cim. c. 7. (etAeschin. c. Ctesiph. p. 80, 11. HSt.) *Αἴθωνι Κλέωνι* Hermippus dixit ap. Plutarch. Pericl. c. 33. atque Plato etiam Rep. viii. p. 559. D. *αἴθων θὴρ καὶ δεινός*. V. Nitzsch. Quaestt. Hom. i. p. 2. not. cf. Lobeck. ad Aiacis l. qui exemplum ex Platone occupavit.

124. *ἐκ πόνων ἀρ.* Flor. A. 10. Havn., quae videtur glossa esse.

126. *φυγῇ* Ald. rell. et MSS. Musgr. *φυγὴν* ex coni. HSteph. receperunt recentiores. v. ad vs. 54.

128. *εἰ δ' ὡς δόλον* Pariss. E. G. Harl. Flor. 1. 2. Vict.

129. *κατασκόπους* Flor. A. Havn. et ita coniecerat Scaliger, si fides est Barnesio, referens ut videtur ad *μηχανάς*. *μαθόντος* proposuit Pierson. Verisim. p. 80. collato vs. 156.

130. *τήνδ' ἔχω προθυμίαν, ἄναξ.* Flor. 10. idem omisso *ἄναξ* Flor. A. Bothio *διττογραφία* videtur, nobis glossa, *ἄναξ* voce ad exaequanda metra deinde ejecta. Vulgatam tuetur etiam *X. Π.* p. 286. B. *κἂν μέν τινα κρυφαῖον οὐ γνοίη δόλον, Ἐλευσόμεσθα· τήνδ' ἔχω γνώμην ἐγώ.*

131. *μετατιθέμενος* Ald. rell. et codd. *μεταθέμενος* Havn. et Musgr. e coni., probante Brunck. ad Eur. Hipp. 847., qui totum carmen coniecturis non commemorandis inquinavit. — v. Seidler. de verss. dochm. p. 61. not. — *νοῶ* vel *νοεῖν* male coni. Musgr.

134. *ταχυβάτων* Flor. 1. *κατόπταν* Flor. A. quod probante Valcken. ad Phoen. vs. 11. pro vulgato *κατόπτην* recepi.

135. *ὅθι ποτ'* Havn.

136. *ἀντιπρῶρα* Flor. 10. *ἀντίπρωνα* Flor. 1. 2. Hermannus p. 301. *Scribe*, inquit, *πυρὰ κατ' ἀντίπρωρα τάδε ναυστάθμων. Δαίεται verbum est correctoris, cuius manus in compluribus huius fabulae locis deprehenditur.* Persuasit Lindemanno p. 8. Sed praeter quod antistrophicus (200.) eadem medicina sanandus est, quanquam neutri loco corruptelae subsit suspicio, neque necessaria est emendatio, neque apta, cum *τάδε* significaret, ignes ex tentorio Hectoris conspici potuisse; quod non ita est. Itaque sine dubio vulgata tenenda, quae finxit ex Homer. Il. *θ'*, 554. *πυρὰ δέ σφισι καίετο πολλά.* Iambum vero utrique dochmio interiectum nemo mirabitur.

137. *νικᾶ γ'* Flor. A. unde Lenting. p. 73. *νίκα γ'* fecit, ut *δρᾶ γε* Eur. Iph. A. 817. Concedo *γε* post imperativum poni posse. At diversus a nostro est Iphige-

niae locus allegatus: *δρᾶ γ'*, *εἴ τι δράσεις* et diversi, quos ibi (ad vs. 823.) attulit Hermannus Soph. Philoct. 1003. et Eurip. Suppl. 842. add. Rhes. 607. Soph. Philoct. 833. ante Hermannum, Eur. Alc. 1127. Iph. A. 393., quem tamen locum (395.) tentavit Hermannus qui cf. ad Iph. A. 677. Sed, ut *γὲ* hic ferri possit, sensus enim esset: *invitus obsequor, sed cum omnibus haec placeant, νίκα γε*, v. Herm. ad Viger. 296. b. p. 826. ed. iii., tamen quam prona sit corruptio litterae *T* in *Γ* quivis videt, ut unius Codicis fide vulgatam nemo mutet, quam tuetur etiam *X. Π.* p. 262. B. *νικᾶτ', ἐπειδὴ ταῦτα πάσαις ἀνδάνει*, ubi mutati verborum ordinis causam dixeris spondeum quarti pedis. *νικᾶτε* vero recte pro imperativo accepit Heathius.

138. *κοίμα* pro *κόσμει* coni. Pierson. Veriss. p. 81. refutatus a Musgr.

139. *κοινή τ' ἀκ.* Flor. 1. *κινεῖτ' ἀκ.* Havn. *νυκτέρας* Flor. 10. — *κινεῖτο* etiam Reisk. coniecit non magis ob augmentum omissum, quam ob falsam sententiam vituperandus.

141. *X. Π.* p. 286. C. *ἦν δ' αὖ τιν' ἐχθρῶν μηχανὴν πυθώμεθα.*

142. *σὺ πάντ'* Ald. rell. *σύμπαντ'* Flor. A. 10. quod soli Matthiaeo placuit. Male; nam *σύ* cum vi dicitur, neque voci *πᾶς* augmentum hoc loco convenit.

Ibid. *λόγον* Ald. rell. *λόγους* Flor. 10. Havn. quod praefert Matth. et edidi c. Both. GDind. Neque vero, si *λόγον* tenueris, *πάντα* numerus singularis fuerit, quod moneo ob Matthiaei notam.

144. *παραδόκει* Flor. 2. quae eadem confusio Xenoph. Mem. iii, 5, 6. Ad *καραδόκει* supplet *τὰ παραγγελλόμενα* Matthiaeus, iungere nolens cum *ὡς οὐ μενοῦντά με; nam nondum*, inquit, *inveni locum, ubi καραδοκεῖν cum accusativo personae construeretur; ubique enim exspectationem rei incerti eventus significat.* Neque esse *προσδοκῶν καραδόκει* idem quod *προσδόκα*. Cf. Elmsl. ad Eur. Med. 1086. Ego vero nescio, cur rectius dicatur *καραδοκήσω*

σὴν ἐκεῖ παρουσίαν (Eur. Iph. A. 1453.) quam σὲ παρόν-σαν. Deinde Diphilus etiam, si recte se habet vulgata, ap. Suidam καραδόκει· Τὴν νύκτ' ἐκείνην Δί' ἐκαραδσ-κήσαμεν. Quare ὡς οὐ μενοῦντά με neque cum Elmsl. ad Eur. Heracl. 693. Matthiaeo et Bothio dicendus est accusativus absolutus, neque ad ὡς supplendum ὄψει cum Barnesio.

145. προσμίξων Flor. 1.

146. στρατὸν Ald. rell. στρατῷ Flor. A. Havn., quod probat Lenting. p. 73., conferens vs. 560. 562. Idem placuit Matthiaeo in notis et dedi c. Dindd. Ingeniosa tamen est Bothii coniectura: τῆσδ' ἔτ' Ἀργείων στρατόν, *sed hac ipsa nocte exercitum adducam ad* ὁλ-κοὺς *navium Graecarum*, quanquam potius Ἀργείων στρατὸν coniungendum erat. Nam νεῶν ὁλκοί, qui infra vs. 657. ὁλκοὶ ναυστάθμων dicuntur, sunt canales, quibus naves sive in ναύσταθμα traherentur, interprete Musgravio, sive defenderentur, ut mihi videtur — v. Herodot. ii, 154. extr. Apollon. Rh. i, 375. iii, 1391. ubi schol. per αὔλακα explicat. — Tum constructio erit προσμίξω Ἀργείων στρατὸν νεῶν ὁλκοῖσι, h. e. *Graecos in canales mactabo*, ut dicit Accius. Contra si Bothii sequaris explicationem, potes etiam servare dativum, qui pro genitivo ponatur — v. ad vs. 79., cum προσμίγνυμι intransitive etiam usurpetur. Librorum tamen scriptura ita est comparata, ut omnino tenenda sit.

147. X. Π. p. 286. C. πέμφ' ὡς τάχιστα, νῦν γὰρ ἀσφαλῶς λέγεις, Σὺν σοὶ δέ μ' ὄψει καρτεροῦσαν, ὡς θέ-λεις.

148. δέ μ' ὄψει Ald. rell. Matth. Dindd., recte, ut videtur; nam vis praesertim voci καρτεροῦντα convenit. δ' ἔμ' ὄψει Bothius.

149. ἐν λόγῳ Ald. rell. ἐν λόχῳ codd. duo Hardionii p. 45. Flor. 1. 2. Vict. Idem invenit auctor X. Π. p. 286. D. τίς δῆτα φίλων, αἳ πάρεισιν ἐνθάδε, Θέλει κατόπτις ἔννυχος θύμβῳ μολεῖν; τίς ἂν γένοιτο νῦν ἐμὸς δ' εὐεργέτης; Nam ut vidit Morstadt. p. 8. not., si λόγῳ invenis-

set hicce scriptor, nulla mutandi causa fuisset. Aldinae lectionem ita mutavit Valcken. ad Herodot. iii, 120. p. 258. *οἵπερ εἰσὶν ἐν λόγῳ*, intelligens *viros praestantes*; de confuso $\overline{\pi\varepsilon\rho}$ et $\overline{\pi\alpha\rho}$ v. Schaefer. ad Gregor. Cor. p. 386. — sed idem Diatr. p. 100. extr. *Hector*, inquit, *Troianos rogat vigiles, quis ex ista cohorte* (*οἵπερ εἰσὶν ἐν λόχῳ, ut optime cepit Heathius*) *vellet ire*, cet. Idem praetulit Hardionius l. l. neque ego dubitavi cum Matthiaeo recipere codicum lectionem, spretam quidem ab omnibus fere editoribus, sed aeque rectam atque alteram, et, ni fallor, elegantiorem. Nam quanquam *λόγος* et *λόχος* saepe a librariis confunditur, v. ad vs. 665. et *οἳ πάρεισιν ἐν λόγῳ* (*qui huic sermoni intersunt*) Aristophani usurpatur Acharn. 513. Avv. 30., alterum cur scribere noluerit Euripides, dici nequit.

151. *τίς ἂν γένοιτό γ' ὧσδε γῆς* Flor. A. unde Valcken. p. 102. not. fecit: *γ' ὧδε γῆς; εὐεργέτης; quis tanto beneficio patriam mactabit?* Iure haec coniectura nemini arrisit. *Εὐεργέτης* more Persarum hic dici de ministris regiis, ut statuit Barnes. probante Welckero p. 656., ego mihi persuadere non possum. Memineris modo solennis formulae *εὐεργεσίας ἕνεκα καὶ εὐνοίας*, sexcenties in titulis obviae.

152. *τί φησιν; οὔτι πάντ'* duo Codd. Reg. ap. Brunck. ad Eur. Phoen. 462. quod hic praefert. *οὔτι π.* etiam Flor. 1. 2. Vict. Havn.

154. sq. *πρὸς γαίας* Flor. 1. Valcken. ad Phoen. 1235. p. 419. *Scribere potuit*, inquit, *in eundem sensum τόνδε κίνδυνον μεθεὶς Θέλω.* Sed exquisitius est, quod dedit Eurip. v. Heracl. 148. *κίνδυνον ῥίπτοντες* ibique Elmsl. et Pflugk. Thucyd. iv, 95. *κίνδυνον ἀναῤῥιπτοῦμεν*, c. schol. cf. iv, 85. Dionys. Hal. A. Rom. ix, 3. p. 561, 43. Sylb. *καὶ κίνδυνον οὐ τὸν ἐλάχιστον αὐτοὺς ἀναῤῥῖψαι*, et poeta ap. Suid. v. *κονίστρα· οὐδ' αὖ κονίστρας ἐς τὸ ῥῖψαι τοὺς πόνους*, de quo loco nugatur Toup. in Suid. i. p. 233. Lips. De *ῥίπτειν* vero et *ῥιπτεῖν*, nullo sensus discrimine usurpatis v. Lobeck. ad Soph. Ai. ad

vs. 239. p. 177. sqq. — Etiam *X. Π.* p. 286. D. *ἐγω πρὸς ὑμῶν τόνδε κίνδυνον θέλω Ῥίψασα κατόπτις σορoῦ θείου μολεῖν. Ἅπαντ' ἐκεῖθιν ἐκμαθοῦσα δ' ὡς ἔχει Ἥξω πρὸς ὑμᾶς πρὶν φάος μολεῖν χθόνα, Ἥξω δὲ θᾶττον· τόνδ' ὑφίσταμαι πόνον.*

157. *τοῦτον* pro *τούτοις* Flor. A. Vulgo male distinguebatur: *ἥξω 'πὶ τούτοις. τόνδ' ὑφ.* Recte Reisk. et Heath. c. rell. *ἥξω· 'πὶ τούτοι; κτλ. Redibo.* (v. Eur. Andr. 738.) *His conditionibus* (Eur. Alc. 375. ubi v. Pflugk.) *hoc subeo periculum.*

158. Qui contenderant, φιλόπατρις maluisse Atticos dicere, quam *φιλόπολις*, post Duker. ad Thucyd. vi, 92. refutavit d'Orvill. ad Chariton. p. 213. Lips. Adde Platon. Apol. p. 24. HSt. De Dolonis etymologia v. Vindicc. v, 20.

160. *δὶς τοσοῦτ' ἔθ.* Ald. rell. *δὶς τόσῳ σ' ἔθ.* Flor. A. 1. 2. 10. *δὶς τόσως ἔθ.* Paris. G. Harl. Vict. Havn. Hoc iubente Valck. p. 102. not. iure recepit Musgr. rell. Elmsleius ad Soph. Oed. Tyr. vs. 734. incertum est utrum verissimam hanc emendationem compertam non habuerit — quod non verisimile. v. eundem ad Eur. Med. 1163. — an non probaverit: multo enim deterior eius coniectura: *νῦν δὶς τόσῳ τέθεικας εὐκλεέστερον.* *)

*) Plutarchus vit. Solon. possit verba *δὶς τόσως* ut Euripidei characteris notasse. Scribit enim cap. xxii. *Τῷ μὲν γὰρ Λυκούργῳ καὶ πόλιν οἰκοῦντι καθαρὰν ὄχλου ξενικοῦ καὶ χώραν κεκτημένῳ πολλοῖς πολλήν, δὶς τοσοῖσδε πλείονα κατ' Εὐριπίδην, καὶ τὸ μέγιστον εἰλωτικοῦ πλήθους, ὁ βέλτιον ἦν μὴ σχολάζειν, ἀλλὰ τριβόμενον ἀεὶ καὶ πονοῦν ταπεινοῦσθαι, περικεχυμένου τῇ Λακεδαίμονι, καλῶς εἶχεν ἀσχολιῶν ἐπιπόνων καὶ βαναύσων ἀπιλλάξαντα τοὺς πολίτας.* Dubitari licet, quid de Euripide tradat Plutarchus. Potest enim *δὶς τόσως πλείων* structuram Euripidi familiarem notasse, potest Euripides Lacedaemoniam bis maiorem Attica vel duplo civium numero nimis magnam vocasse. Illud *δὶς τόσος* praeter Rhesum, ubi saepius reperitur, ter extat in Medea et nonnunquam in aliis eiusdem poetae fabulis, rarissime usurpatur ab aliis scriptoribus. Tamen minus placet prior ratio, cum minus probabile sit, Plutarchum ob illud *δὶς τόσως* ad Euripidem provocaturum fuisse. De altero, magis arridet, quod secundum proposui. Nam quanquam veri non est dissimile, Euripidem in fabula aliqua Lacedaemoniam cum Attica compuravisse,

161. *πονεῖν μὲν χρὴ* Havn. Non male, et recepit Bothius. Sed vulgatam tuetur etiam *X. Π.* p. 287. B. *Σφοδρῶς πονεῖν με χρῆν, πονοῦσαν δ' ἄξιον Μισθὸν προαθρεῖν· παντὶ γὰρ προκείμενον Ἆθλον πρὸς ἔργον τὴν χάριν τίκτει διπλῆν.*

164. *X. Π.* p. 281. B. *ναί, ναί, δίκαιον τοῦτο. κοὐκ ἄλλως λέγεις. Id.* p. 287. B. *ναί, ναί, δίκαιον τοῦτο κοὐκ ἄλλως σκοπεῖς.* In his pluralis, qui in Euripidis libris est, praestat omnino; alterum *λέγεις* vero originem debet variae lectioni, de qua v. ad vs. 261. Sed ob solum tragoediae christianae auctorem non ausus sum recipere. Ut hic secundo loco pro *λέγεις*, scriptor *σκοπεῖς* habet, Homericae *ἀλαοσκοπιῆς* fortasse memor, ita vice versa idem *λέγεις* pro *σκοπεῖς* infert vs. 329.

166. *σῶν* pro *σῆς* Flor. 1. *πολυόχου* Ald. rell. Pa-

---

tamen ponderatis omnibus praestare videtur, ut Euripides Lacedaemonem nuncuparit *aptam ad duplo maiorem numerum civium nutriendum*. v. Cresphontis fragmm. i — vii. ap. Strabon. viii. p. 563. Verba ipsa quod attinet, non possum facere cum praestantissimo Schaefero, qui pro *δὶς τοσοῖσδε* scribendum fortasse *δὶς τόσοις καὶ* censet, et sequentia ita distingui iubet: *καὶ, τὸ μέγιστον, εἰλωτικοῦ.* — Certissimum puto, dedisse Plutarchum *δὶς τοσῷδε δὲ πλείονα*, et ita vertendum esse locum: *Lycurgo enim, cum habitaret civitatem advenarum puram, cumque terram posideret plurimis sufficientem, ad duplo vero maiorem civium numerum nutriendum aptam*, vel potius: *duplo vero numero nutriendo nimis magnam, teste Euripide, cumque possideret maximam Helotarum vim — — — Lacedaemoni circumfusam, convenit a laboribus illiberalibus revocare cives.* *τὸ μέγιστον* pendet a *κεκτημένῳ*. Euripidis verba sunt *πολλοῖσι πολλήν, δὶς τόσους δὲ πλείονα* (frr. incc. lxx. Dind.), quod Musgravius iam intellexit, retinens tamen *τοσοῖσδε*. At quanquam *τόσος* et *τοσόσδε* tragicis promiscua sunt, ut loquar cum Lobeckio ad Soph. Ai. 277., fixa sunt *δὶς τόσος* et *τόσῳ*, neque unquam in hac formula usi sunt syllaba paragogica. Praeterea sensus exigebat, ut vox disiungeretur. Quod Valckenar. p. 103. not. 4. tentavit *δὶς τόσῳ δέ*, ideo repudiandum est, quod eadem ratione dativus ad *πλείονα* requiritur, ut ad *πολλήν* positus est. Accedit, quod non adiectum est, qua terra duplo maior cogitanda sit Lacedaemonia. Ceterum, quandoquidem in hanc arenam descendimus, sustinemus adiecisse, apud Hesychium *Δισσόσῳ· τῇ ἡλικίᾳ Ἀρχίλοχος* — ita scribendum esse *Δὶς τόσῳ. τῇ ἡλικίᾳ*. Vult grammaticus, Archilochum voce *δὶς τόσος*, quae de magnitudine adhibebatur, de aetate usum esse. Nihil vidit Liebel. Archil. p. 241.

riss. E. G. Flor. 2. Vict. πολιόχου Harl. Flor. 10. πολιούχου Havn. πολιχοῦ Flor. 1. Deest versus in Flor. A. ob homoeoteleuton. πολυόχλου ex coniectura Reiskii et Valckenarii ad Phoeniss. 543. receperunt Musgr. rell. Sed adeo incerta haec est, ut ne de interpretatione quidem eius conveniat viris doctis. Musgr. enim, quem sequitur Lindemannus, *populosus* vertit, ut ap. Diodor. Sic. xiv, 95. πολυαχλουμένη πόλις *populosa urbs* esset. Contra Matthiaeus interpretatur ἡ πολυν ὄχλον παρέχουσα. Quorum quanquam utrumque vox potest significare, tamen videndum erat, quid ingenio Dolonis conveniret. Is vero si quid video noluit vituperare imperium, sed dicere fere, quod expressit Archilochus: μεγάλης οὐκ ἐρῶ τυραννίδος et alii poetae ap. Porson. ad Eurip. Med. 542., quos locos cum Dolonis responsis iuvabit contulisse. Eodem modo Sophocles dixit Aleadis fr. 109. τῆς ὑπερτάτης Τυραννίδος θάκησιν, ἡδίστην ἕδραν, ubi olim in scriptione de Soph. Aleadis p. 22. falso αἰσχίστην aut ἐχθίστην probavi. Quem errorem monitus a Lobeckio corrigo. Potest vero vel unum ὑπερτάτης docere, tyrannidem h. l. laudari. Iam cum sensus sit: *non expeto imperii tui maiestatem*, vides a vero minus abesse Musgravii sententiam. Sed ne *populosum imperium* quidem multum dignitatis habet, et in nullo libro πολυόχλου legitur. Itaque ad libros redeundum, quorum utraque lectio prae coniectura commendatur a sensu. Nam πολύοχος potest *beatum imperium* indicare et magis etiam πολίοχος, quod est fere deorum regumque urbi praesidentium epitheton, quodque meliores codd. praebent. Ita v. c. δημοῦχος χθονὸς Theseus vocatur a Soph. Oed. Col. 1348. Unum de quo dubites est, dixerintne poetae πολίοχος, cum reperiantur tantum πολισσοῦχος, πολισοῦχος, πολιήοχος, πολιάοχος, πολιοῦχος. Et in iambis saltem ex his unum πολισοῦχος poterant tragici adhibere, quod formatum est ut λυχνοῦχος, στερνοῦχος, ῥαβδοῦχος, δημοῦχος, κληροῦχος, οὐρανοῦχος, πεδιοῦχος, alia. Ego cum πολύοχος feratur, nescio cur πολίοχος spernatur, quod ex priore parte tue-

tur *πολίαρχος* vs. 368. et alia. Ex altera parte advocari potest *ἀστύοχος*, activa significatione usurpatum a Paulo Silentiario n. 66. T. iii. p. 92. Br. (*τείχεος ἀστυόχου*) ap. Lobeck. ad Soph. Ai. p. 230., quocum conferendum *ἀστυνόμοις ἀγλαΐαις* ap. Pindar. Nem. ix, 74., a nominativo *ἀστυγόμος* descendens, ut idem vir doctus docet p. 229., quod exemplum prorsus simile est Rhesi verbis *πολίοχος τυραννίς*. Ceterum quod ad vocis formam attinet comparari possunt *ἡνίοχος*, *αἰγίοχος*, *Ἀστύοχος* (Plut. Alc. xxv. al.) *Κτησίοχος* (Lucian. Ver. hist. i, 3.) *Μητιόχη* et *Μητίοχος* (Meinek. Qu. Scen. iii. p. 21. not.). Ipsa haec formatio in nomine proprio comparet. Nam *Πτόλιχος* nomen Aegineticum est ap. Pausan. vi, 9. pr. 10. extr., Corcyraeum ib. vi, 9, 5. Plene extat *Πολίοχος* Atticum nomen ap. Lysiam xviii. §. 13. p. 150. HSt., ubi itidem corruptum est in *Πολιοῦχος*, *πολίαχος*, *πολισχος*, *πολίαρχος*. v. Bergk. in epistola ad Schillerum, ad calcem Andocidis p. 140. sq. Postremo eadem fere discrepantia extat in *γαιήοχος*, *γηοῦχος*, *γηουχεῖν*, *γήοχος*, *γηοχεῖν* (Herodot. vii. 190.) — V. etiam ad vs. 808.

167. *σὺ δ' ἀλλά* est *at tu saltem* v. Eurip. Med. 942. *Σὺ δ' ἀλλὰ σὴν κέλευσον αἰτεῖσθαι πατρὸς γυναῖκα*, ubi cum Medea primum a Creonte petere iussisset Iasonem, hoc cunctante: *At tu*, inquit, *nuptam saltem iube.* Ad hunc locum optime contulit Elmsleius (vs. 912.) Arist. Acharn. 191. et 1033. Ad Heraclid. vs. 565. negligentius scribit idem vir doctissimus: *Vim particulae ἀλλὰ in hac locutione non debent negligere tirones; significat εἰ μὴ τοῦτο δρᾶν θέλεις. Anglice verte, then.* Haec vocis *ἀλλὰ* non potest esse significatio, sed ellipsis est statuenda: *σὺ δὲ εἰ μὴ τοῦτο θέλεις, ἀλλά.* Exemplis ab Elmsl. ad posteriorem locum laudatis adde Iacobs. ad Philostr. Imagg. p. 393. et Priscian. xvii. p. 1105. Putsch. qui *ἀλλά* per *saltem* vertit, et ita etiam Latinorum *at* usurpari monet; Terent. Eun. i, 1, 30. *Si nequeas paulo, at quanti queas.*

168. Aliter Hiero Xenophonteus i, 27. *Πρῶτον μὲν*

γὰρ γάμος ὁ μὲν ἐκ μειζόνων δήπου καὶ πλούτῳ καὶ δυνάμει κἀλλιστος δοκεῖ εἶναι καὶ παρέχειν τινὰ τῷ γήμαντι φιλοτιμίαν μεθ' ἡδονῆς. De constructione γαμεῖν ἀπό vel ἔκ τινος v. Elmsl. ad Eur. Heracl. 300.

169. χρυσὸς γάρ ἐστιν Ald. rell. — πάρεστιν, ut emendavit Scaliger, habent Flor. A. 10. Viet. Havn.

Ibid. αἰτήσεις Ald. rell. sed αἰτήσῃ Havn., quod non dubitavi cum Dindd. recipere. Reiskius nescio quo sensu: *L.* ἐξαίτει *in imp.*

170. οὐ σπανίζομεν βίου Flor. 10. receptum a Bothio, ut coniecerat Lenting. *melioribus* scilicet *numeris, ne eiusdem dipodiae partes in eundem sonum exeant, quod tragici quantum poterant, cavebant.* Hoc quam recte dictum sit, docet Morstadt. p. 16. sq. Eiusdem quae dicitur cacophoniae plurima dedit exempla Foertsch. Obss. crit. in Lysiae oratt. p. 15.

171. Ἴλιον Flor. A. 10., quae forma tragicis magis est usitata. Quare praeferenda est exquisitior.

172. Satis mire vertit Lindemann. *Vom Feinde nimm die Gaben, die du angelobst*, quod nemo poeticum dixerit.

174. χέρας Ald. rell. Elegantiorem lectionem χέρα, quam praebent Flor. 10. Havn. praetuli cum Dindd.

175. Ὀϊλέως παῖδά μ' ἐξαιτεῖς λ. Ald. οὐ μὴν Ἰλεόν γε παῖδ' ἐξαιτεῖτε (vel ἐξαιτῆτε) λαβεῖν Flor. A. οὐ μὴν τὸν Ὀϊλέως γε παῖδ' ἐξαιτεῖς λ. Flor. 10. τὸν ἠλέως παῖδα μ' ἐξαιτῇ λ. Havn. Matthiaeus, qui Aldum secutus erat in textu, mutato Ὀϊλέως in *Οἰλέως*, in notis: *Recte*, inquit, *Lenting. e lect. cod. Flor.* οὐ μὴν τὸν Ὀϊλέως γέ μ' ἐξαιτεῖς λαβεῖν, *deleta voce* παῖδα. *Alc.* 621. (518.) οὐ μὴν γυνή γ' ὄλωλεν Ἄλκηστις σέθεν; Saltem *Οἰλέως* scribi debebat ut fecit Bothius, in ceteris Lentingium secutus. Tamen παῖδα sanissimum videtur. Feci cum Dindd., solo ἐξαιτεῖς in formam exquisitiorem mutato. Posses etiam: οὐ μὴν τὸν Οἰλέως παῖδά γ' ἐξαιτεῖ λαβεῖν.

177. ζῶντα ποινᾶσθαι Havn. Vict. et lemma schol. Vat. ζῶντ' ἀπεινᾶσθαι Flor. 1. — ἀποινᾶσθαι quod lem-

ma schol. Flor. 1. 2. et editiones tuentur, iudice Matthiaeo, recte explicavit Bothius, *se redimere* et ita fere Heath. et Reisk. — Non recte; nam Demosthenes, qui etiam hac voce utitur contra Aristocrat. p. 629, 22. et 630, 27., ubi in lege Draçontis dicitur *ἀποινᾶν τινά*, ita adhibuit, ut significet interprete Reiskio in indice Demosthen. *ab aliquo, quem vinctum teneas, per vim extorquere pretium redemtionis*, ut altero loco ipse explicat Demosthenes per *χρήματα πράττεσθαι*. cf. Etym. M. p. 132, 30. Itaque medium ad Dolonem erit referendum: *a quo Graecorum vivo pecuniam tibi exigere vis*, qua cum explicatione in universum consentit etiam scholiasta Vaticanus; *) alia quidem sed similia tradit interpres Florentinus. Recte vero Hermannus p. 293. hoc verbum ex rarioribus esse monuit; nam Theo Progymn. p. 46. ap. Taylor. ad Demosthenis locum etiam dicit: *ἀρχαῖα δὲ τὰ πάλαι μὲν συνήθη, νῦν δὲ ἐκλελοιπότα ὡς λέγει Δημοσθένης — μηδ' ἀποινᾶν*. Quanquam interpretatio Demosthenis et testimonium Theonis non impedit, quominus olim haec vox usitata fuerit, cum etiam Lysias in Theomnest. i. 19. p. 117. extr. HSt. *πολεῖσθαι* ut obsoletum per *βαδίζειν* explicet.

179. *καὶ μὴν λαφύρων γ' αὐτὸς αἱρήσῃ λαβών* Flor. A. 10. *αἱρήσει* Havn. *γ'* quod in editionibus deest, praeeunte Matth. in notis et Bothio, recipi iussit Herm. p. 301. ap. Lindem. p. 8. et dedi c. GDind. v. vs. 184. — *λαβών* vero illud, quod codd. Flor. dicuntur habere, admisissem fortasse, nisi calami error videretur Matthiaei.

180. *πρὸς δόμοις* Ald. rell. *πρὸς δόμους* Flor. A. 1. 2. 10. Havn. *πρὸς δόμους* Vict. Quod dedimus praeiverunt Matth. Both. Dind. Utrumque probum. De more ipso v. Aeschyl. Agam. 588. Sept. 277. Eurip. Androm. 1121. c. schol. Eur. Bacch. 1214. 1239.

*) Homeri locus in scholiis commemoratus legitur Il. *λ'*, 106.

181. τοῦδέ μ' ἠτήσῃ Flor. A. τῶν δέ μ' αἰτήσῃ Flor. 10. Havn. Hinc mutavi lectionem Aldi rell. τῶνδέ μ' αἰτήσεις cum Dindd., quanquam eam etiam *X. Π.* p. 287. B, tuetur: πλὴν οὖν τί μεῖζον τῶνδ' ἀπαιτήσεις γέρας.

182. μολεῖν pro πονεῖν Flor. A. 10.

184. ἐρῶντί σ' ἀντ. Flor. A. ἐρῶντί τ' ἀντ. Flor. 2. Vict.

185. *X. Π.* p. 286. C. ἐξ ἀφθίτου γὰρ ἄφθιτον πεφυκότα Πῶς νιν φθιρεῖ — Ἅιδης. *)

188. Hermiannus p. 301. *Scripsisse poetam puto:* Ποσειδῶν, ὡς λέγουσ', ὁ πόντιος, quod probavit Lindemanno p. 8. Cf. Eupolis ap. Herodian. π. μονήρ. λέξ. p. 10. extr. τέμενος Ποτίδα ποντίω.

191. κάλλιστον omis. Flor. A. λαβὼν Lindemanno est: *angenommen.*

192. δέχεσθαι omis. Flor. A.

193. μυρί' omis. Flor. A.

194. τέρψει omis. Flor. A. τῆσδ' ἀριστεύων χθονός est: *cum princeps sis huius terrae.* Inepte, ut solet, interpretatur Lindemannus: *Kämpfst du siegreich für das Land.*

195. In textu excidit antistrophae nota. μέγας μὲν ἀγών Flor. A. μεγάλα δ' ἐπινοεῖς ἑλεῖν ex Homero fluxit Il. κ', 401. ἦ ῥά νύ τοι μεγάλων δώρων ἐπιμαίετο θυμός, Ἵππων Αἰακίδαο.

196. *X. Π.* p. 287. B. μακαρία τ' ἔπειτα κυρήσασ' ἔσῃ.

198. μέγα δὲ κοιρ. Ald. rell. μεγάλα δὲ κοιρ. Flor. 1. 2., unde μεγάλα recepi, ejecta particula adversativa, quae hic locum non habet. v. ad vs. 200.

199. ἐπὶ τῷ pro ἐπιδέτω Flor. A. ἐπιδότω male cum Brodaeo HSteph. Deinde pro τὰ δὲ θεόθεν (τάδε Ald.) quod editiones praebent, ex coni. Seidleri de verss. dochm. p. 61. not. τά θεόθεν recepit Matth. rell. Non recte opi-

*) Respicit scholiasta ad Homer. Il. ψ, 277. ἀθάνατοί τε γάρ εἰσι.

nor. Nam et sensus, ut vs. sq. demonstrabo, flagitat particulam, et duas breves syllabas in synizesi brevem efficere posse persuasum habeo. *)

200. ἀνδράσι Ald. rell. ἀνδράσιν correxit Heath. et Seidler. l. l. τέλεα Flor. A. 10. Havn., unde τέλεα qαίνεται dedit Herm. p. 301. ap. Lindem. p. 8., in duos dochmios hoc versu redacto. Quod nemo admittat. v. vs. 136. Sensum loci miror alios se non intelligere ingenue professos esse, alios falso constituisse. Si quid video, hoc vult poeta: *difficilem quidem rem suscepisti; sed magnum quoque praemium speras; quod ubi contigerit, eris beatus. Nam labor tibi pariet gloriam. Magno quidem aestimatur, regum generum fieri* (quod noluerat Dolo); *sed ubi divina praemia largiatur Dica, hominum res videntur perfectae* h. e. quae apud homines in honore sunt, spernenda prae iis videntur. Ex hac interpretatione perspicitur cur vs. 198. δὲ ciocerim; nam hoc versu, quem non potuit intelligere Morstadt. p. 15., generalis sententia praemittitur, quae sequentibus definitur; quare adversativam particulam vs. 199. nolui cum sensus dispendio delere. In hoc vero versu τὰ δὲ θεόθεν ἐπιδέτω Δίκα, dea haec minime *Nemesis* cum Barnesio est statuenda, *quae arroganliam Dolonis esset vindicatura*, sed est *Iusti-*

*) In Homero Il. ε, 567. μέγα | δέ σφεας ἀ | ποσφή | λειε πόνοιο non iure in σφας mutatum videtur. Eiusmodi sunt ἀστέρι ὀ | πωρινῷ et χαῖρε δὲ τῷ ὄρ|νιθι Ὀδυ|σεύς, et Praxillae versus ἀλλὰ τεὸν|οὔποτε|θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ἐπειθον ap. Eustath. Il. ά. p. 12, 26. et alibi. cf. Gaisf. ad Hephaest. p. 220. et quos praeterea laudat Matth. Gr. Gr. p. 128. Spitzner. de vers. her. p. 179. Thiersch. Gr. Gr. p. 180. Adde Hermann. elemm. doctr. metr. p. 53. sqq. ubi compluria exempla correptae syllabae, per synizesin ex duabus brevibus contractae, prostant. Hinc minime dubito, quin recte libri Sophoclis Oed. C. 702. praebeant:

τὸ μέν τις οὔτε νεαρὸς οὔτε γηρᾷ

hac mensura ⏑ – ⏑ – | ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑, syllabis νέα per synizesin pro *una brevi* positis. Quare non intelligo, cur vocem inauditam νολαία dare maluerit in Alcest. 103. GDindorf., quam synizesin statuere. Meam rationem praeferre videtur etiam Meinekius Quaestt. scenn. iii. p. 21. not.

tia quae facta hominum remuneratur. Ab hac Doloni praebentur (hoc est *ἐπιδεῖν* ut *videre* Romanis) divina munera, *equi* scilicet *Achillis*, de quibus Homerus Il. *ρ*, 444. *ὑμεῖς δ' ἐστὸν ἀγήρω τ' ἀθανάτω τε* et Hector ap. Euripidem vs. 185. *ἐξ ἀφθίτων γὰρ ἄφθιτοι πεφυκότες*. Ob hos equos divinos recusaverat Dolo regium connubium vs. 168., quare hoc, ut summum ex hominum rebus, divino praemio opponitur, et *τὰ δὲ παρ' ἀνδράσιν* versu seq. una cum auro, manubiis, aliis rebus nominatur. Imperativus vero pro enuntiato conditionali positus est, pro *ἢν ἐπίδῃ τὰ θεόθεν Λίκα*, ut ap. Eur. Phoen. 403. Polynices interrogatus, amicine adfuissent, *εὖ πρᾶσσε*, inquit, *τὰ φίλων οὐδὲν ἦν τις δυστυχῇ* pro *ἢν εὖ πράξῃς, ἕξεις φίλους*. Eiusdem idiotismi attulit Bernhard. Synt. Gr. p. 392. ex Menandro p. 179. *ὀκτὼ ποίησον τὰς τραπέζας, δύο, μίαν, τί σοι διαφέρει τοῦτο;* eodem modo explicandum. Cf. Aristophon ap. Athen. iv. p. 161. F. *Ἐπεὶ παράθες αὐτοῖσιν ἰχθῦς ἢ κρέας, Κἂν μὴ κατεσθίωσι καὶ τοὺς δακτύλους Ἐθέλω κρέμασθαι δεκάκις* — et Epicharmi versus apud auctor. Axiochi c. 6. quem ita emendat Ritschl. schedis critt. p. 24. *ἃ δὲ χεὶρ τὰν χεῖρα νίζει· δός τι κἄν τι λαμβάνοις* *), et Aeschyl. Sept. 435. *τοιῷδε φωτὶ πέμπε, τίς ξυστήσεται;* pro *ἢν πέμψῃς*, quod firmat Plut. Thes. i. Adde poetam ap. Plut. *π. ἀοργησίας* p. 457. C. ita emendatum ab Hermanno ad Soph. Oed. C. 1063. *βαῖνε λὰξ ἐπὶ τραχήλου, βαῖνε καὶ πελᾷ χθονί*. Neque nobis, neque Latinis hic usus defuit. v. Sallust. Catil. 20. *Vel imperatore vel milite me utimini, neque animus neque corpus a vobis aberit.* Plaut. Merc. iv, 4, 30. *Cras petito, dabitur, nunc abi.* Senec. Quaestt. natur. praef. *Detrahe hoc inaestimabile bonum, non est vita tanti, ut sudem.* cf. Matth. Gr. Gr. p. 973. et ad Cicer. oratt. vii. p. 239. sq. — Denique vs. 200. de *δέ* in apodosi, non est, cur

*) In proverbium abiit: Nonius de mutatis coniugationibus *Fervit* pro fervet: Varro Sexagesi: *Quod leges iubent non faciunt, δὸς καὶ λάβε, fervit omnino.*

dicam. *) Haec, opinor, loci non planissimi explicatio ei praeferenda videtur, quam Seidlerus de verss. dochm. p. 61. dedit probatam a Matthiaeo. Nam quid, quaeso, haec sibi volunt: *Quod deos attinet, adsit consiliis tuis Iustitia, homines autem quod attinet, talia tibi ostendentur, quae, quod amplius optes, nihil reliquum faciunt.* Quae ut ferri possit Graecorum verborum interpretatio, quomodo cum priore versu cohaereat haec sententia, explicatum mihi velim. Quae fuerit Lindemanni voluntas, non capio, neque ipse, quae scripsit, intellexerit: *Auch grofs ist's dem Königshaus Schwäher sein. Wenn Zeus Huld folgt dem Recht, Menschliches Glück in Fülle empor will dir's blühn.*

201. ἐλθὼν δ' Ald. rell. δ' omis. Flor. A. 1. 2. 10. Havn. quod recepi. v. vs. 864. ἐς pro εἰς Havn. — ἐφεστίους, pro quo Brodaeus ἐφέστιος scribi maluerit, ignarus ita Aldinam praebere, nullum exemplar teste Barnesio exhibet. Aperte vero Brodaeus ἐφεστίους praetulit et aut Barnesii aut typothetarum in editione Brodaei error est. Idem placuit Bothio, qui in textu recepit, commendatum ab Abresch. Animadvv. in Aeschyl. T. i. p. 79. Comparant quidem Aeschyl. Sept. 71. μή μοι πόλιν — ἐκθαμνίσητε — — καὶ δόμους ἐφεστίους. Agam. 851. νῦν δ' ἐς μέλαθρα καὶ δόμους ἐφεστίους Ἑλθών. ib. 416. [427.] κατ' οἴκους ἐφεστίους ex Vossii coni.; sed aeque bene alterum dicitur, ut Soph. Trach. 262. ὃς αὐτὸν ἐλθόντ' ἐς δόμους ἐφέστιον. cf. Eur. Med. 713. δόμοις ἐφέστιον. Cycl. 370. δωμάτων ἐφεστίους.

203. κεῖθεν δ' ἐφήσω Ald. rell. κἀκεῖθεν ἥσω Flor. A. 10., quod c. Valcken. p. 102. not. ded. Matth. rell. κἀκεῖθεν οἴσω Havn.

*) *Τέλεια* hic sunt *perfecta*, quae non egent correctione. Sensu proprio Sophocles dixit Trachin. 947. *Πότερα τὰ πρότερ' ἐπιστένω; Πότερα τέλεα περαιτέρω; Δύσκριτ' ἐμοί γε δυστάνῳ.* Quae ita vertenda: *Utrum priora illa mala* (Deianirae mortem) *lugeam, an quae deinceps sunt eventura* (Herculis mors), *haereo dubia.* Priori membro necessarius est articulus, alteri non necessarius.

204. *ἐπεὶ τίν' ἄλλην* Ald. rell. Both. *εἶπ' ἤ τίν' ἄλλ.* Flor. 1. 2. Vict. duo Mss. Musgr. (*εἶπ' ἤ τίν' ἄλλ.* ap. Hardion. p. 46.); quo confirmatur Piersoni coniectura Verisim. p. 82. *εἶπ' εἴ τιν' ἄλλ.* Hoc non solum codicibus obsecutus c. Matth. et Dindd. *) reposui, sed etiam sensus causa. Nam cum vs. 207. demum interrogetur, quale fuerit corporis tegumentum, probabile est, hic quaerere chorum, an omnino alia usurus sit veste. — *ἀντί*, quod in editionibus nonnullis exciderat, cum Cantero, Scaligero, Duporto restituit Barnes. ex Aldina.

205. *κλεπτικοῖς* Ald. rell. *κλωπτικοῖς* Flor. 10. *κλοπικοῖς* Havn. *κλωπικοῖς* Flor. A., unde Musgr. rell., auctore Valcken. p. 102. not., dederunt.

206. Hunc versum Stobaeus Gesneri [Menandro ut videtur tribuens] iii. fin. p. 51, 49. et *X. II.* p. 283. D. sine varietate usurpaverunt.

207. *σφαγή* Ald. rell. *στολή* MSS. HStephani, commemorantis etiam *σάγη*, quod habent tres Pariss. Flor. A. 1. 2. 10. Vict. Havn. et lemma schol. ubi legitur *σώματος σαγή — ἡ σφαγή· ὀξυτόνως· Ἡρώδης.* Hinc apparet, unde Aldinae lectio originem duxerit. Scripsisse videtur grammaticus: *ὡς σφαγή* vel potius ita verba sua intelligi voluit. v. Lobeck. ad Soph. Ai. 286. not. i. p. 209. Interpretes dederunt *σάγη* atque etiam GDind. Ego cum LDind., auctore Herode — Herodiani nomen corruptum videtur. cf. Goettling. *Allgem. Lehre v. Accent der griech. Spr.* p. 11. — oxytonon praetuli. Alii ut Arcadius p. 104, 25. *παροξυτόνως* scribi maluerunt. In Aeschyli Pers. 240. Sept. 125. 391. Choeph. 560. 675. Eur. Herc. F.

*) Codicum scripturam nuper tutius est etiam Theod. Bergk. de fragmm. Soph. p. 10. Non dubito, quin eadem medicina sanandus sit Eur. Or. 526. ut pro *ἐπεὶ τίν'* scribatur: *εἶπ' εἴ τιν' εἶχες, ὦ τάλας, ψυχὴν τότε*, [Lysias in Andoc. (vi.) §. 23. *καὶ τίνα αὐτὸν δοκεῖτε ψυχὴν ἔχειν, ὁπότε —*] *Ὅτ' ἐξέβαλλε μαστὸν ἱκετεύουσά σὲ Μήτηρ*, quanquam non sum nescius *ἐπεὶ* in continuando sermone, praesertim in stichomythia usurpari. v. Blomf. ad Aesch. Cho. gloss. 208. At in Oresta nil continuatur, nisi dicere malles, respici ad vs. 524. *τὸ θηριῶδες καὶ μιαιφονον.*

188. alii editores alia praetulerunt. Cf. Blomfield. ad Aesch. Sept. gloss. 119.

208. *νῶτα θήσομαι* Ald. rell. *νῶτα ἄψομαι* Vict. *τῶτον ἄψομαι* Flor. A. 10. Havn., quod iubente Valck. p. 101. not. et ad Phoen. 415. recep. Musgr. rell.

209. *σχῆμα θηρὸς* Ald. rell. *χρῆμα θ.* Flor. 1. *χάσμα θ.* Flor. A. 10. Vict. Havn. et Harl. inter lineas. Id praeeunte Valcken. ll. ll. rec. Musgr. rell. In idem incidit Toup. in Suid. T. i. p. 562. Lips. Etiam Longus Pastor. i. p. 18. Schaef. *χάσμα* invenit. Neque enim sententiam Matthiaei probare possum, non pressisse vestigia Euripidis Longum. Nam ita sunt verba comparata, ut ubique fere Euripidem agnoscas. Utitur enim in re amatoria hoc dolo ad terrendam amatam Dorco, qui *ἐπιτιχᾶται τέχνην ποιμένι πρέπουσαν·* [vs. 205. *πρέπουσαν ἔργῳ κλωπικοῖς τε βήμασιν.*] *λύκου μεγάλου δέρμα λαβὼν — περιέτεινε τῷ σώματι ποδῆρες καταναστισάμενος* [vs. 208. *ἀμφὶ νῶτον ἄψομαι.*], *ὡς τοὺς ἐμπροσθίους πόδας ἐφηπλῶσθαι ταῖς χερσὶ καὶ τοὺς κατόπιν τοῖς σκέλεσιν ἀχρὶ πτέρνης, καὶ τοῦ στόματος τὸ χάσμα σκέπειν τὴν κεφαλήν.* *)

*) Non solum recentiores, quorum Beckius non sine lectoris languore hunc locum tractavit, in hoc Dolonis invento offenderunt, quod ex eius ingenio explicare studuimus Vindicc. ii, 21., sed antiquiores etiam, ut ex scholio discimus ad vs. 210.; cuius vituperii auctorem sine ulla causa Aristarchum putat Welckerus. Neque vero tam ineptum est illud *τετραποδίζειν* Dolonem, siquidem, ut ipsi interpretes docent in bello contra Vespasianum ad fallendos vigiles usi sunt Iudaei tali dolo, teste Iosepho Bell. Iud. iii, 13. extr. p. 842. ed. Colon. 1691. *ἕρπειν τὰ πολλὰ παρὰ τὰς φυλακὰς κελεύσας* (Iosephus) *τοῖς εἰςιοῦσι καὶ τὰ νῶτα καλύπτειν νάκεσιν, ὡς εἰ καὶ κατίδοι τις, φαντασίαν παρέχοιεν κυνῶν.* Alia ex causa Cimbri ut tradidit Plutarch. v. Mar. c. 25. p. 420. b. et Parthi ap. Suid. v. *χάσμασιν* et Ornytus ap. Virgil. Aen. xi, 680. rictibus ferarum pro galeis utebantur. cf. Virgil. Aen. vii, 666. sq. 688. sq. Apollon. Rh. i, 324. sq. Ex Iosephi loco apparet talem dolum non sine usu in bello fuisse, quare non miror Plautum, qui hoc Dolonis inventum, ex Euripide notum, laudibus ornavit. Locum v. in Vindicc. i, 18. Neque vero voluit Euripides vera virtute praeditum videri Dolonem, sed vapulat ei Dolo aeque atque Homero. Recte enim ad Homeri versum Il. *κ*,

Ibid. ἀμφ. ἐμ᾽ ἀτῷ θήσω κάρᾳ Flor. A. ἀμφ᾽ ἐμῷ αὐτῷ θήσω κ. Flor. 10.

210. Pessime Lindemann. *Denn mit den Händen fördernd vorgeneigten Gang, Und Glied um Glied fortsetzend.* Recte interpres Latinus. βάσις προσθία sunt *anteriores lupi pedes*, quos Dolo super manus suas expandit, posteriores vero super crura.

211. τετράπου Flor. 1. Versum adhibet Mar. Victorin. i. p. 2498. *Proprie autem Graeci cola dicunt, quaecunque circa iuncturas aut artus porrecta sunt in longitudinem membra, unde Euripides:* καὶ κῶλα κώλοις τετράπουν μιμήσομαι, *unde dictum melos brachia scilicet et femina* (femora?). Cf. Longini fragm. viii, 12. p. 206. Weisk.

212. πολεμίους Flor. A. 10.

213. τάφοις Flor. 1.

215. δίβαμός εἰμι Ald. rell. δίβαμος εἶμι Vict., quod iubente Herm. p. 301. ap. Lindem. p. 8. recepi c. GDind. et iam diu interpres: *bipes incedam.*

216. σ᾽ deest in Flor. A.

217. φιλητῶν Flor. 10. Havn. Ex nostro fortasse loco Hesychius φιλητῶν· γένος κλεπτῶν. Non magni facio, quae diversis locis tradit Eustathius, v. c. ad Iliad. ι. p. 781, 11. ὅτι δὲ τὸ ῥηθὲν φηλῆσαι φηλῶσαι παρὰ τοῖς παλαιοῖς ἐλέγετο κατὰ τρίτην συζυγίαν τῶν περισπωμένων, δηλοῖ καὶ Λυκόφρων εἰπών· φηλώσας πρόμον, ἤγουν ἀπατήσας τὸν ἄρχοντα. [Imo nominandi erant Aeschyl. Ag. 492., ubi cf. Blomf. gloss. 475., Eurip. Suppl. 243. cet.] τὸ δέ γε φηλῶ, φηλήσω τῶν ὕστερόν ἐστι· διὸ

---

334. Ἔσσατο δ᾽ ἔκτοσθεν ῥινὸν πολιοῖο λύκοιο scholiasta: λευκοῦ ὡς ἄφρων· κατάφωρος γὰρ δι᾽ αὐτοῦ ἐγένετο, idemque annotavit Eustath. Iliad. κ, p. 809, 38. Id accuratius persecutus est Euripides, quo magis appareret, et Dolonem et Troianos, qui hoc probarent, stultos esse et ἀψιμαθεῖς, quippe qui sibi prudentissimi, aliis non item viderentur. Itaque unum eundemque scopum et Euripides et Homerus habuit, ut refutentur schol. et Hermannus p. 285.

καὶ τὸ πέποιθ' ὅ γε φιλήτησιν [Hesiod. ἔ. κ. ἡ. 373.] οὐ διὰ τοῦ η ἔχει τὴν ἄρχουσαν ἐν τοῖς ἀκριβέσιν ἀντιγράφοις, ἀλλὰ διὰ τοῦ ἰῶτα καὶ δηλοῖ οὐκ ἀπατεῶνα, ὡς ἀπὸ τοῦ φηλεῖν, ἀλλὰ κλέπτην παρὰ τὸ ὑφελεῖν. Eandem idem saepius commendat etymologiam. Sed vanum est discrimen, nec quisquam adeo levis fuerit, ut φιλήτης, si modo genuina sit haec forma, ortam putet ex ὑφειλέτης. Itaque quicunque fuerunt illi *antiqui* grammatici, quos tradit Eustathius (ad Iliad. β'. p. 194, 30.) et apud Hesiodum et apud Archilochum (ad Odyss. υ. p. 1889. pr. cf. Liebel. Archil. p. 187. sq.) φιλήτης scripsisse, quia significaret τὸν κλέπτην: si legem illam sacrosanctam tulerunt, quod ex ὑφειλέτης, ut videtur, contractum putaverunt, prorsus errarunt, neque audiendi sunt. Legitur tamen idem in Etymol. M. p. 793. extr. et in verborum similitudine ludens fortasse indicat Epigramma ἀδέσποτον in Brunckii Anall. iii. p. 198. n. 237. [Anthol. Palat. ii. p. 815. n. 178.] Ἑρμῆν τὸν κλέπτην τίς ὑφείλετο; Θερμὸς ὁ κλέπτης, Ὃς τῶν φηλητέων ᾤχετ' ἄνακτα φέρων, ubi Brunckius φιλητέων dedit, ut scribendum videtur, si auctor vocem ab ὑφελεῖν derivatam voluit. Sed satis venustum epigramma est etiam nulla etymologiae habita ratione. Alio modo lusit Seneca epistt. 51. extr., quem laudatum ab Hemsterh. ad Polluc. ix, 64. p. 1119. sq. indicarunt intt. Hesychii et Blomf. ad Aeschyl. Cho. gloss. 988. *Voluptates*, inquit, *praecipue exturba et invisissimas habe latronum more, quos Phileta s Aegyptii vocant: in hoc nos amplectuntur* [φιλοῦσι] *ut strangulent.* Cf. Etymol. M. p. 794, 10. κατ' ἀντίφρασιν ὁ μισούμενος, et quem laudant Hesychii interpretes, Helladius ap. Photium Bibl. p. 1596. κατ' εὐφημισμὸν οἱ Ἀττικοὶ τὸν κλέπτην φιλητὴν λέγουσι, οἱονεὶ μισητόν· ἢ καὶ φιλητὴς ὁ κλέπτης διότι φιλεῖ λαμβάνειν τὰ ἀλλότρια. Sed quis sanus a φιλεῖν descendere crediderit φηλήτης aut si diis placet φιλήτης, cuius semper producitur prima? Aptissime vero Scaliger Romanorum *pilare*, contulit ad Festum s. v. *pilare*, laudante Gaisf. ad Hesiodi locum, quae vox eadem est et

itidem semper producit primam. Quare miror, Goettlingium, virum accuratae doctrinae, derivasse vocem a φιλεῖν ad Hesiod. ἔ. κ. ἡ. 373. cf. ad Theog. 97., ut didici ex Hermanni Opuscc. vi, 1. p. 160. Magis etiam mirum, quod idem, postquam monitus est ab Hermanno, errorem suum defendere studet in libro Germanice scripto: *Allgem. Lehre vom Accent der Griech. Sprache* p. 124. Recte Hermann. l. l. eiusdem censuit originis atque σφάλλω, ἔσφηλα. Radix, si quid video, est φῆλος, ὃ σημαίνει τὸν ἀπατεῶνα (Etym. M. p. 130, 51. cf. schol. Arist. Pac. 1164.) sive φῆλος ὁ ἀπατηλός (Etym. M. p. 160, 39.) cf. Hesychius φῆλον· ἀπατηλόν, ληθαργόν, κακοῦργον, ἐπίβουλον. Voce usus videtur Menander Ἁλιεῦ. cf. Meinekii Menander et Philemo p. 15. Hinc descendunt et φηλόω et φηλήτης atque φηλήτης modo κλέπτην modo ἀπατεῶνα significat. Neque aliam ab causam excogitatum videtur istud discrimen a grammaticis, quam quod non intelligerent, quomodo a φηλόω fieret φηλητης. Ita Mercurius etiam cum furum est princeps — praeter furta eius nota cf. schol. Lucian. Catapl. 1. λέγεται γὰρ τῶν κλεπτῶν προϊστασθαι ὁ Ἑρμῆς —, tum cuiusvis doli fautor et dux, ut hoc loco et Soph. El. 1395. sqq. Phil. 133. cet., unde δόλιος, ἡγεμόνιος, πομπαῖος, ἀγήτωρ dictus. v. schol. Arist. Plut. 1160. Pausan. viii, 31, 7. Eur. Med. 759. c. schol. [754. Matth.] et Elmsl. ad vs. 742. Boeckh. Oecon. civ. Ath. ii. p. 254. Corp. Inscr. i. p. 252. a. Comparari potest cum Rhesi loco Hom. hymn. (iii.) in Merc. 292. Ἀρχὸς φηλητέων κεκλήσεαι ἤματα πάντα — cf. 67. 159. 446. Ceterum editores pro lubito alii φηλήτης alii φιλήτης dederunt, et raro quid in libris sit annotatur. Et nostro quidem loco duo codices iota praebent. Sed neque magna est in talibus librorum auctoritas, cum ι et η ob itacismum confusa sint saepissime, et videntur grammatici ob perversas suas rationes litteram η expulisse.

Ibid. Hermannus p. 301. ap. Lindem. p. 8.: *Scribe* ὅ ϛτε, inquit: *rarius hoc in trimetris, ut in Sept. ad Theb.*

486. *Vulgata vereor ne non possit nisi argutando defendi.* Quae verba obscuriora sunt. Nam sive putes, ὅςτε pro simplici ὃς poni voluisse Hermannum, ut olim quidam statuerunt ὅστις, ὁςγι, ὅςτε non differre saepe ab ὅς, id vix tibi persuadeas, viro egregio in mentem venisse, sive, quae est vocis ὅς τε significatio, huic loco adhibeas, non poterit apta videri. Cum vero Hermannus ad Soph. Oed. Tyr. v. 688. ed. sec. ita de utraque voce praecepisset, ut diceret ὅςτε significatione non multum ab ὅς γε differre, haud sane apparet cur mutata sit vulgata, ratione non reddita, cum hunc grammatices Graecae locum vel Bernhardyus Synt. Gr. p. 294. nondum satis apertum dicat. Nihilominus discrimen hoc, quo diversissima esse ὅς γε et ὅς τε apparet, Hermannus constituit l. l. ad verba *ἴσθι παραφρόνιμον πεφάνθαι μ' ἄν, εἴ σε νοσφίζομαι, ὅςτ'* vel *ὅς γ' ἐμὰν γᾶν κατ' ὀρθὸν οὔρισας*: ὃς *simpliciter definit rem;* ὅς γε *cum restrictione exclusis aliis,* certe qui. *Unde rationi reddendae inservit:* certe tu afflictam remp. restituisti, quare non debeo te aversari. *Eodem officio et* ὅςτις *et* ὅςτε *funguntur, sed alia ratione.* Ὅστις *est, qui, scilicet aliquis, i. e.* aliquis qui. *Hinc primo significat* quicumque. *Deinde quum reddendae rationi adhibetur, non ut* ὅς γε *restringit, sed dilatat rem.* Non te ego aversor, aliquem, qui afflictam remp. restituit. Ὦ φῶς, τελευταῖόν σε προςβλέψαιμι νῦν, ὅστις πέφασμαι φύς, ἀφ' ὧν οὐ χρῆν. Postremum te adspiciam, aliquis qui tanta patravit flagitia. *Id plane exprimitur Latino* ut qui. Ὅστε *proprie significat* quique, *quod non plane idem est ut* καὶ ὅς, *et qui. Nam* καὶ *atque et contungunt ea, quae ut necessario quodam modo copulata cogitari volumus;* τε *autem et* que, *quae fortuito, nulla necessitate, consociantur. Quare Homericum illud* πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε *recte etiam sic dixeris,* πατὴρ ἀνδρῶν τε καὶ θεῶν, *non recte sic* πατὴρ καὶ ἀνδρῶν θεῶν τε, *nec Latine,* pater et hominum deorumque. *Hinc* τε et que *saepissime lenius id significant,*

quod fortius omnino, caeterum, fere dixeris. Atqui qui fere est quicunque. In reddenda autem ratione ὅ ϛτε, *fortius indicata significatione, est qui, omnino, i. e. qui quoquo modo rem spectes. Eadem, qua Graeci, lenitate nos, der da. quod nunc parcius, quam a maioribus nostris, usurpatur. Aeschylus Sept. ad Theb.* 757. ἐγείνατο μὲν μόρον αὐτῷ πατροκτόνον Οἰδιπόδαν, ὅϛτε μὴ πρὸϛ ἁγνὰν σπείρας ἄρουραν, ἵν' ἐτράφη, ῥίζαν αἱματόεσσαν ἔτλα. *Choeph.* 611. ἄλλαν δ' ἔστιν ἐν λόγοις στυγεῖν φοινίαν Σκύλλαν, ἅτ' ἐχθρῶν ὑπαὶ φῶτ' ἀπώλεσεν φίλον. *Sophocles Electr.* 150. ἰὼ παντλάμων Νιόβα, σὲ δ' ἔγωγε νέμω θεόν, ἅτ' ἐν τάφῳ πετραίῳ ἀεὶ δακρύεις. *At in Promotheo v.* 1070. *neque ut vulgo legitur, dici potuit,* ἀλλ' οὖν μέμνησθ', ἅτ' ἐγὼ προλέγω, *ut in definitione, neque* ἅτινα προλέγω. *Illud potuit,* ἃ γ' ἐγὼ προλέγω, *quanquam melius videtur, quod editor Glasguensis dedit* ἃ 'γὼ προλέγω. *Ut* ὅϛτε, *sic etiam* ἵνα τε, *et quae sunt similia.* Ὅϛ καὶ *vero et* ἵνα καὶ *Germanice dicunt der auch, der ja, wo auch, wo ja.* Haec transcribere non dubitavi, quia neque qui ante Hermannum de discrimine vocum ὅϛ τε et ὅϛ γε dixerunt, neque qui post eum scripserunt, aliquid ad verum intelligendum attulerunt. Ipse vero Hermannus promissis non stetit, quae fecit ad Soph. Oed. T. 694. ed. iii., ubi legitur: *Quae hic olim de pronominibus* ὅϛ γε, ὅϛτε, ὅϛτις *annotavi, nunc explicatius dicta vide in praefatione. Recte veteres libri* ὅϛ τε. Nam de uno ὅϛτις uberius dixit sententiam p. vii. sqq., excepto, quod p. xv. sqq. illa de πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε scripta contra Wellaueram rursus defendit. De ὅϛ γε et ὅϛ τε repetivit quae dixerat, quanquam incertiora etiam sunt, quia idem l. l. p. vi. scripsit: *Nam ad vs.* 694. *quo quidem in versu non recte* ὅϛτ' *edideram haec erant a me adnotata.* Dedit enim ὅϛ τ', quo discrimen etiam inter ὅϛτε et ὅϛ τε fecit, quod mea quidem sententia nullum est apud tragicos.

Ad hunc igitur canonem, si Hermanni notam ad

Ὄγκα in conspectu erat, ut *ἤδε* dici posset. Contra vulgata sana est, quanquam nego *ἥ τε* pro simplici *ἡ* dictum esse. Etenim *Ὄγκα Παλλάς — ἀνδρὸς ἐχθαίρουσ' ὕβριν εἴρξει* coniungenda sunt. *Pallas Ὄγκα superbiam viri exosa coërcebit.* Nam quanquam incertum est, quid *Ὄγκα* significaverit, tamen licet ob tragicorum consuetudinem credere, in etymo lusisse Aeschylum, quod cognatum est *τῷ ὄγκῳ*. Deinde adiicitur, ut fortuitum neque ulla necessitate coniunctum *ἥ τε ἀγχίπτολις, πύλαισι γείτων, quaeque suburbana est, cum prope absit a portis.* Nam si voluisset dicere Aeschylus, Palladem, quatenus *ἀγχίπτολις* est, Hippomedontis superbiam odisse, scripsisset opinor: *πύλαισι γείτον' ἀνδρὸς ἐχθαίρουσ' ὕβριν.* Ceterum hoc loco ne potuit quidem *ἥ γε* scribi. Nam cum *ὅς γε* rationi reddendae inserviat, ut restringat priora exclusis aliis, *ἥ γε ἀγχίπτολις* significaret, *cum sit suburbana.* At hoc ineptum est, cum rursus ratio reddatur, *πύλαισι γείτων.* Unde existeret pleonasmus non ferendus: *Onca Pallas, cum sit suburbana, quippe portis vicina cohibebit viri superbiam,* ne commemorem etiam tum *γείτον'* scribendum fuisse. Restant Rhesi vs. 957., qui Hermanno auctore correctus est, quanquam in vulgata quoque *ὅς τε* non esset dictum pro simplici *ὅς* — v. not. — et Aeschyl. Eum. 25., ubi mihi quidem *ἐξ οὗ γε* scribendum videtur. Dixerat Aeschylea Pythias, se Nymphas colere, quae Corycium antrum habitarent, quibus addit: *Βρόμιος δ' ἔχει τὸν χῶρον, οὐδ' ἀμνημονῶ, Ἐξ οὗ τε Βάκχαις ἐστρατήγησεν θεός, Λάγω δίκην Πενθεῖ καταῤῥάψας μόρου.* Hic re vera *ἐξ οὗ τε* dictum esset pro *ἐξ οὗ*. Quod cum ne in melicis quidem viderimus ferendum, in senariis prorsus repudiandum est. Scribendum est *γε*, quod restringit priora: *Bacchus hunc locum obtinet, ex quo quidem* vel, *certe ex quo Bacchis praefuit deus.* Scilicet ante illud tempus, nullum Bacchi fuerat imperium in hac regione. Neque enim arbitror ellipsin aliquem statuendam putaturum esse, ut suppleat *Βρόμιος ἔχει τὸν χῶρον νῦν, ἐξ οὗ τε.*

Apparuit, ni fallor, τε particulam apud tragicos, ubi relativo additur, suam semper servare potestatem, ideoque coniecturam Hermanni esse repudiandam. Illud γε autem quod libri Euripidis praebent, quodque aptissimum esse vidimus, ubi relativo additur, restringit sententiam eodem modo, quo simplex particula. Nam ut ὅς τε voci, cui additur, fortuitum aliquid *adiungit*, ita ὅς γε fortuita *seiungit*, et id, cui apponitur, ante alia eminere indicat. Verti potest per *qui quidem, quippe qui, quandoquidem, certe, scilicet, nempe qui*, quae omnes significationes ex simplici γε fluxerunt. Paucis fungar exemplis, praesertim iis, quae a Blomfieldio allata, transcripsit Matth. ad Eur. Hipp. 900. — Aesch. Prometheus interrogatus, an nunc homines igne fruantur, respondet vs. 254. ἀφ' οὗ γε πολλὰς ἐκμαθήσονται τέχνας: Fruuntur sane, *ut ab hoc quidem*, aliis exclusis vel praecipue ab hoc, *multas discant artes*. Soph. Electr. 941. οὐκ ἔσθ' ὅ γ' εἶπον *non id est, quod quidem suasi*. cf. Eur. Electr. 910. Rationem reddit Soph. Oed. Col. 427. Dii filios meos perdant, οἵ γε τὸν φύσαντ' ἐμὲ οὐκ ἔσχον, *quandoquidem me patrem non tuiti sunt*. cf. 1354. Eurip. Med. 165. Tum Orest. 82. Ἑλένη τί σοι λέγοιμ' ἄν ἅ γε παροῦσ' ὁρᾷς *quandoquidem ipsa vides* cf. Soph. Oed. Tyr. 35. Eur. Or. 533. Cum ironia adhibetur Eur. Or. 434. ubi ad Menelai verba: *Palamedis mortem Oeax te ulciscitur*, οὗ γ' οὐ μετῆν μοι Orestes respondet: *nempe cuius non particeps eram*. Ubi libri variant, verum facile poteris intelligere, si relativo omisso, ad ipsam vim particularum τε et γε attenderis. Idem denique de ὅστις valet, cuius varius usus ex diversis significationibus pronominis τὶς constitui debet. Quod cum alienum hoc loco, tum uberius tractatum ab Hermanno praef. ad Soph. Oed. Tyr. ed. iii., hodie non illustrabo. Itaque de uno tantum loco dicam Oed. Tyr. 1526. de quo in tertia editione aliter sentit Hermannus, quam in secunda (1513.). Chorus ita loquitur secundum libros: ὦ πάτραι Θήβης ἔνοικοι, λεύσσετ', Οἰδίπους ὅδε, Ὃς τὰ κλεῖν' αἰνίγματ' ᾔδη, καὶ κράτιστος ἦν ἀνήρ, Ὅστις

οὐ ζήλῳ πολιτῶν καὶ τύχαις ἐπιβλέπων· Εἰς ὅσον κλύδωνα δεινῆς συμφορᾶς ἐλήλυθεν. Non sollicitanda est vulgata. Dicunt Thebani: *Videte Oedipum huncce, qui clara aenigmata perspexit et summus vir fuit, talem aliquem, qui, quamquam non invidens fuit studiis civium et fortunis, in quantum calamitatum gurgitem incidit.* Neque enim mirum fuisset, si Oedipus ut tyrannus, se civium miseriis tutum arbitratus tam miser factus esset. At id ipsum attentione dignum censet chorus, quod rex non solum sapientissimus et potentissimus, sed etiam optimus id passus sit. Itaque ὅς, ut Hermanno videtur in curis novissimis, non repetitur rhetorice neque ἦν ad ἐπιβλέπων subaudiendum est, ut εἰς ὅσον pendeat a λεύσσετε, sed ita constructio procedit: λεύσσετε Οἰδίπους ὅδε τις; ὃς εἰς ὅσον κλύδωνα ἐλήλυθεν, et per appositionem adiicitur οὐ ζήλῳ πολιτῶν καὶ τύχαις ἐπιβλέπων. Itaque aut omnis distinctio delenda est, aut comma ponendum ante οὐ et εἰς. *Ecce Oedipus talis, qui quam magna mala perpessus est, isque dum non invidebat civibus! εἰς ὅσον* vero, ut vivacior fieret oratio, pro εἰς τόσον vel εἰς τὸν μέγιστον praetulit poeta. Tales enim exclamationes saepe interponuntur enuntiatis relativis. Neque Romani scriptores talia fugerunt. Caesar. B. Civ. i, 55. *Equitum, qui quam magnum numerum lumentorum atque hominum intercipiunt.*

218. εὐτυχεῖν σ' ἔστι μόνον Flor. A. quod idem esse videtur atque: εὐτυχεῖν σε δεῖ μόνον Flor. 10. εὐτ. μόνον σὲ χρή Havn. —

Ibid. ἔχεις δὲ τοὔργον Barnes. pessime vertit: *Habes enim laborem*, sc. *quem subeas.* Itidem Lindemannus eius sequax laudumque aemulus: *Du hast die Arbeit* interpretatus est. ἔχειν τι *alicuius rei peritum esse, rem intelligere* significare nonnunquam, vel Monkius poterat docere ad Eur. Alc. 51. Ita Romani: *tenere.*

219. σωθήσομαι δὲ Flor. A. 10. quod dubitari potest, an verum sit. τε tuetur lemma schol.

220. σύμβ. δ' ἔχω σαφὲς. Ald. rell. δ' ἔχων σ. Pariss. E. G. Flor. 1. 2. Vict. Havn. σαφὲς δ' ἔχων Flor. A.

10. Plurium codicum lectionem, post Hardion. p. 46. Heath. Valck. p. 103. not. recepi cum Musgr. rell., quanquam serpit suspicio, ne librarii ob δὲ postpositum veram lectionem immutarint. v. ad vs. 234.

222. οὐκ ἀναιμ. Havn.

223. X. Π. p. 286. D. ἥξω πρὸς ὑμᾶς πρὶν φάος μολεῖν χθόνα.

224. Scaliger θυβραῖε, si fides Barnesio, coniecit. Falso sine dubio et contra mentem Euripidis. Hic enim, opinor, nomen dei a Thymbra, Troadis loco (de quo v. ad vs. 495.) deduxit, aeque ut Λύκειον Apollinem, a Lycia appellatum statuit. Quanquam utrumque parum probabiliter. Nam ut Homeri Apollo Λυκηγενής (Il. δ', 101. 119.), idem qui deinde Λύκειος dicebatur, nequit propterea nuncupatus esse, quia in Lycia natus vel cultus praesertim esset, *) ita etiam Θυμβραῖον deum, non a loco nomen traxisse arbitror, sed ab ingenio, quippe quod antiquis atque etiamnum auctori hymni Homerici, fervidius et crudelius videretur. Θυμβραῖος enim idem fere est atque ὑβριστής, quod apparet ex schol. Theocrit. i, 18. (ex Vatic. 3. 5.) ubi agitur de variis vocis Θύμβρις significationibus: ὁ Θεαίτητος δέ φησι συβράκοσίως· ἀπὸ τῆς ὕβρεως, quae legenda Συρακουσίως ἀντὶ τῆς ὕβρεως. **)

*) Hinc nomen non ortum esse vidit Müller. Dor. i. p. 304. Prolegg. Myth. p. 421. sqq. Mützell. de emend. theog. Hesiod. p. 424. Sed iam mature Lycius est vocatus Apollo, ut Pindaro Pyth. i, 39. et ipse Eur. Alc. 114. respicit Apollinis oraculum ad Pataram, ubi laudantur Virgil. Aen. iv, 143. 346. Horat. Carm. iii, 4, 61. Statius Theb. i, 696. cf. Heyn. exc. ii. ad Aen. iv. Neque vero ex Macrobio Saturn. i, 17. hoc nomen a λύχη *diluculum* derivandum, quod placuit Blomf. ad Aesch. Sept. gloss. 133. et aliis; sed ipse cultus huius dei antiquissimus docet, vere ad etymon nominis dixisse Aeschylum Sept. 145. καὶ σύ, Λύκει' ἄναξ, Λύκειος γενοῦ Στρατῷ δαΐῳ.

**) Admonent me haec matris Panis, quae ab aliis Hybris, ab aliis Thymbris dicitur. — Cur vero Hybreos filius vocetur Pan, docet Schwenck. Nov. Mus. Rheu. ii. p. 201. — Loci veterum sunt: Tzetz. ad Lycophr. 771. καὶ ἕτερος δὲ Πὰν Διὸς καὶ Ὕβρεως, Apollodor. Bibl. i, 4, 1. Ἀπόλλων δὲ τὴν μουσικὴν παρὰ

225. *ἐμβατεύειν*, ut *incedere* apud Latinos, velut ap. Virgilium: *Incessu patuit dea* et *Ast ego quae divum incedo regina* cet., de magnifico dei incessu frequentari et dignitatem ipso sono referre, observavit Reisig. praef. Oed. Col. p. xxxix. Praeter Aeschyl. Pers. 449. *Πὰν ἐμβατεύει*, adde Eurip. Teleph. (ap. Dionys. H. de comp. p. 426. Schaef.) *ὅς τε πέτρον Ἀρκάδων δυσχείμερον Πὰν ἐμβατεύεις* (ap. Dind. Eurip. fr. incert. 62.) et Cratinum ap. Hephaest. p. 57. Gaisf. ed. Oxon. *χαῖρε χρυσόκερω βαιβάκτα κήλων Πὰν Πελασγικὸν Ἄργος ἐμβατεύων*. Ad nostrum potuit locum respexisse Hesychius *ἐμβατεῦσαι· τὸ κατέχειν ἢ καρποῦσθαι χωρίον*. Hoc sensu de hominibus usurpatur Eur. Hec. 913. Electr. 1251. Heracl. 876. Soph. Oed. T. 825. De solo ingressu hominum sine delectu dicitur Eur. Electr. 595.

226. *ἃ δία* Ald. rell. *ὦ δία* Flor. A. 1. 2. Vict. Havn. tres MSS. Musgr. *ᾧ δία* Flor. 10. *ὦ δία* iure receperunt Dindd. quorum is, qui scenicos poetas uno volumine edidit, ab epicorum prosodia vocis *δῖα* tragicos recessisse docte probavit praef. p. xix. sq., et *α* productum loco ex Eur. Iph. T. 404. tuitus est. — Pro *ἃ δία* (*ἃ* soli Aldo debetur) *ἀπία mitis, placida* coniectura est Musgravii, quam assensu comprobavit Morstadt. p. 17, dubitans tamen an praestet *ὦ θεία κεφ*. Contra Hermannus p. 301.: *Supra modum*, inquit, *faciles fuere, qui haec sententiae, metri, syllabarum mensurae vitia tulerunt. Scribe certa emendatione: Ἄπολλον, Οἰνείδα κεφαλᾷ μόλε το | ξήρῃς, ἰκοῦ δ' ἐννυχίας | ἀγεμὼν σωτήριος ἀνέρι πομπᾶς | καὶ γενοῦ καὶ ξύλλαβε Δαρδανί-*

τοῦ Πανός, τοῦ Διὸς καὶ Ὑβρεως didicit. Schol. Pindar. argum. Pythion. *Πανός — οὐ τοῦ Ἑρμοῦ καὶ Πηνελόπης, ἀλλὰ τοῦ Διὸς καὶ Θύμβρεως — ἐμαθε δὲ καὶ τὴν μαντικὴν τέχνην ὑπὸ τοῦ Πανός* (Apollo.). Qui accuratius contulerit, tribus his locis eandem respici genealogiam videbit. Male Heynius in Apollodoro, ubi diserte Vatic. Palatin. alii Ὑβρεως tuentur, *Θύμβρεως* recepit, quod in editiones ex solo Pindari interprete fluxit. Discrepantia tantum dialectica est, neque cum Boeckhio ad Pindari scholl. *Θύμβριδος* scribendum.

δαις. Diomedem quum dicit chorus respicit ad vs. 222. *Γενοῦ autem posuit pro ξυγγενοῦ, intellecta e sequente verbo praepositione, ut fit, ubi nominibus praepositio adicitur. In verbis plerumque inverso ordine haec figura usurpatur. V. Schaefer. ind. ad Greg. Cor. v. συνθύειν.* Assensum tulit Lindemanni p. 8. praeter coniecturam *Οἰνείδα κεφαλᾷ*. Et sane nulla causa est, cur Diomedi potissimum perniciosus Apollo sit venturus. Nam vs. 219. etiam Ulixes nominatus est et vs. 249. sq. Menelaum potius aut Agamemnonem ut interficiat Dolo milites optant. Sed ut largiar, si libri Hermanno faverent, ferri posse Diomedis caput, vulgata tamen multis nominibus coniecturae praestat. Neque enim si GDindorfii legere potuisset notam Hermannus, scripsisset, syllabarum mensuram violari. Metra vero, si quem usum habeo, optima sunt, qualia dedi cum GDind., coniuncto hoc cum sequenti versu, et δ' post ἰχοῦ eiecto, quod librarii ob hiatum solliciti intulerant, omissum in Flor. A. 10. Havn. et Vatic. ap. GDind. l. l. Postremo sensus existit aptissimus, si τοξήρης, ut ἐννύχιος cum GDind., absolute positum dicis: *Veni cum arcu* (ad tuendum sc. Dolonem) *ipsa hac nocte.* cf. ad vs. sq.

227. 228. Legebatur ἀγεμών initio prioris καὶ γενοῦ sequentis versus. Verba transponenda esse praeclare vidit GDind. qui l. l. p. xx. sq.: *Affert*, inquit, *haec emendatio etiam illud commodi, ut postrema primi versus* (226.) *syllaba producta accurate respondeat antistropho. Ἰχοῦ ἐννύχιος autem non opus habet addito ἀγεμών, quod dictum est ut ἔννυχος μολών vs.* 501. [488.] Haec mihi non egere videntur commendatione; nam et facilis est transpositio haec — eius similem a Musgravio propositam recepit Herm. Iph. Aul. 449. — et Hermanni ratio, ad priorem versum exposita, neque optimum sensum fundit, neque figurae suae quam statuit exempla attulit vir doctus. De nominibus ubi posteriori tantum nomini additur praepositio, prostant quaedam ap. Monk. et Wuestem. ad Eurip. Alc. 114. — Alii quae coniece-

runt, vix sunt commemoranda. Scaliger *πομπεὺς* receptum a PSteph. et Barnes. tentavit, hyperbaton, opinor, statuens, aeque atque Matth. LDind. et Both. qui *πομπᾶς* retinuerunt.

229. *Τροίας* Ald. rell. *Τροΐας* cum GDind. scripsi. V. ad vs. 28.

230. *παλαντείμας* Flor. A.

231. *ναυκληρία* Ald. rell. *ναυκλήρια* Vict. et Barnes. rell. *ναυκληρίας* HSteph. est coniectura, quae et metro et sensui adversatur. *ναυκλήρια* hic sunt *ναύσταθμα*, quo sensu haec vox ap. Demosth. adv. Aristocr. p. 690. extr. §. 211. extat.

232. deest in Flor. A. 10.

233. *κάμψοι* Flor. 1. *κάμψοι* $\overline{\text{ιε}}$ Flor. 2. $\overline{\text{ιε}}$ a manu sec. addito. *πάτρας Ἰλιάδος* Ald. rell. *πατρὸς Ἰλιάδας* e solo Flor. 10. notatum, in Vatic. quoque repertum recepit GDind. (praef. p. xx.) Neque ego dubitavi admittere, tum quod plures codices sine dubio idem praebent, tum quod antistrophus (226.) id iubet ad librorum auctoritatem constitutus, habita etiam metrorum elegantiae ratione. Ceterum abundantia illa *θυμέλας οἴκων πατρὸς Ἰλιάδας* similibus facile defendi potest exemplis; neque opus est Musgravii coniectura *οἰκεῖν* pro *οἴκων*, quae recepto *πατρὸς* non habet, quo commendetur. *θυμέλη* vero quae est auctore Phrynicho p. 163. Lob. apud antiquos *ἡ θυσία*, plerumque eo reperitur apud tragicos sensu, ut *aram* significet, atque ita etiam Pollux iv, 123. *ὀρχήστρα, ἐν ᾗ καὶ ἡ θυμέλη, εἴτε βῆμά τι οὖσα εἴτε βωμός.* cf. Hesych. v. *θυμέλη*. Bekker. Anecdd. p. 42, 23. Bergler. ad Alciphr. ii, 3. Hermann. Opusc. T. vi, 2. p. 146. sqq. Egit de hac voce Musgr. ad Eur. Electr. 713. qui esse *atrium amplum in regum divitumque aedibus aut in deorum templis* statuit. Sed *atrium, in quo ara erat* Aesch. Suppl. 667. significat et Eur. Suppl. 65., ubi *ara* simpliciter videtur esse. De deorum templis habes Eur. Ion. 46. 114. 161. 228. Electr. 713. Usurpatur, quantum scio tantum de

aedibus magnificis, quare quia Mycenae magnifice a Cyclopibus conditae erant, recte Eur. Iph. A. 152. ἐπὶ Κυκλώπων ἰείς θυμέλας, eandemque ob causam, Eumedis aedium θυμέλας dici posse, contenderem, quippe diis moenium Troiae conditoribus, nisi simplicius esset, hic de atrio, in quo ara erat intelligere.

234. Φθιάδων δ' ἵππων ἐπὶ ἄντυγα Ald. rell. φθιάδων οἴκων τότ' ἐπ' ἄντυγα βαίνει Flor. A. 10. (βαίη 10.) τότ' ἐπ' Havn. ἄντυγι Vict. Havn. [et Flor. A. ap. Musgr. cui hoc arridet, tmesin scilicet statuenti.]. Lectionem τότ' ἐπ' ἄντυγα βαίη deleto δέ, auctore Lentingio p. 74. Matthiaeus in notis probat, et ediderunt Both. Dindd. Φθιάδων δ' ἵππων τότ' ἐπ' ἄντυγα β. Herm. p. 302. ap. Lind. p. 9. Τότε non iniuria frigere videbatur Morstadtio p. 17. sq, a librariis additum ob vitandum hiatum, quem hic non ferendum recte iudicavit Lachmann. de chor. syst. p. 22. Sed quod ille coniecit ποτὲ, id vereor, ut probabile videatur. Aliud mihi in mentem venit. Videntur librarii, cum δέ particula, qua vix carere posse hic locus mihi videtur, post aliquot verba posita offenderentur, alii ut Aldus transposuisse, alii de hiatu solliciti cum τότε permutasse. Hinc factum est, ut ex nullo libro δὲ post φθιάδων notetur. De δέ post aliquot voces posito v. Elmslei. ad Eur. Bacch. 165. et quos laudat. cf. Schiller. post Andocid. p. 45. Bergk. de Sophocl. fragmm. p. 14. add. Eurip. Theseus fr. vii, 6. Eodem modo sanandus tragici versus apud Eulocium in commentario ad Archimedis de Sphaera et Cylindro lib. ii., quem laudat Meursius Creta p. 136. Τῶν ἀρχαίων τινὰ τραγῳδοποιῶν φασὶν εἰσαγαγεῖν τὸν Μίνω, τῷ Γλαύκῳ κατασκευάζοντα τάφον· πυθόμενον δέ, ὅτι παντάχοῦ ἑκατόμπεδος εἴη, εἰπεῖν· Μικρόν γ' ἔλεξας βασιλικοῦ σηκὸν τάφου· Διπλάσιον ἔστω, τοῦ δὲ κύβου μὴ σφαλῇς. Scribe τοῦ κύβου δὲ μὴ σφαλῇς.

235. Ἀχαιῶν ἄρα Ald. rell. Ἀχαιὼν ἄρη Par. E. Harl. Flor. 1. 2. Vict., Ἀχαιὸν ἄρη Flor. A. Havn. et lemma schol. Vat. quod receperunt cum Musgr. rell. — De ac-

cusativo Ἄρη v. Lobeck. ad Soph. Ai. add. ad vs. 254. — Nominasse sufficiat HSteph. coniecturam metro et sensui aeque contrariam: δεσπότου πεσόντος Ἀχαιῶν ἄρμα, per appositionem pro ἄρμα δεσπότου Ἀχαιῶν πεσόντος, Canteri δεσπότου (Achillis) πέρσας τὸν Ἀχαιὸν ἄρη, Heathii δεσπότου πέρσαντος Ἄρη Ἀχαιῶν, Reiskii Ἀχαιῶν στρατόν. Recta Barnesii altera ratio explicantis: δεσπότου ἡμῶν Ἕκτορος πέρσαντος κτλ. Falso praeterea Musgr.: *Hectora δεσπότην dicit barbarorum more cf. vs.* 267. [257.] v. Vindicc. v, 6.

236. ποντίας Flor. A. Vict. Havn. Vatic. ap. schol. Λιακίδαν Flor. A. Αἰακίδα Ald. Vatic. *)

237. δόμων pro δαίμων Flor. A. Vict. δομον ων Havn.

238. ἐπὶ πρό τ' οἴκ. Ald. Herv. 1. ἐπεὶ πρ. Herv. 2. Brub. Cant. rell. et ita codd.

239. De ἄγαμαι λήματος v. Suid. ἄγαμαι καρδίας Ἀττικῶς ἀντὶ τοῦ θαυμάζω, quae spectant ad Arist. Ach. 489. — cf. ἄγαμαι δὲ λόγων Av. 1744., ἄγαμαι τόλμης ap. Lysiam Epitaph. 40. et ἄγαμαί σου ap. Platon. Hipp. M. p. 291. E. v. Ruhnk. ad Timaeum p. 8. et Pierson. ad Moerid. pr.

240. ἦ σπάνις Ald. rell. σπανία Flor. A. 10. ἦ σπανία Havn. σπανία etiam schol. Vatic. ad vs. 242. Codicum hanc rariorem formam, notatam Photio p. 529, 12. Σπανίαν· σπάνιν et Hesychio Σπανίαν· τὴν σπανιότητα, ὡς ὁσίαν τὴν ὁσιότητα, solam antistropho convenientem, cum Hermanno p. 302. Lindem. p. 9. et GDind. praetuli. Post ἀγαθῶν puncto Aldus distinxit; interrogationis signum repertum in Herv. 2. Brub. Cant. dederunt Dindd. Lind. p. 9., probante Matthiaeo. Bothius et Hermannus recte cum ὅταν priora, ut scholiasta ad vs. 242.,

*) Homero equi Achillis commemorantur, non equae, quare hic versus ἐκεχίαστο in scholiis, ut intellexit Amatius. Loci Homeri sunt Il. π', 149. cf. τ', 400. Ξάνθε καὶ Βαλίε, τηλεκλυτὰ τέκνα Ποδάργης et ψ', 277. ἀθάνατοί τε γάρ εἰσι· Ποσειδάων ἑπορ' αὐτοὺς Πατρὶ ἐμῷ Πηλῆϊ.

coniungunt. v. ad vs. sq. Pro ἢ Reisk. coniecit οὐ, probante Beckio p. 447. not. 26., quod idem potuisset interrogationis signo effici. Quae denique Morstadt. p. 18. excogitavit: ἄγαμαι λήματος, εἰ σπάνις τῶν ἀγαθῶν, collato Eurip. Phoen. 1069. Pors. (1054.) ἀγάμεθ' ἀγάμεθ' ὃς ἐπὶ θάνατον οἴχεται Γᾶς ὑπὲρ πατρῴας, ea arbitraria sunt, neque similis Phoenissarum locus ei est, quem tractamus.

242. δυσάλιος Ald. rell. δυσάλιον Flor. 10. Havn. Vatic. ap. GDind. praef. p. xxi. Hoc cum GDind. l. l., quem in textu adiectivum reliquisse poenitet, recepi. Recte vero scholiasta sensum constituit, qui hic est: *Suspicio fortitudinem Dolonis. Nam profecto rari existunt viri fortes in tempestate maris et in periculis reipublicae. Sed nobis fortes non desunt; excellit enim Phryx.* cf. Plato Lach. 18. p. 191. C. HSt. μὴ μόνον τοὺς ἐν τῷ πολέμῳ ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐν τοῖς πρὸς τὴν θάλατταν κινδύνοις ἀνδρείους ὄντας. — Quodsi cum editoribus post ἀγαθῶν interrogatione distingueres et ὅταν — πόλις cum sequentibus coniungeres, ineptulus existeret sensus: *Num fortes viri desunt? In tempestate maris et in reipublicae periculis est Phryx fortis.* Quid enim, quaeso, interest militum, sitne in maris periculis Dolo fortis, necne? Aliter res se haberet, si retinuissemus δυσάλιος adiectivum, ad πόλις referendum (v. Lindem. p. 8.), quod dictum esset pro: ὅταν δυσάλιος ἡ πόλις ἐν πελάγει σαλεύῃ, *quando urbs, ut navis in mari, solis splendorem nubibus auferentibus, agitatur et fluctibus iactatur, est fortis Phryx.* Ita locum fere intellexit Beckius l. ad vs. pr. l. et ut videtur LDind. Quare si vulgata retinenda fuisset, non potuissem accedere Hermanni coniecturae p. 290. 302., δυσάλιος hic substantivi vice fungi. Nam cum adiectivum δυσάλιον κνέφας Aeschylo usurpetur Eum. 396., nulla causa est, cur haec metaphora non possit ad urbem transferri. Nihili sunt Reiskii coniectura δυσαὶ' ὡς ἐν πελάγει *ventorum adversatio*, et Musgr., qui: *Lego*, inquit, δυσάνιος i. e. δυσήνιος, *immorigera. Sic dici solent naves tempestatum*

vi abreptae. v. Pollux lib. 1. *sect.* 112., quarum hanc coniecturam temere recepere Matthiaeus et Bothius.

243. *σαλεύει* Ald. rell. *σαλεύῃ* Flor. A. Vict. Ceterum non videntur mihi poetae mentem assecuti esse ii, qui cum scholiasta *) hic de nota Phrygum ignavia cogitant. v. ad vs. 245.

244. *θάρσος* Ald. rell. *θράσος* Flor. A. 10. et lemma schol. Falso enim Valcken. p. 103. not. *θάρσος* Florentinum A. praebere dicit. *θράσος* **) ob antistrophicum dedi cum Hermanno p. 302. ap. Lindem. p. 9. et cum GDind. Metrum huius versus, in quo GDind. secutus sum, ita procedit: –́ ⏑ –́ ⏑ ⏑́⏑ ⏑ –́ ⏑ ⏓ estque pentapodia trochaica catalectica, quanquam non nego, neque elegantes esse hos rhythmos, neque aptissimos reliquis, qui in hac stropha obtinent. Vide igitur, an hoc potius modo dividendi sint versus:

---

*) Quae corrupta erant in scholio emendavit LDind. De Phrygum vero et vicinorum ignavia et improbitate celeberrimus Ciceronis est locus pro Flacco c. xxvii. *Namque ut opinor Asia vestra constat ex Phrygia, Mysia, Caria, Lydia. Utrum igitur nostrum est, an vestrum hoc proverbium, Phrygem plagis fieri meliorem? Quid de tota Caria? Nonne hoc vestra voce vulgatum est, si quid cum periculo experiri velis in Care id potissimum faciendum? Quid porro in Graeco sermone tam tritum atque celebratum est, quam si quis despicatui ducitur, ut Mysorum ultimus esse dicatur? Nam quid ego dicam de Lydia? Quis unquam Graecus comoediam scripsit, in qua servus primarum partium non Lydus esset?* De Phrygum *δειλίᾳ* praeter Euripidem Orest. 1369. sqq. cf. eundem Iph. Aul. 952. sq. et Markland. ad Suppl. 1035. De Lydis, qui fere cum Phrygibus iidem sunt, post Herodot. i, 155. egit Wernsdorf. ad Himer. p. 311. add. quos laudat Bergk. Anacreont. p. 240. De Caribus notissimum *ἐν Καρὶ κίνδυνος*. v. Meinek. Men. et Phil. p. 363. Singulare est *ὁ ἔσχατος Καρῶν* ap. Plut. de Herod. mal. p. 871. B. (T. v. p. 220. Tauchn.), eodem sensu, quo *ὁ ἔσχατος Μυσῶν*, usurpatum. cf. Etym. M. v. *Καρός*, schol. Homer. Il. *ι*, 378. De Mysis dictum ad vs. 244.

**) Falso si usum spectes atque rationem schol. Eur. Med. 466. Matth. *ὅτι θάρσος μὲν τὸ τῆς ψυχῆς παράστημα μετὰ λογισμοῦ, θράσος δὲ ἡ ἀλόγιστος τόλμη*, quanquam non improbat hoc discrimen Elmslei. ad Med. 456. Verissime Monk. ad Alcest. 614. non magis differre dixit, quam *κραδία* et *καρδία*. cf. Herm. censura Medeae p. 345. Lips.



Metra sunt dactylica in universum, logaoedica maximam partem, circa finem maiore spiritu ad choriambicum rythmum adscendentia. Ex nostra vero distributione cui catenus favent libri, quod post ἄλκιμος (244) versum finiunt v. GDind. praef. p. xxi., non solum pravus huius versus rythmus corrigitur, sed illud ἐνέγκοι vs. 251. ubi v. notam, etiam defenditur. Quae si admiseris, vs. 252. πόλιν recovandum erit.

245. ἐν αἰχμαῖς ποτὶ *Μυσῶν*, ὃς Ald. rell. ἐν αἰχμᾷ ποτὶ *Μυσῶν* Flor. A. (qui μυσὶν habet) 10. Vict. Havn. ποτὲ MSS. HSteph. et Pariss. Musgr. ἀτύζει Havn. Locus est ex difficilioribus varieque tentatus et explicatus ab interpretibus. Primum eorum explicatio probari non potest, si quid video, qui ad proverbium: *Mysorum ultimus*, hic alludi putant, quod Cicero, l. ad vs. 243. not. l., de iis usurpari dicit, qui despicatui ducantur, *) cuiusque

*) Diversa proverbia accurate distinguenda sunt. Usurpatur enim *Μυσῶν λεῖα, ἐπ' ἔσχατον Μυσῶν πλεῖν, Μυσῶν ἔσχατος* atque *Μυσός* simpliciter. Unde non mirum, quod alia ex Demonis libro *περὶ παροιμιῶν* afferuntur ap. Harpocr. v. *Μυσῶν λείαν*, atque in scholiis ad Rhesum 244. lin. 9. sqq. Scribit enim Harpocratio: *Δημοσθένης ἐν τῷ ὑπὲρ Κτησιφῶντος. Παροιμία τίς ἐστιν οὕτω λεγομένη, ἣν φησι Δήμων ἐν τεσσαρακοστῇ* [ἐν πρώτῃ Codex Medic. et Apostolius] *περὶ παροιμιῶν ἀρχὴν λαβεῖν ἀπὸ τῶν καταδραμόντων ἀστυγειτόνων καὶ λῃστῶν τὴν Μυσίαν κατὰ τὴν τοῦ Τηλέφου τοῦ βασιλέως ἀποδημίαν· κέχρηνται δὲ τῇ παροιμίᾳ ἄλλοι τε καὶ Στράττις ἐν Μηδείᾳ καὶ Σιμωνίδης ἐν ἰάμβοις.* Similia Suidas praebet voce *Μυσῶν λεῖα*, ubi recte observat dici *ἐπὶ τῶν κακῶς διαπαιζομένων*. Id prae ceteris Demosthenis locus docet ab Harpocr. indicatus de corona p. 248. R. *εἰ μὲν μὴ ἐχρῆν* (Philippum coërcere) *ἀλλὰ τὴν Μυσῶν λείαν καλουμένην τὴν Ἑλλάδα οὖσαν ὀφθῆναι ζώντων Ἀθηναίων καὶ ὄντων, περιεῖρ-*

origo *) in scholio docto ad vs. 244. ex libro Demo-

γασμαι μὲν ἐγὼ περὶ τούτων εἰπών. Male hoc proverbium Platoni vindicare studuerunt, de quo loco infra dicetur; male itidem grammaticus ap. Bekker. Anecdd. p. 279, 15. ἐπὶ πλάνῃ dici hoc adagium contendit. cf. etiam Ulpianum et scholiastam ad Demosthen. l. l. Spohn. ad Isocrat. Pan. p. 112. sq. Ab hoc proverbio diversissimum est alterum ἐπὶ τὸν ἔσχατον Μυσῶν πλεῖν sive πρὸς ἐσχάτην Μυσῶν, quod adhibetur ἐπὶ τῶν δυσχερῆ ἐπιτασσομένων interprete Photio v. ἔσχατος Μυσῶν et Suida. cf. Meinek. Men. et Phil. p. 23. sq. Tertium est Μυσῶν ἔσχατος, quod explicat schol. Platon. Theaetet. p. 209. B. HSteph. ἐπὶ τῶν εὐτελεστάτων, ut sit fere quod Μυσός per se. Ita usurpavit Plato Theaetet. l. l. §. 155. αὕτη οὖν ἡ διάνοια ἔσθ' ὅ τι μᾶλλον ποιήσει με Θεαίτητον ἢ Θεόδωρον διανοεῖσθαι, ἢ τῶν λεγομένων Μυσῶν τὸν ἔσχατον; cf. Magnetis et Menandri locos ap. schol. Platon. l. l. et Philemonem ἐν σκελετῷ (Σικελικῷ coni. LDind.) ap. schol. Rhesi 244. lin. 2. sqq. et ibid. lin. 5. sqq. Menandrum, ubi ῥυγῶν iure delendum dixit LDind. Cum hoc adagio cognatum est simplex Μυσός ἐστιν vel πρὸς Μυσῶν ἐστίν, quod significat τὸν ἀδύκιμον, τὸν οὐδενὸς λόγου ἄξιον secundum schol. ad Rhes. 245. Auctor idoneus est Plato Gorgia p. 521. B., loco temere a Cornario et Heindorfio tentato, sed defenso a Schleiermachero in Vers. Germ. et Stallbaum. Biblioth. Gr. ubi Μυσὸς componitur cum διακόνῳ et κόλακι. Verba ipsa ita interpretare. *Socr. Iubes igitur, me adulantem urbi praeesse? Callicl. Sane; sive Mysum mavis dicere.* Graeca enim ita construenda: Μυσόν γε (sc. ὁμιλήσοντα τοῖς Ἀθηναίοις σε παρακαλῶ), τί σοι ἥδιον καλεῖν. In hanc igitur abiit turpitudinem nomen Mysorum, qui apud Homerum audiunt ἀγχέμαχοι, et ap. Xenophontem Anabas. iii, 2, 23. et praesertim 24. fortitudinis laude ornantur.

*) Originem proverbii brevius exponunt Photius s. v. ἔσχατος Μυσῶν et Suidas, apud quos duplex explicatio extat ut in Rhesi scholiis. Prior vero, multo brevior est. Legitur enim: Ἕλλησι λοιμῷ κρατουμένοις ὁ θεὸς ἔχρησεν ἐπὶ τὸν ἔσχατον Μυσῶν πλεῖν· οἱ δὲ τὸ μὲν πρῶτον ἠπόρουν, αὖθις δὲ τὴν Αἰολίδα παρὰ τοῖς ἐσχάτοις τῆς Μυσίας εὗρον. Reliqua quae a Rhesi interprete afferuntur, alibi legi non puto, sunt vero scitu dignissima, historiamque Aeolicae migrationis nova luce illustrant. Rursus intelligitur, nullam, quod ait Cicero, sine deo coloniam esse deductam, et causas migrationis explicant. In ipsis verbis lin. 10. sq. μαντευομένων c. LDind. scripsi, pro quo etiam μαντευομένοις, ut vidit Clinton. Fast. Hellen. i. p. 103. not. k., substitui potest. Lin. 11. pro χρῆσθαι usitatius esset χρῆσαι. Deinde rursus LDindorfio debetur lin. 12. sq. ἐχόντων. lin. 17. οὗ χρωμένου. lin. 18. παρά. Idem lin. 18. ἐπανέρχεσθαι, ὑπὸ τοῦ θεοῦ scribi voluit, pro quo faciliora dedi; neque enim opus videbatur, ut ἐπανέρχεται sollicitaretur. Tum idem coniecit lin. 22. κατὰ τὴν ἐχομένην γενεὰν Πενθίλου, collato Strabone xiii. p. 582. (254. Tzsch.); qua

coniectura non opus est; nescio enim cur non aeque recte dici possit ἡ ἐρχομένη atque ἡ ἐχομένη γενεά, pro *sequenti aetate*. Gravius est, quod Demonis narratio Straboni et reliquis auctoribus adversatur. Nam ne commemorem, Orestem iussu Apollinis secundum alios (v. c. Pausan. iii, 5, 4.) in Arcadiam migrasse, quanquam ap. Pindar. Nem. xi, 34. Orestes ipse coloniam ducit Aeolicam; cf. Hellanicum p. 46. Sturz. Tzetz. ad Lycophr. 1374.: contra Strabo xiii p. 582. cum scholio consentit: id igitur, ut mittam, Penthilus vix potest post Cometen superstes fuisse. Duos enim Orestes reliquit filios, γνήσιον alterum Tisamenum ex Hermiona, Menelai filia, alterum ex Erigona, Aegisthi et Clytaemnestrae filia, νόθον Penthilum (Pausan ii, 18, 6. Cinaethone teste), qui Lesbum condit (Pausan. iii, 2, 1.) aut ad Thraciam tantum venit (Strabon. l. l.). Orestis imperium excipit Tisamenus, qui Hyllo repulso (Apollodor. ii, 8, 2.), deinde ab Heraclidis vincitur et cadit (Apollod. l. l. §. 3.), aut in Aegialum migrat (Pausan ii, 18, 6.). Achaei vero, cum cecidisset Tisamenus, Aegialo potiuntur et Ione expellunt (Pausan. vii, 1, 7. sq.). Ibi τὰ πρῶτα erant Tisameni filii Daïmenes, Sparto, Tellis et Leontomenes; Cometes enim, ὁ πρεσβύτατος τῶν Τισαμενοῦ παίδων antea in Asiam traiecerat (Pausan. vii, 6, 2.). Praeter huius fratres vero Damasias Penthili, Orestis filii, filius ἐπρώτευσε. Penthilus igitur non superstes fuisse videtur, cum traiiceret Cometes. Certe id prorsus falsum, Penthilum aetate post Cometem coloniam deduxisse, nisi statuere malis, Damasiam, Penthili filium, suum filium patris nomine vocasse, et nepotem prioris Penthili auctorem coloniae fuisse. Quod disertis testimoniis adversatur, quae Penthilum Orestis filium traiecisse dicunt. Vide igitur an vera dixerit Rhesi interpres, si lin. 22. ante vocem *Πενθίλου* lacunam statuas: *Ἐχέλα τοῦ Πενθίλου*. Nam hic Echelas sive Echelaus, qui Straboni l. l. Archelaus vocatur, non solum dicitur Penthili filius a Strabone et Pausania iii, 2, 1., sed ipse etiam in Aeoliam deduxisse coloniam a Strabone, in Lesbum a Plutarcho in conviv. vii. sapp. c. xx. *Ἐχελάου πυθοχρήστου τῆς ἀποικίας* (sc. Lesbiacae) *ἡγεμόνος*; quanquam eandem historiam de virgine Neptuno immolata et ab Enalo servata ex Anticlidis Nostis, cum Gras coloniam duceret, tradit Athen. xi. p. 780. c. Ex Myrsilo Lesbio idem narrat Plutarch. de solertia anim. c. 36. p. 488. T. v. Tauchn. loco corrupto, ubi *Penthilidae* duces coloniae dicuntur. Iam non est, quod moneam, quam facile Echelai nomen propter similem vocem praecedentem *ἐρχομένην* potuerit excidere. Neque causa excogitari potest, cur Echelai nomen, celeberrimi coloniae auctoris, omissum fuerit. Posses etiam scribere: *κατὰ δὲ τὴν ἐρχομένην γενεὰν Γρᾶ τοῦ Ἐχέλα τοῦ Πενθίλου πάλιν συναγείραντος τὴν στρατιάν*, collato Pausan. iii, 2, 1. quod accuratius cum aetate hac conveniret; neque vero praetulerim. Nunc, quia tam longus fui, stemma etiam Agamemnonidarum adiiciam:

nis*) de proverbiis explicatur. At hoc non solum scholiastae crediderunt, praesertim is, qui scripsit ad vs. 245. ὁ τὴν συμμαχίαν ἀτίζων, ὅ ἐστιν εὐτελίζων, πρὸς Μυσῶν, φησίν, ἐστιν, ἢ ὡς εἰπεῖν ἔσχατος καὶ οὐδενὸς λόγου ἄξιος,



Agorius hic solus ex Agamemnonis stirpe in Peloponneso reliquus fuisse videtur Oxyli tempore, si credimus Pausaniae v, 4, 3. Praeter hos Strabo p. 582. (256 Tzsch.) Κλεόην δὲ τὸν Δώρου καὶ Μαλαόν, καὶ αὐτοὺς ἀπογόνους ὄντας Ἀγαμέμνονος commemorat, incertum qua ratione, qui Penthili tempore, colonis collectis, sed mora iniecta, demum *post* Penthilum traiecerint in Asiam et Cumam condiderint. Haec igitur hactenus. Alii proverbium ἐπὶ τὸν ἔσχατον Μυσῶν πλεῖν ex oraculo derivant, quod Telepho datum sit. Hoc traditur in scholiis lin. 25. sqq. Auctiora paullulum dant lexicographi Photius, Suidas ἔσχ. Μυσ. ita: νέμεσθαι γὰρ ταῦτα τὰ χωρία Μυσούς, ἐπιτυχεῖν τῇ μητρὶ αὐτοῦ· τάσσεται δὲ ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν δυσχερῆ ἐπιτασσομένων. Quare dubitari non potest, quin lin. 29. ταῦτα pro τότε scribendum sit. Ceterum de Telephi itinere v. Excurs. i.

*) *Demo*, Atthidis scriptor, quem Casaubonus ad Athenaeum iii. p. 96. D. [Animadvv Schweigh. T. ii. p. 149] vetustissimum rerum Atticarum auctorem vocat, incertum est quando vixerit. Hoc unum certo scimus, eum non post Philochorum floruisse, siquidem tradat Suidas, πρὸς τὴν Δήμωνος Ἀτθίδα scripsisse Philochorum. Recte vero me iudice Casaubon. l. l. Atthidis auctorem eundem esse dixit et eum, qui περὶ παροιμιῶν scripserit, quanquam se nescire fassus est Hemsterh. ad schol Aristoph. Plut. 1003. p. 197. Dind. Nam fragmenta utriusque libri omnia eiusdem commatis sunt, et occupantur fere in rebus fabulosis. cf. Atthidis fragmenta ap. Plutarch. Theseo c. 19. 23. Athen iii. p. 96. D. cum iis ex adagiis ap. Aristophanis schol. Ran. 442. Avv. 302. Aetas eius quodammodo ex pragmatica mythorum interpretatione apparet Plut. Theseo 19, ubi Taurus Minoïs dicitur praetor; adde Suidam v. Τριτοπάτορες ap. Lobeck. Aglaoph. p. 754. Quanquam huic argumento non multum tribuo, quia eadem via iam Hecataeum Milesium ingressum esse docet Lobeck. Aglaoph. p. 987. sq.

sed GDindorfius etiam praef. p. xxi. commendavit quam maxime, alteram, de qua deinceps dicetur, mirabilem vocans interpretationem. Quare distinxit ἔνι δὲ Θράσος | ἐν αἰχμᾷ· πατὶ Μυσῶν ὃς ἐμὰν συμμαχίαν ἀτίζει. Sed si diceret chorus: Mysus sive homo nullius pretii is est, qui me despicit, id abhorreret prorsus a tragoediae gravitate, praesertim cum Mysi ipsi infra in Troianorum sociis recenseantur vs. 527. Ferri fortasse posset, si cum GDindorfio satyrica haec statuenda esset fabula; quam sententiam refutavimus in Vindicc. v, 4. Eandem ob causam non potest vs. 242. ad notam Phrygum ignaviam alludi. Unice vera est explicatio ab Hermanno p. 302. probata, ut omnia sine distinctione coniungantur, hac constructione: ἔνεστι Θράσος ἐν αἰχμῇ πρὸς ἐκεῖνον ὃς ἐμὴν Μυσῶν συμμαχίαν ἀτίζει. Μυσῶν συμμ. explicuit idem ὡς Μυσοῦ ὄντος, sed praestat, opinor, genitivum obiectivum statuere, *qui meam cum Mysis societatem despicit*, cum intelligi nequeat, quid in altera interpretatione συμμαχίαν sibi velit, quia non contra socios, sed contra hostes se fortes esse dicunt milites. Hanc satis certam loci lectionem, nollem elegantiae specie ductus idem Hermannus in curis secundis ap. Lindem. p. 8. ita mutasset: ἔνι δὲ Θράσος ἔνι δ' ἀχμὰ ποτὶ Μυσῶν κτλ., quae eodem quidem modo construenda, recedunt tamen a codicibus et eo tantum defendi possunt, quod nunc syllabae prorsus exaequantur, cum ex nostra ratione iambo ἐν αἰ — respondeat tribrachus ὃς ἐπί. — Reliqui nihil boni suppeditant. Matth. et Both. ἔνι δὲ Θάρσος ἐν αἰχμαῖς ποτὲ Μυσῶν, ὃς. LDind. ἔνι δὲ Θάρσος ἔνι ποτ' αἰχμαῖς Μυσῶν, ὅς, omnes contra libros et metra. Magis etiam his coniecturis obstat, quod ὃς non potest pro εἴ τις dictum esse, ut voluit fere Barnes. qui explicat: ὅστις τοὺς ἐμοὺς συμμάχους, Μυσοὺς ὄντας δηλονότι, ἀτιμάζει. ὃς *pro* ὅστις, et disertius Bothius, provocans ad Matth. Gr. Gr. §. 481. not. 2. Quod non contendisse Matthiaeum ostendit Morstadt. p. 19., qui cum ὃς ἄν

interdum pro εἴ τις dicatur, dubitanter proposuit: ὃς ἔμ' ἂν συμμαχίαν τ' ἀτίζῃ·

246. πεδοστιβής, quod infra legitur 749. et ap. Aeschyl. Pers. 127. ubi πεδοστιβὴς λεώς equitibus opponuntur — v. Blomf. gloss. 132. et Eur. Med. 1123. — eleganter, opinor, interpres vertit *quadrupedans*. Saltem non erat, quod bilem Heathii haec interpretatio moveret.

247. οὐτάσεις κλισίαις Flor. 10. τετράπους Flor. A.

248. sq. ἐπὶ γαίᾳ Flor. A. ubi Vossius annotavit: γαῖαν *adscriptum in altero vet. cod.* ἐπὶ γαίᾳ Flor. 10. ἐπὶ γαῖαν Vatic.; idem habet Victor. una cum altera lectione ἐπὶ γαίας, sed circulo circumducto rursus deleta, ut in Flor. 1. sic fere: ἐπὶ γαίας. ἐπὶ γαίας etiam Par. G. Harl. $\overset{\beta}{\text{ἐπὶ}}$ γαῖαν ἔχων Havn., qui littera β indicare voluit ἔχων ante ἐπὶ ponendum esse. Hi omnes servant θηρός, quod, ut ait Matth., Aldus [et reliquae editiones ante Musgr.] habet pro γαίας; esse vero θηρὸς e glossemate ad τετράπουν μῖμον adscripto natum, ut recte statuerit Musgr. — Contra qui codicum consensum, rythmos et syllabas antistrophi considerarit, non poterit dubitare, quin typographi errore in Aldina γαίαν exciderit, cum in hac editione ita distincti sint versus, si recte memini, ut, cum ἐπὶ versum claudat, in verso folio θηρὸς primum locum teneat. Idem statuisse video GDind. praef. p. xxi. Secuti tamen sunt Musgravium Matth. Both. LDind., et favere videbatur, quod strophicus duabus syllabis brevior erat; quanquam ne eiecto quidem θηρὸς metra prorsus eadem erant. Iam cum in strophico codices σπανία pro σπάνις praebeant, θηρὸς est retinendum, et, ut cum GDind. l. l. loquar, aut ἐπὶ γᾶς, aut ἐπὶ γᾷ, aut ἐπὶ γᾶν scribendum. Accusativum, codicibus et Lachmanno de chor. system. p. 22. auctoribus, praetuli cum GDind., qui scite monet etiam sequentis versus quosdam libros solutam pro contracta praebere forma. Herm. p. 302. coni. μῖμον ἔχων; ἐπεὶ εὖ | θηρος ἕλοι *M.*, εὖθηρος

in Eur. Bacch. 1253. legi monens; quod adoptavit Lindem. p. 9.

249. *Μενέλαον* Flor. 1. 2. Vict. et Codd. HStephani.

250. *Ἀγαμεμνόνειον* Ald rell. *Ἀγαμεμνόνειον* Havn. *Ἀγαμεμνόνιον* primus reposuit Valcken. ad Phoen. 196. *Ἀγαμεμνόνεον* coni. Barnes. quod peius est.

251. *ἐνέγκοι* Ald. rell. et MSS. — *ἐνέγκοιθ'* ex Musgravii coniectura metri causa recep. Matth. LDind. Both. Librorum scripturam revocarunt Hermannus p. 302. ap. Lindem. p. 9. et GDind., hic de hiatu non sollicitus, ille vitans versu post *ἐνέγκοι* finito, quae ratio fortasse vera est. v. ad vs. 244. Tamen *ἐνέγκοιθ'* recepi, quod non coniungi potest cum sequentibus: *κρᾶτ' ἐνέγκοιθ' Ἑλένᾳ*, ut placuit editoribus — quis enim unquam dixerit: *φέρεσθαί τινί τι*? *) — sed virgula ab iis, quae epexegeseos causa adduntur separari debet, ac si scripsisset poeta: *κτανὼν Ἀγαμεμνόνειον ἐνέγκοιτο* (pro *ἀπενέγκοιτο*) *κρᾶτα, γόον Ἑλένῃ εἰς χέρας* sc. *ἐνεγκών*. *Interfecti vero reportet Agamemnonis caput, luctum in manus ferens Helenae ob infortunium consobrini.* *γόος κακόγαμβρος* vero non est cum Matth. *γόος (περὶ) κακοῦ γαμβροῦ* explicandus, sed *γόος κακογάμβρου*, si ita dicere liceat. Nam interpretatio Hermanni ap. Lindem. p. 8.: *κρᾶτα Ἀγαμεμνόνιον* dici *Ἑλένῃ κακόγαμβρον γόον, quod illi perniciosus levir sibi omnique Troiae lugendus sit, cuius sententiae ratio reddatur verbis his: ὃς ἐπὶ πτόλιν κτλ.* nemini probabitur.

252. *ἐς χεῖρας* Flor. A. 10. Havn. *ἐπὶ πῶλον* Ald. rell. *ἐπὶ πτόλιν* Flor. A. Vict. Havn. *ἐπὶ πόλιν* Flor. 10. quod etiam in Vossii Exc. notatum. *ἐπὶ πτόλιν* Valcken. p. 103. not. reponi iussit, absurdam vocans vulgatam

*) Recte permirum videtur Reisigio ad Soph. Oed. Col. Enarr. p. xxvii. quod Eustathius ad Il. *ι*. p. 753, 60., Philoctetae vs. 117. usus, *Σοφοκλῆς γοῦν δύο φησὶ φέρῃ δορήματα*, inquit, *ἀντὶ τοῦ φέρεις*.

πῶλον, quam tamen retinuerunt Matth. Both. LDind., cum Brodaeo Helenam intelligentes. Quod quanquam recte dici posse arbitror, — ut Eur. Hipp. 546. ubi v. Monk. cf. μόσχος Eur. Hec. 526. Andr. 711. — tamen alterum et libri et antistrophus, ut reponeretur, flagitabant. Quare cum GDind. ἐπὶ πτόλιν scripsi, quanquam ἐπὶ πόλιν quod Hermanno placuit p. 302. eas ob causas fortasse praeferendum erat, quas exposui ad vs. 244. Falsum vero est, quod Matthiaeus dicit: *Sed nec ἐπὶ πτόλιν verum esse potest, quum sequatur, tanquam novum, ἐπὶ Τροίαν*, assentiente de tautologia Lindemanno. Nam cum emphasi haec dicuntur, ut monstrat repetitum pronomen ὅς. Ita vs. 347. ὦ πατρίς, ὦ Φρυγία. Med. 643. ὦ πατρίς, ὦ δῶμά τ' ἐμόν. cf. ad vs. 6.

253. ἐπὶ τὰν Τροίαν Ald. rell. ἐπὶ γᾶν Τρ. Flor. A. Havn. ἐπὶ Τροίαν τὰν Matth. contra rhythmum. ἐπὶ γᾶν Τρωΐαν Herm. p. 302. ap. Lindem. p. 9. primam corripi monens. Quam cum brevem exhiberent libri, Τροΐαν cum GDind. dedi. cf. ad vs. 229.

Ibid. στρατιάν libri. στρατείαν cum Heathio dedit Matth. rell.

255. οἶην pro οἷα Flor. 1. 2. οἷά σοι μαθεῖν φέρω Flor. A. 10. — *X. Π.* p. 291. A. οἵαν γὰρ ἀγγελίαν ἥκω σοι φέρων.

256. ἀγρώταις Flor. 1. 2. Vict. ἀγρόταις Havn. — ἀγρότας ἀνήρ Euripides Or. 1270. dixit et ἀγροτῆρ El. 463. tum ἀγρώτας θῆρας in Bacch. 564. posuit, sed ἀγρώστης rursus in Rheso 277. cf. Herc. f. 377. ἀγρώταις in trimetro non ausus sum recipere.

257. δεσπόταις τευχεσφόροις Ald. rell. τευχεφόροις Havn. τελεσφόρους Flor. A. sec. Matth. (τελεσφόρος sec. Valck. p. 103. not.) τελεσφόρους auctore Valcken. recte inde a Matth. editur.

259. ἢ πατρὸς θρόνους Flor. A. 10. (προς Flor. A.)

260. οἷς χρὴ γεγωνεῖν εὐτυχοῦντα ποίμνια Ald. rell. οἵ χρὴ γεγωνεῖν σ' εὐτυχοῦντα ποιμνίων elegantissime Flor. A. et 10., quorum hic tamen χρὴν, ut Havn. exhibet. οἷς

χρὴ duo codd. reg. ap. Hard. p. 46. sed οἵ Vict. οὔ Havn. quae lectio etiam commemoratur in Vossii Exc. σ' post γεγωνεῖν addunt etiam duo codd. Hard. l. l. (in his Par. G.) Flor. 1. 2. Vict. Havn. et eundem fontem habet γεγωνεῖς Harl. Ego versum dedi, ut editores inde a Matthiaeo, nisi quod χρὴ retinui, de quo solo dubitari potuit. Quod cum maiore etiam auctoritate niteretur et sensui conveniret, nolui reiicere. Est vero χρῆν *debebas*, χρὴ *debes*, quod, cum nihildum nuntiaverit pastor, aptius videtur. Idem non tentavit Valcken. p. 103. not.

261. Οὐκ ἄλλως λέγω Ald. rell. λέγεις Par. E. G. [duo codd. Hard. p. 47.] Flor. A. 1. 2. Vict. Harl. Havn. Non movit codicum auctoritas editores. Scilicet usu tragicorum confirmatur vulgata. v. Eur. Hec. 302. Hel. 1106. El. 1035. Or. 709. Rhes. 164. οὐκ ἄλλως ἐρῶ Aesch. Sept. 490. Ego vero codices secutus sum, cum viderem Hermannum quoque ad Iph. A. 1465. (1460.) usitatam hanc formulam recipere non ausum esse pro eo quod libri praebent ΚΛΤΤ. ἔγωγε μετὰ σοῦ. ΙΦΙΓ. μὴ σύ γ'· οὐ καλῶς λέγεις. ΚΛΤΤ. πέπλων ἐχομένη σῶν. Ubi quanquam Hermanni coniecturae: ΙΦΙΓ. μὴ σύ γ'. ΚΛΤΤ. οὐκ ἄλλως λέγω, Πέπλ. etiam hoc accedit, quod in Eur. El. 226., quo loco recte exhibetur καὶ τάχ' οὐκ ἄλλως ἐρεῖς, duo codd. Flor. οὐ καλῶς suppeditant, tamen nolim vulgatam, boni sensus non expertem, mutari. Itaque nescio cur libros spernamus, qui sensu optimo praebent: *non temere dicis*, aut cum Scidlero ad Electrae locum οὐκ ἄλλως λέγεις ἢ ἐγώ. Aldus fortasse ex coniectura dedit, quod alias saepe legerat. V. etiam ad vs. 164.

262. Habet *X. Π.* p. 291. A.

264. δόρι (sec. Lenting. p. 74. δόρυ) βαστάξομεν Flor. A. δόρυ Flor. 10. ut contra metrum coni. Reisk. — δόρη, quod lemma scholii ex Flor. 2. habet, rarior est forma, ex eodem fonte derivanda, quo δόρει apud Sophoclem. v. Herm. ad Soph. Ai. 1109. ad Oed. C. 626. 1316. 1388. Idem vidit scholiastes. Apte Bergk. ad Anacr. p. 142., ubi plura similia recensentur (cf. cun-

dem ad fr. vii.), attulit ex Polluc. vii, 158. x, 145. Theopompi versum qui extabat ἐν Καπηλίσιν: ἐλεφαντοκώπους ξιφομαχαίρας καὶ δόρη. cf. Hesych. δόρη καὶ δορῶν ἀντὶ τοῦ δόρατα καὶ δοράτων.

Ibid. πρὸ χειρῶν βαστάζειν, inusitatum Beckio p. 461. not. 4. visum, defendit Morstadt. p. 19. not. allato Eur. Iph. A. 26. et πρὸ χειρῶν φέρειν Troad. 1207. Malim tamen, cum δόρυ βαστάζειν quidem dixerint veteres (v. Eur. Alc. 40. Hermippus ap. Plutarch. Pericl. 33.), μάχας πρὸ χειρῶν βαστάζειν vero non dixisse videantur, scribere μάχαι πρὸ χειρῶν (sc. εἰσίν) καὶ δ. β., quam zeugma statuere.

265. X. Π. p. 291. A. τοιαῦτ' ἐγὼ γὰρ ἀγγελεῖν ἐλήλυθα.

266. ἀλκῆς pro ἀρχῆς Ald. rell. — ἀρχῆς ex Flor. A. 10. Vict. Havn. non dubitavi recipere, cum multo videatur exquisitius. Sic Aeschyl. Pers. 24. de exercitu barbaro: βασιλῆς βασιλέως ὕποχοι — cf. Strabon. xiii. p. 596. p. 325. Tzsch. et de Menelao Eur. Andr. 324. στρατηγῶν λογάσιν Ἑλλήνων. Intelligendae igitur sint innumerae exercitus partes, quarum unicuique praefectus erat; nisi praestet fortasse, ἀρχὴν pro ἀρχομένοις (passive) dictam esse, aut similiter atque in Eur. Iph. T. 17. de Agamemnone: ὦ τῆσδ' ἀνάσσων Ἑλλάδος στρατηγίας.

267. σοι σύμμαχός τε τῇ σῇ γῇ Ald. rell. τε omis. Flor. 10. σύμμαχός τε τῇδε γῇ quatuor MSS. Musgr. Flor. A. 1. 2. Vict. Havn. τῇδε γῇ etiam Flor. 10. et cod. reg. Coll. Praep. in margine Barnesii. Correxit Valcken. p. 103. not. Musgr. et antea Barnes. — γῇ τε τῇ σῇ σύμ. coni. Canter. et Duport. vel σῇ χθονί. — τῇ τε σῇ γῇ σύμ. Scaliger. σοὶ dedi cum Dindd.

270. εἰς Τροίαν Flor. A. 10. quod probat Valcken. p. 103. not. — Interrogationis signum, quod vulgo post hunc versum ponebatur, c. GDind. delevi. Multo fortior assertio.

271. δὶς τόσον Ald. rell. δὶς τόσου quatuor Musgr. libri (in his duo MSS. Pariss. Hard.) Flor. A. 1. 2. 10.

Vict. Havn. quod coniecerat Reisk. et probant Hardion. p. 47. Musgr. Valcken. p. 102. not. Recte vertit Hardion. *Sermone bis tanto me levasti* et Heathius: *Sermone autem duplo prolixiore me levasti. Homines enim e vulgo solent multis ambagibus producere sermonem.* Prorsus eodem sensu nuntius ap. Eur. Suppl. 638. *λόγου δέ σε Μακροῦ ʾποπαύσω.* Hunc cum priore versu adhibet X. *Π.* p. 291. A. *υἱὸν φανέντ᾽ ἄϋδος ἀγγελεῖς νέον; ἔγνως· λόγῳ με δὶς τόσον μ᾽ ἐκούφισας.*

273. *πεδιάδος τ᾽ ἀμ.* Ald. rell. *τ᾽ ἀμαξητοῦ* Havn. *τ᾽ ἁμαξ.* Canter. *θ᾽ ἁμαξ.* Barnes. rell. *πλατείαις πεδιάδος ἁμαξιτοῖς* Harl. *πλατείαις* etiam Flor. 1. 2. Vict. *πατρῴας* Flor. 10. Deest versus in Flor. A.

275. X. *Π.* p. 289. C. *οὐκ οἶδ᾽ ἀκριβῶς, εἰκάσαι γε μὴν πάρα, Μορφῇ γὰρ οὔ τι φαῦλον εἰςφαλεῖν τινα.* p. 295. C. *Μορφῇ γὰρ οὐ φαῦλον τι εἰςβαλεῖν ἔφην.* Sub *μορφῇ* fortasse *ὄρφνη* latet.

276. Scholiastes ad Soph. Ai. 563. Elmsl. *Τηλωπὸς οἰχνεῖ. φυλακὴν ἔχων τῶν ἐχθρῶν· λέγοι δ᾽ ἂν τῶν Θρᾳκῶν. περὶ γὰρ τὰ τελευταῖα τοῦ Τρωϊκοῦ πολέμου ἐσυμμάχουν τοῖς Τρωσὶν οἱ Θρᾷκες. γνόντες δὲ τοῦτο οἱ Ἕλληνες, φρουροὺς ἔταξαν προμηνύσοντας αὐτοῖς τὴν ἐκείνων ἔφοδον, ἵνα οὕτως ἐπελθόντες κατὰ τὴν ὁδὸν συμβάλωσιν αὐτοῖς, πρὶν ἐλθεῖν εἰς Ἴλιον.*

278. *αὐτόριζον* Ald. rell. *αὐτόῤῥιζον* Flor. A. 1. 2. 10. Vict. Havn. Idem iam in Barnesii margine legitur probatque in nott. Matth. Ita vero Idam appellari, quia prius quam Troia habitaretur secundum Homer. Il. *υ*, 216. intellexit cum Barnes. Musgr. — Non potest poeta respexisse ad notissimam fabulam ab Herodoto ii, 2. narratam, Phryges antiquissimum terrae populum fuisse, ut visum erat Brodaeo.

279. *εὔθηρον* pro *ἔνθηρον* mavult Barnes. conferens Homer. Il. *θ*′, 47. *Ἴδην, μητέρα θηρῶν*, et *εὔθηρον*, nescio quo iure, in libris quibusdam extare dixit Abresch., qui tamen vulgatam defendit ad Aeschylum T. i. p. 314. Sensu metaphorico *ἔνθηρος ποῦς* dixit Sophocles Phil.

698. ἔρθηρος θρίξ Aeschylus Ag. 562.; hic vero idem significat, quod Barnesius coniectura efficere voluit.

280. στρατὸς ῥέων Flor. 10. λέγων pro ῥέων Harl., unde βρέμων cum Ruhnkenio malit Musgr. Idem vero postea πολλὴν γὰρ ἠχὴν Θρήκιος ῥέων στρατός coniecit, ῥέων pro χέων edens dictum arbitratus, de quo transitivo vocis usu v. Iacobs. ap. Liebel. Archiloch. p. 75. Vulgatam satis defendunt post Homerum: τά δ' ἐπέῤῥεεν ἔθνεα πεζῶν, Aeschyl. Sept. 80. ῥεῖ πολὺς λεώς, Pers. 87. μεγάλῳ ῥεύματι φωτῶν, *) 412. ῥεῦμα Περσικοῦ στρατοῦ, Soph. Ant. 129. πολλῷ ῥεύματι προςνισσομένους; Eur. Iph. T. 1437. ῥεῦμα στρατοῦ, Plato Phaedr. 7. p. 229. D. ἐπιῤῥεῖ δὲ ὄχλος τοιούτων Γοργόνων καὶ Πηγάσων. cf. Charmid. p. 155. D. Plutarch. Aristid. xi. xv. Cicer. ad Attic. vii, 4. *Fluctum totius barbariae una urbs ferre non poterat.*

281. ἔστιχε et ἴεμεν Havn. X. Π. p. 290. B. Ἀμμὲς δὲ θάμβει καταπλαγεῖσαι, φίλαι. p. 295. D. θάμβει καταπλαγεῖσα.

282. ποίμνας ἐς ἄκρ. Ald. rell. πρὸς Flor. A. 10. Vict. Havn. ut editur inde a Bothio.

283. πορθμήσων Flor. A.

284. X. Π. p. 295. C. εἶτ' αὖ δι' ὤτων γῆρυν οὐχ ἥν (l. ἣν) εἰκάσαι, Ἐδεξάμην γε καὶ μετεστράφην δρόμῳ.

285. ἐδεξάμεθα Flor. 1. 2. διέστημεν pro μετέστ. Havn. Vulgatam defendit etiam X. Π. l. ad pr. vs. l. Ceterum Graecos sine interprete cum Troianis loqui non potuisse, erant, qui contenderent veteres. Testes nonnullos advocarunt interpretes. Aliter vero interpretandus est Eurip. Iph. T. 179. sq. ἀντιψάλμους ᾠδὰς ὕμνον τ' Ἀσιήταν σοι, βάρβαρον ἰαχάν, δέσποιν' ἐξαυδάσω, ubi per-

*) Aeschyli locus vide an ita sit construendus: δόκιμος δὲ οὗτις ἐστὶν, ὑποστὰς (pro ὑποστῆναι) μεγάλῳ ῥεύματι φωτῶν, ἐχυροῖς εἴργειν ἔρχεσιν ἄμαχον κῦμα θαλάσσης, ut ἐχυροῖς appositio sit ad ῥεύματι φωτῶν, *qui valent vinclis invictum maris fluctum coërcere.*

peram Seidler. (ad vs. 172.): *Mirari licet*, inquit, *Graecas mulieres canere velle barbaros modos. An quod in Asia iam degentes, his erant adsuetae? Maiori certe iure facere hoc poterant Phryx in Orest.* 1396. *et Phoenissae virgines in Phoeniss.* 1311. Neque verum vidit Hermannus ad vs. 176. *Virgines ut Taurorum sacra obeuntes etiam lingua et cantu Taurorum uti fingi* ratus. Barbari et Asiatici modi sunt *lugubres*, quemadmodum Electra apud Aeschylum Cho. 423. ex certa Hermanni emendatione dicit: ἔκοψα κομμὸν Ἄριον εἴτε Κισσίας Νόμοις ἰηλεμιστρίας. Docere hoc poterant sequentia, quae sunt epexegesis, ἡ ἐν θρήνοις μοῦσα. Eadem significatio est in Orest. 1386. βαρβάρῳ βοᾷ et Phoen. 1301. Cf. etiam Aesch. Suppl. 69. ubi aiunt virgines Aegyptiae: τὼς καὶ ἐγὼ φιλόδυρτος Ἰαονίοισι νόμοισι Λάπτω τὰν ἁπαλὰν Νειλοθερῆ παρειάν, quod de molli lugubrique modo intelligendum est, et Pers. 634. quem Hermannus ad Iphig. attulit: βάρβαρα παναίολα δύσθροα βάγματα.

286. ὁδοῦ pro στρατοῦ Havn. προὐξερευνητὰς Ald. rell. quod vereor, ut ferri possit. Admodum enim ieiunum est: *interrogavi antecursores* eius, qui praefuit *exercitui*, cum expectaveris: *antecursores exercitus*. Quare ἄναχτος tentatum est a Musgr., qui ἂν ἄγχος (*in vallum descendens*), a Reisk., qui ἔναγχος — v. ad vs. 488. —, a Morstadt., qui p. 20. not. ἔναντα coniecit. Sed harum nulla est probabilis coniectura, neque minus displicet id quod excogitavit Bothius: ἄναχτας προὐξερευνητάς, explicans: ἄναχτας τοῦ προὐξερευνᾶν, meros principes statuens praecursores, quanquam idem infra vs. 935. aurigae Rhesi invidit στρατηλάτου nomen. Sed ἄναξ στρατοῦ non videtur tentandum. ἄναξ enim *rector* s. *moderator* est, ut ναῶν ἄνακτες ap. Aeschyl. Pers. 383. κώπης ἄναξ ib. 378. Eur. Cycl. 86. cf. Eur. Teleph. fr. 20. et Blomf. ad Aesch. Pers. gl. 384. ad Prom. gl. 45. ad Sept. gl. 2. Sic supra Mercurius vs. 217. φηλητῶν ἄναξ dicebatur et Hierocles vates χρησμῳδῶν ἄναξ ab Eupolide ap. schol. Ar. Pac. 1044. Ipsius vero est Euripidis Iph. A. 84.

κἀμὲ στρατοῦ γ' ἄνακτα — εἵλοντο, ut ex certissima Iacobsii coniectura scripsit GDind. adde eadem significatione Eur. Alc. 498. πέλτης ἄναξ. At Bothius scilicet ad Rhesi locum: *Ineptum*, inquit, ἄναικτος *est, quum de* ἄνακτι *nihil adhuc inaudiverit nuntius.* Sed qui exercitus sine duce cogitari possit? Itaque una littera mutata προὐξερευνητὴς scripsi, cum soleat librariorum stupor Doricas formas in trimetros inducere. Sensus est: *Ego exploraturus ducem exercitus, interrogavi.*

287. προςφθέγμασι Ald. rell. Dindd. προςφθέγμασιν ex tribus Florentt. recepi cum Matth. Both.

288. κεκλιμένοι Flor. A. τίνος κεκλημένος vertit Lindemannus, Graecae linguae peritissimus: *von wem gerufen*, Barnesio suo desorto.

290. ἐφίεμεν Flor. A. Varia lectio est ap. *X. H.* p. 295. C. καὶ τῶν δ' ἀκούσας ὧν ἐμαιόμην μαθεῖν.

291. ἥσθην Pierson. coni. Veriss. p. 82.

292. ἑστῶτ' ἐν ἵπποισι θρηκίοις τ' ὀχήμασιν Ald. rell. Flor. 2. ἑ. ἐν ἵπποις θρ. τ' ὀχήμ. Flor. 1. ut edidit Barnes. ἑστώθ' (sic) ἱππείοισι θρηκίοις τ' ὄχοις et ἑστῶτα ἐν ἱππείοις θρηϊκίοις ὄχοις Flor. A.; prius etiam Flor. 10., alterum Vict. — ἑστῶτ' ἐν ἱππείῃσι θρηκίοις ὄχοις Havn. Contra Valcken. p. 103. not. hanc Florentini libri affert lectionem: ἑστῶτ' ἐν ἱππείοισι Θρηκίοις ὄχοις, quam probat et rec. Musgr. rell. v. Elmsl. ad Eur. Heracl. 131., qui vulgatam tenet et per ἓν διὰ δυοῖν figuram explicat.

293. πλάστιγγι Flor. A. 10. πλάστιξ lemma schol. ζυγηφόρων Ald. rell. ζυγηφόρον Flor. A. Vict. Havn. Vat. quod iure rec. Musgr. auctore Valcken. p. 103. not. πλάστιγξ hic quid sit, cum dubitari possit, opportune scholiastes per ζυγός explicat: solitos enim esse veteres ad μέσαβον colla equorum ligare. Idem docet Hesych. Πλάστιγξ — μάστιξ, ἢ — — — — τὸ ζύγωμα. Erit igitur *iugum*, quo equi ligabantur, et idem fortasse, quod infra πλῆκτρα 752. vocatur, si vera sit lectio. Noli vero cum

Barnes. interpretari: *Bulla, collis equorum appensa ornatus causa,* cum adiectum ἔκλῃε diserte contrarium doceat.

294. ἔκλυεν pro ἔκλῃε Flor. A. unde fortasse ἔκλῃεν scribendum. χρόνος pro χιόνος Flor. A. χειμῶνος Havn. quae est glossa inepti grammatici. χιόνος δὲ αὐγεστέρων Flor. 10. Fluxerunt haec ex Homero Il. κ', 437. λευκότεροι χιόνος, θείειν δ' ἀνέμοισιν ὁμοῖοι cuius hyperbolae imitationes indicavit Valcken. p. 108. not. adde parodiam Matronis ap. Athenaeum iv. p. 134. E. Eustath. ad Il. π'. p. 1053, 11.

295. πέλτης pro πέλτη δ' Flor. A. Vict. Havn. δίφροις pro τύποις Vict. Havn.

296. γοργὼ δ' Ald. rell. γοργὼν δ' Flor. 1. 2. 10. et Flor. A. secundum Lenting. [et Valcken. ad Phoen. 458.] Itidem Vict. Havn. et lemma schol. Vatic. Mirus sane est hic consensus librorum optimorum in forma, quam Atticis veteres abiudicabant. Reperiri vulgarem formam apud Euripidem concessit Valck. l. l. quanquam non recte statuit, ibi tantum adhibitam esse, ubi versus modulus Atticam respueret. Neque obsequentes habuit editores sobrios. Nominativus Γοργὼν extat Eur. Ion. 1421. Herc. f. 882., quem non dubitavi hic restituere.

Ibid. ὡς ἐπ' αἰγίδος Ald. rell. ὡς ἀπ' αἰγίδος θοᾶς Flor. A. Vict. ἀπ' etiam Flor. 10. *non male,* inquit Matthiaeus, *si iungas* Γοργὼ δ' ὡς ἀπ' αἰγίδος θεᾶς ἐκτύπει φόβον. Id recepi c. Both. et GDind. cf. Aesch. Sept. 385. κώδωνες ὑπ' (alii ἀπ') ἀσπίδος κλάζουσι φόβον. Non intellexit hunc locum Hermannus p. 303. ap. Lindem. p. 9. Nam, *restituto,* inquit, *iusto versuum ordine legendum:* πέλτη δ' ἐπ' ὤμων χρυσοκολλήτοις τύποις Χαλκῆ, μετώποις ἱππιχοῖσι πρόσδετος Ἔλαμπε· Γοργὼ δ' ὡς ἀπ' αἰγίδος θεᾶς Πολλοῖσι σὺν κώδωσιν ἐκτύπει φόβον. *Caput equinum, ut a Minervae clipeo Gorgonem, terrorem fecisse dicit.* At neque vulgata, si recte distinguas, non aptissima est, neque emendatio ferenda. De hoc primum dicam. Levius est miram esse dicendi rationem πέλτη μετώποις ἱπ-

πικοῖσι πρόςδετος pro μέτωπα ἱππικὰ πέλτη πρόςδετα; gravius alterum censeo, non logicam esse comparationem: peltam, sicut Gorgonem a Minervae clypeo, terrorem iniecisse, cum potius caput equinum dictum esse deberet, terrorem quod faceret. Accedit, quod ne χαλκῆ quidem erat cetra Rhesi, cum diserte dicatur infra ζάχρυσος vs. 358. Iam ut ad vulgatam redeam, si insignia clypei non descripta esse, statuas aut defuisse, ut in Amphiarai clypeo ap. Aesch. Sept. 591., optima prodit sententia. Nam clypeo descripto, ad equos se convertit nuntius, dicitque: *Gorgo vero, aeque ut Gorgo a Minervae clypeo, equorum frontibus alligata aenea, terrorem multis cum tintinnabulis iniiciebat.* Quo nihil potest aptius esse. Cf. Dict. Cret. ii, 45. *currum eius et cum egregiis insignibus equos ad naves ducunt.* Iam ne clypeo potius κώδωνας convenire dicas, ut ap. Aeschyl. Sept. 385. ὑπ' ἀσπίδος δὲ τῷ Χαλκήλατοι κλάζουσι κώδωνες φόβον, quam equis, prohibet idem Aeschylus ap. schol. Aristoph. Ran. 990. (994.): Ἀπολλώνιός φησιν, ὅτι παρήνεγκε χρωμένους κώδωσί τινας, κώδωνας ἐν τοῖς φαλάροις καὶ χαλινοῖς τῶν ἵππων ἔχοντας et ap. Eustath. ad Iliad. σ'. p. 1157, 33. (fr. 330.) ἔνθα καὶ φιμοὺς λέγει αὐλωτούς, διὰ τὸ κώδωνας, φησί, προςῆφθαι αὐτοῖς, οἷς ἐμφυσῶντες οἱ ἵπποι ὡς φωνὴν σάλπιγγος προΐεντο· γράφει οὖν οὕτως· Ὃς εἶχε πώλους τέσσαρας ζυγηφόρους Φιμοῖσιν αὐλωτοῖσιν ἐστομωμένας, cf. Pollux x, 56. Intt. ad Longin. π. ὕ. xiii. extr. Blomfield. ad Aesch. Sept. 382. Neque vero nego etiam clypeo Rhesi fuisse tintinnabula, ut docere videtur infra vs. 371. ad quem l. v. n.

298. ἐκτύπει suspectum videbatur Bothio, qui ἐκτυπεῖ coniecit, ablegans ad notam suam Iph. T. 54. quo libro non utor. Praesens hic poni nequit. De Gorgonis insigni v. Toup. in Suid. T. ii. p. 74. sq. Lips. — Tum quatenus id valeat, quod dicit scholiasta Sophoclis ἡ κώδων θηλυκῶς Ἀττικῶς, docet Lobeck. ad Ai. 17.

299. ἐν ψήφῳ λόγου Flor. 10. sensu adversante. v. Aesch. Ag. 570.

300. *δυναίμην* Ald. rell. *δύναι' ἄν* Flor. 10. Vict. Havn. *δύν' ἀπ'* Flor. A.

Ibid. *ἄπλαστον* Ald. rell. *ἅπλατον* tres MSS. Musgr. ὡς Flor. A. 1. (qui *καὶ ἅπλ.* habet) 2. 10. Vict. Havn. quod Pierson. ad Moer. p. 25. dubitanter reponi iusserat, probante Elmsl. Med. 149. Recte. Aliter sensit Hermannus p. 303. ap. Lindem. p. 10., qui *ἄπληστον* necesse esse scribi, advocata nota ad Elmsleii Med. 149. contendit. Nos non solum codices secuti sumus, sed sensum etiam. Nam cum *ἅπλατος* a *πελάζω*, *πελάω* descendat — v. Buttmann. Gr. Gr. ii. p. 208. Hermann. Opuscc. vi, 1. p. 164. — duplex eius potest esse significatio. Etenim erit quem accedere non poteris aut periculi causa aut ob debilitatem mentis. Illud obtinet Soph. Trach. de leone 1093. *ἅπλατον θρέμμα κἀπροσήγορον*. Altera significatione utitur Euripides, cui *ἅπλατος στρατὸς* exercitus est, *cuius numerum propter multitudinem mente vel oculis assequi nequeas*. Eodem sensu Archestratus ap. Athen. i. p. 29. C. laudatus a Piersono *χρόνου διὰ μῆκος ἅπλατον* dixit. Contra *ἄπληστος* de eo dicitur, qui non expleri potest, ut *φροντὶς ἄπληστος* Aesch. Ag. 102. et *ὁ τῆς ἀπλήστου κοίτης ἔρως* Eur. Med. 150. — Denique quod Aldus habet *ἄπλαστος*, cum a *πλάσσω* derivetur, non convenit huic loco. Omnino vero de variis his formis videndus est Mützell. de emendanda Theogon. Hesiod. p. 54. sqq.

Ibid. Commate pro puncto, quod vulgo ponebatur, post *ἰδεῖν* distinguendum esse vidit Matth. in notis, sequentibus Both. Dindd. Coniungi debent: *ὡς ἅπλατον ἦν ἰδεῖν, πολλοὶ μὲν κτλ.*

302. *πομποί τ' ἀτρ.* Flor. A. 10. *πολλοὶ δ' ἀτρ.* Flor. 1. 2. Vict. Hinc *δ'* commendatum in notis a Matthiaeo, provocante ad not. suam Hippol. 474., pro *τ'* quod Ald. rell. praebent, receperunt Dindd. Et recte, siquidem exempla quae dedit Elmsleius ad Eur. Her. 874. Med. 21. 1039. ad Soph. Ai. 1050. Br., docent, ubi idem

verbum repetatur non τὲ sed δὲ sequi, si modo, ut prudenter adiecit Hermannus ad Soph. Ai. 341., oppositio insit iis, quae communi verbo adiiciantur. Haec vero obtinet inter equites, peltastas, *) sagittarios et levis armaturae milites.

---

*) Pelta, quae una cum ἀκοντίῳ Thracum propria erat armatura — v. Krüger. in *NIahrbb. f. Phil. u Paed. v. Seebode* cet. 1835. T. xv. p. 183. sq. Elmsl. ad Aristoph. Ach. 160. — τετράγωνος erat secundum scholiastas Lucian. dial. mort. xiv, 2. et Rhes. 361. Contra Virgil. Aen. i, 490. nominat *lunatas peltas*, quocum consentit fere Plinius hist. n. xii, 11. de fico Indica disserens: *Foliorum latitudo peltae effigiem Amazonicae habet*, et de thlaspi xxvii, 113. *Angustis foliis, digitali longitudine et latitudine in terram versis, in cacumine divisis — peltarum specie* et Xenophon ap. Polluc i, 134. *Πέλτη Ἀμαζονική, ὡς φησι Ξενοφῶν, παρεισκυῖα κιττοῦ πετάλῳ.* V. etiam Servius ad Virg. l. l. *Scutum brevissimum in modum Lunae iam mediae* et Isidor. Orr. xviii, 12. Videantur haec contraria esse; sed conciliari possunt fortasse, si vocem τετράγωνος non interpreteris *quadratus* sed *quadrangulus*. Accuratius ceteris de peltis Saliorum egit Dionys. Hal. Ant. Rom. ii. p. 129, 43. Sylb. *τῇ δ' εὐωνύμῳ κατέχει πέλτην Θρᾳκίαν· ἡ δ' ἐστι ῥαβδοειδεῖ ϑυρεῷ στενωτέρους ἔχοντι τοὺς λαγόνας ἐμφερής, οἵας λέγονται φέρειν οἱ τὰ Κουρήτων παρ' Ἕλλησιν ἐπιτελοῦντες ἱερά*, ubi ῥαβδοειδὴς ϑυρεὸς *viminea cetra* esse videtur, quales Lusitanis tribuit Diodorus v, 34. *φοροῦσι — πέλτας μικρὰς παντελῶς, διαπεπλεγμένας νεύροις.* Alia suppeditant scriptores alii. Schol. Arist. Acharn. 160. *πέλτη γὰρ ἀσπὶς μικρὰ μὴ ἔχουσα ἴμαντα.* Hesych. *Πέλτη ἀσπὶς ἴτυν οὐκ ἔχουσα*, schol. Eur. Alc. 516. Matth. *πέλτη ἀσπίς ἐστιν ἴτυν μὴ ἔχουσα* et ita etiam Etym. M. p. 660, 25. Timaeus lex. Platon. p. 211. *Πέλτη, ὅπλον κοῦφον, ἴτυν οὐκ ἔχον ἀλλ' ἐκ μόνης βύρσης γεγονός.* Cum his partim consentit partim dissentit Aristotelis fragmentum praestantissimum a schol. Vat. ad priorem versum exhibitum, quod omisit Neumann. Rerumpubl. fragm. p. 115. Pars eius extat etiam ap. schol. Platon. Legg vii, 17. p. 813. *πέλτη ἐστὶν εἶδος ἀσπίδος, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης, ἥτις ἴτυν οὐκ ἔχει, οὐδ' ἔστιν ἐπίχαλκος, οὐδὲ βοὸς ἀλλ' αἰγὸς δέρματι περιτεταμένη*, unde lacunas in scholio Vaticano supplevi Idem locus, non nominato Aristotele, est ap. Photium: *Πελτασταί, οἱ πέλτας ἔχοντες στρατιῶται. Πέλτη δὲ εἶδος ἀσπίδος οὐκ ἐχούσης ἴτυν, οὐδ' ἐπίχαλκον* [κος?], *οὐδὲ βοὸς ἀλλ' αἰγὸς δέρμα περιτετμένη* [περιτεταμένη]. Brevius simul et plenius Aristotelis locum exhibet Eustath. ad Iliad. μ'. p. 905, 59. *ἡ γὰρ πέλτη οὔτε ἴτυν ἔχει, καὶ αἰγὸς ἢ οἰὸς περιέσταλται δέρμα.* — Praeterea in scholio lin. 3. Ἀλεύας pro ἀλόας dedi, quod vix eget commendatione. V. Harpocrat. Suid. Photius v. *Τετραρχία· Ἀριστοτέλης ἐν τῇ κοινῇ Θετταλῶν πολιτείᾳ ἐπὶ Ἀλεύα τοῦ πυρρόυ διηρῆσθαί φησιν εἰς τέτταρας μοίρας τὴν Θετταλίαν.* cf. Neumann. l. l. Boeckh. Expll. Pindar. p. 331. sqq.

903. ὁμαρτεῖ Ald. rell. ὁμαρτῇ Flor. A. Vict., quod recepi cum Matth. Both. GDind. — ὁμαρτῇ ex suo codicis Florent. apógrapho probat Valcken. p. 103. not. et dedit LDind. Adverbium sine dubio praestat, cum omnia suspensa sint ab ἦν, quod legitur vs. 300. — Θρηκίαν στολὴν ἔχων Flor. A. 10.

307. εὖ σταθῶσι Ald. rell. εὐσταθμῶσι Flor. A. v. vs. 283. Praeeunte Schneidero in lexico, cum GDind. εὐσταθῶσι dedi.

308. ἔρπε et τἀγαθά Flor. A. 10. τἀγαθόν Ald. rell. Pluralem, quem offerunt etiam Vict. Havn., auctore Valcken. p. 103. not. dedi c. Matth. rell. Scholium quod ad hunc locum extat, me non intelligere fateor. Sensus esse videtur, fortunam adiuvare non miseros (ταλαιπώρους) et debiles (εὐτελεῖς) sed felices. Quae deinde poetae verba usurpantur, non vitio carere puto.

312. ξυμπονῶσιν Ald. rell. quod tuetur Matth. collata nota sua ad Hec. 250., utque videtur Elmsl. ad Eur. Bacch. 640. Veram lectionem ξυμπονοῦσιν praebent Par. E. G. Flor. 1. 2. Vict., ut coniecerat Reisk. et receperunt Musgr. Schaefer. Both. Dindd. Tum ἐξώστης recte a scholiasta explicatur, et usurpatur de ventis vehementioribus. Ita enim Ulixes in Eur. Cycl. 278. dicit πνεύμασιν θαλασσίοις Σὴν γαῖαν ἐξωσθέντες ἥκομεν. Utitur voce Herodot. ii, 113. καί μιν ἐξῶσται ἄνεμοι ἐκβάλλουσι ἐς τὸ Αἰγύπτιον πέλαγος et auctor epistt. Aeschin. i. p. 726.

Hermann. *Griech. Staatsalterth.* §. 178. not. 7—9. Meinek. Commentatt. miscell. p. 50. sqq. Ceterum memorabile est, quod eadem varietas in titulo fabulae Sophocleae obtinet, quam alii libri Ἀλωάδαι, alii Ἀλευάδαι, Ἀλεάδαι plurimi nominant. v. Comment. meam de Soph. Aleadis p. 10. Qua occasione moneo, credi non posse, a Sophocle Alei filios Ἀλευάδας nominatos esse, ut visum est Welckero in *Zeitschrift f. Alterth. wiss.* 1835. p. 1093., retento scilicet digamma Aeolico Ἄλεος sive Ἄλεως et Ἀλεύας diversa, si quid video, sunt nomina. Sed ut ad scholium redeat disputatio lin. 5. excidit cetratorum numerus, nisi forte scripsit Aristoteles ὁπλίτας δὲ ὀγδοήκοντα πελταστάς vel simile, siquidem cetrati nonnunquam hoplitis annumerantur. v. Achill. Tat. iii, 13.

extr. HSt. ζάλη δὲ καὶ ἄνεμος ἐξώστης ἐμπεσών. cf. Suidas s. v. Altera scholiastae interpretatio inepta est.

313. ἔφαυσε Ald. rell. ἔθρανε et ἔθραυσε Flor. A., quorum hoc etiam HSteph. et Milton. coniec. ἔθρανε Vict. Havn. — ἔθραυσε Musgr. edidit et cum Matth. Bothius. ἔθρανε cum Valcken. p. 103. not. Dindorfii. Recte. Nam non solum aptius est imperfectum, quia periculum durans indicatur, sed commendatur etiam maiore codicum auctoritate, quibus accedit, nisi fallit coniectura, etiam Vatic. Nam non solum plerumque cum Havniensi conspirat, monente GDind., sed commemoratur etiam a Barnesio Andreae Schotti emendatio ἔθρανε Observv. poet. ii, 43., quem constat codice Vaticano usum esse. Aldi vero lectio orta est ex similitudine litterarum φ et θρ in quibusdam codicibus, ut vix discerni queant. v. Bast. ad Gregor. p. 737. p. 764., neque veram putasse vulgatam arbitror Elmsleium, cum Aldi scripturam retinuit ad Eur. Bacch. 640. Tamen, nisi libri obstarent, defendi posset, ex αὔω et ἐπὶ composita, ut Hesych. καθαῦσαι· ἀφανίσαι, quod Alcman Aeolicus ap. Eustath. Od. ε. p. 1547, 60. καταῦσαι τὰν Μῶσαν dixit. cf. Hesych. καταῦσαι· καταυλῆσαι [καταντλῆσαι recte Lobeck. ad Soph. Ai. p. 357.] καταδῦσαι. Idem καταύστης· καταδύστης. Ceterum Eust. l. l. αὖσαι etiam θιγεῖν καὶ ἅψασθαι significare monet; unde προσαύση Sophocli Ant. 620. restituit Lobeck. l. l. p. 358., ubi plura extant. — Concidunt igitur coniecturae HSteph. altera ἔπαυσε, Reisk. ἔφλασε vel ἔφλυσε, Brodaei ἔφασε, quae Reiskio dicitur vetus lectio esse, Barnesii ἔφυσε pro ἐφύσησε dictum.

Ibid. μέγα πνέων Flor. 10. ut scribitur in Eur. Bacch. 640. ubi v. Elmsl.

314. Τροίας φ. Ald. rell. Τροία φ. Flor. [ap. Matth. — A., ut videtur; quanquam Valcken. p. 103. not. Τροίᾳ citat.] Τροίᾳ Flor. 10. Vict. Hoc auctore Valcken. rec. Musgr. rell.

315. εἰς δαῖτ' Flor. A. 1. 2. 10. Vict. Havn. κυνηγέτης coni. Elmsl. ad Eur. Her. 694. In antepenultima

η tragici scribunt; sed iidem κυνηγία et κυναγία. v. Lobeck. ad Phryn. p. 430. ad Soph. Ai. 37.

316. Hunc versum temere Beckius p. 465. not. 4. spurium iudicat. αἴρουσι, quod in veteribus editionibus obtinuit tacite correxit post Schaefer. Matth. c. rell.

317. ἔλεξας pro ἀτίζεις Flor. A. 10. quod, quippe usitatum tragicis, probat Valcken. p. 103. not. ad Hippol. 715. κἀπίμορφος Flor. A. 10. Vict. Havn. Neque vero concedi potest, ἀτίζεις esse explicationem vocis ἔλεξας. Aliud igitur Morstadtio p. 21. not. in mentem venit, putanti, ἀτίζεις explicationis causa ad ἐπίμομφος εἶ adscriptum fuisse, et postea locum τοῦ ἔλεξας occupasse. At ne id quidem probabile. Nam ἀτίζειν, quod reperitur monente Matthiaeo II. ύ, 166. adde exempla ex tragicis ap. Monk. ad Eur. Alcest. 1042. non ita est vulgare grammaticis, cum altero potius nonnunquam utantur, ut Hesych. ἐπίκοτα· ἐπίμομφα, ἃ πᾶς ἄν τις μέμψαιτο (Sophocl. fragm. 386.). Vulgatam, quae sine dubio vera est, contra Canterum, qui οὐκ ὀρθῶς potius expectari dicit, Heathium et si quis alius offendit, recte Matthiaeus explicavit: *Potest aliquis sero auxilio venientem vituperare, eundem tamen accipere, quum tandem venit.* Quare contra sensum poetae ὀρθῶς cum φίλοις coniungendum statuit Bothius, et hunc versum interrogatione dictum putavit. Cui coniecturae, ne alia commemorem, vel id obstat, quod particula sequentis versus δέ postulat, ut alia praecedentium sententia fuerit.

319. Ἴλιον πόλιν Ald. rell. πάλαι pro πόλιν Flor. A. 10. Vict. Havn. Error aut ex frequenti confusione manavit, aut ex priore versu. πάλαι, quod praeter μόνοι etiam Reiskio in mentem venit, auctore Valcken. p. 103. not. rec. Musgr. rell.

321. σέλας θεοῦ Ald. rell. (τοὐπὶ θυσέλας) θεοῦ σέλας Flor. A. 10. quod probat Valcken. p. 103. not. et recepit Bothius. Ego quanquam scio duos hos codices saepissime vulgatum ordinem mutare, tamen hic non dubitavi, iis obse-

qui, quia video etiam X. Π. p. 283. D. habere: *Πέποιθας αὐτόν —; Πέποιθα, δείξει τοὐπιὸν θεοῦ σέλας.*

323. *βοήδρομον*, spreta codicis sui auctoritate, malebat Valcken. p. 103. not.

325. *ἔλθὼν* pro *ὀφθείς* Flor. A. Haec respicere videtur Aristid. Panathen. p. 124, 8. Iebb. *τοσαύτη δ' ἦν ὑπερηφανία τῆς παρασκευῆς καὶ τῶν ποιουμένων — ὥςτε ἐξαρκεῖν ἐδόκει τοῖς βαρβάροις ὀφθῆναι μόνον.*

Ibid. Matthiaeus scribit: *His versibus* — incertum, utrum vss. 324. 325., an sequentibus tribus — *in Havn. praescriptum Χόρος Ἄγγελος et pro Ἕκτωρ vs.* 335. [329.] *Χόρος*. Nobis recte personae distinctae videntur, quanquam Hermannus quoque eas commutandas censuit, cuius verba (p. 303. ap. Lindem. p. 10.), versuum numero ad nostram rationem accommodato, adscripsi. *Singula chori*, inquit, *dicta a diversis pronunciantur*, [scilicet inde a vs. 317. ut discimus ex Lindem.] *nec vss.* 324. 325. *nuncii sunt, sed chori. Est autem vs.* 325. *post* 328. *ponendus. Versus* 326—328. *Hectori tribuendi.* Quorum nihil probabile videtur. Neque enim ullum diversarum chori personarum extat vestigium, et versus transpositio inepta. Nam quae tandem vis ei inest, si quo velit Hermannus loco ponas, praesertim si choro tribuatur? Denique nuntii persona, cum libri habeant et agnoscat scholiasta ad vs. 329. retinenda. Cum Hermanno vero si Hectori vss. 326 — 328. largiremur, et vs. 325. post 328. poneremus, ne posset quidem chorus, vel si cui alii vss. 329 — 331. tribuendos censet vir egregius, vs. 329. ad duos loqui, quia una tantum sententia interiacet. Si quid mutandum, vs. 326—328. Hectori et vs. 329—331. choro tribuerem. At obstat non solum librorum auctoritas, sed solebant tragici, nisi memoria fallit, ante chori carmen, pauca verba interlocutoris alicuius interiicere, ne carmen continuo post coryphaei verba sequeretur.

326. *ἐπεὶ παρῆλθε* Flor. A. cf. ad. vs. 149.

327. *ἰκέτω* Flor. 1. 2.

328. *διώλετο* Ald. rell. *ἀπώλετο* Flor. 1. 2. Vict., quod recepi cum ob codicum auctoritatem, tum ob usum loquendi, v. Vindicc. i, 14. 15., ubi etiam demonstratum est, non respexisse huc Eustathium ad Il. *κ'*. p. 822, 3., ut videbatur Beckio §. 15. p. 466. not. 2., Matthiaeo, aliis.

329. *κυρίως* Flor. A. 10. — *X. Π.* p. 287. B. *Σὺ τ' εὖ παραινεῖς καὶ οὐ καιρίως λέγεις.*

330. *χρυσοτευχὴς δ' οὖν.* Ald. rell. — *δ'* quod Havn. omisit cum Bothio eieci. Iniuria poetae stuporem vituperaverunt viri docti, quod Rhesum *ob nuntii verba* recipiendum dixisset Hector. At stupor est interpretum. Nam sensus est: *Rhesus, qui secundum nuntii verba aureis armis indutus est, adsit socius huic urbi.* Hoc poetam exprimere voluisse et ratio ostendit et verborum collocatio. Miror vero Beckium, qui §. 3. p. 448. not. 6. scripserit: *Minueretur horum verborum inconvenientia, si οὕνεκα reddi posset secundum, sed desidero exempla.* At est *οὕνεκ' ἀγγ. λόγ. Quod nuntii verba attinet.* Adeas, si velis, Monk. ad Eur. Alc. 820. Interprr. ad Demosth. c. Leptin. p. 461. Reisk. Heindorf. ad Platon. Charmid. p. 158. E. adde *θεατῶν οὕνεκα* ap. Aristoph. Ran. 1118.

331. *παρέστω* Ald. rell. *παρέσται* Flor. A. Vict. Havn. *πάρεστι* Flor. 10. Codicum scripturam improbatam a Valcken. p. 103. not. et spretam ab editoribus, recepi non deteriorem vulgata et scholiastae quoque ad vs. 329. lectam, a quo, nisi fallor, per *ἥξει* explicatur.

332. *ἁ* omis. Flor. A. 10. *Ἀδράστια* lemma schol.

333. *εἴργοις* Ald. rell. *εἴργοι* Flor. 10. Vict., ut coniecit Reisk. *εἴργει* Flor. A. (*εἴργοι* sec. Lenting. p. 74.) Havn. Recte tertiam personam, quae magno codicum consensu nititur et sententiae aptior est, recep. Dindd. Agnoscit eam etiam schol. ad vs. 332. lin. 10. *μὴ φθονῆσειν ἡ Ἀδράστεια.* — Cuius utram loci explicationem probes, non potest dubium esse. Sequens enim *γὰρ* ostendit invidiam deorum iis, quae dicturi sint milites, amo-

veri. Eodem sensu propter sequentem verborum arrogantiam dicitur vs. 455. *σὺν δ' Ἀδραστείᾳ λέγω* et similiter vs. 348. *ξὺν θεῷ* et Sophocl. Palam. fr. 380. Rhesi locum explicat Plato Rep. v. p. 451. A. HSt. *προσκυνῶ Ἀδράστειαν, χάριν οὖ μέλλω λέγειν.* cf. Blomf: gloss. ad Aesch. Prom. 972. Ceterum recte observavit scholiasta Adrasteam ex vulgari mytho Iovis nutricem dici, comparans Callimach. hymn. in Iov. 47. Neque vero defuerunt, qui eam Iovis et Cereris filiam dicerent, ob frequentem Adrasteae et Nemeseos confusionem. Ita etiam *Καλλιγένεια*, eadem vel similis huic deae, ab Aristophane Thesmoph. secundis Iovis nutrix, ab Apollodoro Iovis et Cereris filia dicta est. v. Photius lex. p. 127, 9. Rhamnusia Nemesis ex sententia Atheniensium Oceani filia dicitur a Pausan. vii, 5, 3. cf. Hygin. fab. 182.

334. *δή* metrici additamentum ratus, scripsisse poetam censet Hermann. p. 303. ap. Lind. p. 10. *φράσω γὰρ παρ' ὅσον μοι. δή* est *utique.* v. ad Viger. p. 492. not. 2. ed. iii.

337. *ἐπλάσθης* Ald. rell. Flor. A. ap. Valcken. p. 103. not. — *ἐπλάθης* tres MSS. Musgr. Flor. 1. 2. 10. Vict. Havn., quod receperunt post Musgr. editores. Recte. v. Buttmann. Gr. Gr. ii. p. 209.

Ibid. *φιλίου πρὸς αὐλάν.* Ald. rell. *Φρυγίαν* Flor. A. 10. Vict. Havn., quod probat Valck. p. 103. not. et recep. Musgr. Diudd. — *φιλίαν* V. D. in margine Aldinae ap. Musgr. Hoc, auctore Seidlero ad Eur. Troad. 243., praetulerunt Bothius et Matthiaeus, *Φρυγίαν* pro interpretamento habentes. *φίλιον* coni. Scaliger et Reiskius. v. Vindicc. v, 29. — Scholium, quod ad priorem versum legitur, emendatius dedit Hermannus Opp. v. p. 190. sq. quem plerumque secutus sum. Incertius quam quod sequerer videbatur lin. 3. *νεώτερος ἐν τοῖς Μακεδονικοῖς περὶ τῶν κακομόρων γράφων οὕτως.* *) lin. 13. *συγκριμα-*

*) *Marsyas iunior*, ut *alter antiquior* eiusdem nominis, *Μακεδονικά* scripsit. v. Vossius de historr. Gr. i, 10. Valesius ad

ματικώτατον. lin. 18. sq. *γράφεται δὲ εἶναι Οὐρανίας μὲν Λίνον, Καλλιόπης δὲ Ὀρφέα.* lin. 20. sq. *Σειρῆνα* retinuit. lin. 22. dedit *Ἑρατὼ δὲ* et lin. 23. *μηδένα μηδ' υἱὸν γενέσθαι αὐτῶν.* Ceterum, quae lin. 16. sqq. leguntur, iis contraria prorsus sunt, quae de Musarum filiis idem narravit Apollodorus Biblioth. i, 3, 2. sqq. Neque vero accedere possum Hermanno l. l., qui verba in Rhesi scholiis multum discrepare ait ab iis, quae *hodie* in Apollodori bibliotheca legamus. Videtur igitur putasse ex genuino Apollodori libro sua petivisse Rhesi interpretem. At omnia adversa fronte pugnant, ut ex alio Apollodori libro haec hausta esse minime dubitem. Apollodorum vero aliis locis alia tradidisse, nemo erit, qui miretur, praesertim cum in ipsa bibliotheca multa insint pugnantia. De Musarum vero filiis apud grammaticos tanta est dissensio, ut omnino haec nequeant componi. Denique *Σειρῆνας* cur scripserim, non ei videbitur dubium, qui Apollonium Rhod. iv, 896. et interpretem Lycophron. 671. 712. adierit, ubi eadem extat genealogia. Reliquas in filiis Musarum discrepantias, una subiicere quamvis possem, non puto huius loci esse.

338. Puncto post *αὐλάν* posito *ἀσπαστὸς ἔπεισε χρόνῳ* Ald. rell. *ἐπεί σε* scribendum esse vidit Barnes. et sic Vict. Havn.

339. *πέτρος* pro *Πιερὶς* Flor. A. — *καλλιγέφυρος* ingeniose putavit Gruppius p. 334. appellari Strymonem

---

Harpocrat. v. *Ληϊή.* p. 118. Wesseling. ad Diodor. Sic. xx, 50. Schweighaeuser. indic. ad Athenaeum p. 143. Tamen parum de his constat. Suidas praeter hos duos *tertium* nominat eundemque historicum, *Marsi filium*, qui scripserit archaeologiam libris xii. mythica libris vii. alia. Quem cum Athenaeus ii. p. 69. D. itidem Marsyam *τὸν νεώτερον* nominet, ut probabiliter statuit Schweigh l. l. p 144., dubium est, utrum intellexerit interpres Rhesi. Argumentum loci si consideres, aeque bene potest ex Macedonicis, quam ex mythologia vel archaeologia haustum esse. Quare prudentius videbatur integra relinquere codicis vestigia. — De *Heraclito*, lin. 9. commemorato, quem grammaticum esse intellexit etiam Welcker. p. 636. v. Fabric. Biblioth. Gr. T. i. p. 192. Harl.

quod glacie constrictus sit, collato Aeschylo Pers. 496. sq. Id quanquam mihi quoque non verum videtur, tamen non despiciendum est cum Welckero p. 659.

342. *ἀκράτων* Flor. A. Vict. Havn. In scholio ad vs. antecedentem *ὁ ποταμὸς* latere lin. 2. intellexit LDind.

343. *ὑδροειδὲς* Flor. A.

344. *ἀνεφύτευσεν* pro *σὰν ἐφύτ.* Flor. A. 10. *ἀνεφύτευσας* Havn.

345. *σοι μοι* Flor. 1. *Ζεὺς ὁ φαναῖος* explicatur vs. 358. *ἔλθέ, φάνηθι.* Est Iupiter, qui subito apparet et votorum compotem facit. v. Vindicc. iii, 41.

346. *διφρεύσων* Ald. rell. *διφρεύων* Flor. A. 10. Vict. Havn., quod iubente Valcken. p. 103. not. recepit Musgr. *βαλιαῖσιν* lemma schol. *βαλιὸς* hic usum esse poetam non propria significatione annotavit scholiasta, apud quem lin. 2. *ἐχρῆν* pro *εἶχεν* praeter necessitatem coniecit LDind. Nam quod praeterea tentavit *εἶπεν*, ob sequentia ne locum quidem habet, neque adeo durum videtur, subaudiri Rhesum. Non spernenda est altera vocis *βαλιὸς* explicatio, quam grammatici multi suppeditant, quibus idem est ac *ταχύς*. Euripides saltem hac notione usus est Iphig. Aul. 222. *λευκοστίκτῳ τριχὶ βαλιούς*, ubi si et vocem *λευκόστικτος* consideres et quae sequuntur, non videtur nisi de albis equis cogitari posse. Velocitatis notio sola inest in anapaesto apud Suidam v. *βαλιάν· Λήγετε πνοιαὶ βαλιῶν ἀνέμων.* v. Monk ad Eur. Hippol. 218. ad Alcest. 592.

348. *ἐλεύθερον* Havn. De Iove Eleutherio v. Vindicc. v, 7.

349. *ἰδεῖν* pro *εἰπεῖν* Flor. A. Vict. Havn. *ἰδεῖν* ex *ᾄδειν* corruptum censet Bothius. *πάρεστι μέλπειν* coni. Musgr.

350. *ἀπλανῶς* ex Flor. A. ad hunc versum notatur, Matthiaeo iudice pro *ἃ παλαιά.*

351. *τὰς — πᾶπα μερεύσει* Flor. A. secundum apograph. Hamburg. Ceterum Matthiaeus: *τοὺς προποτας θιάσους ἐρώτων*, inquit, *quomodo a tumoris cri-*

mine liberem, non habeo; de explicatione tamen non despero. *θίασοι ἐρώτων sunt θίασοι ἐρωτικοί, coetus amantium, inter pocula celebrati, in quibus, quia pocula sibi invicem propinant, quod proprium erat τῶν θιασωτῶν, τὸ προπίνειν, id ad θιάσους refertur.* Nullus puto tumor inest. Coniunxerim *προπότας ἐρώτων* sensu figurato, ut infra *προπίνειν* vs. 392. *prodere* est — v. Aeschyl. Myrmidon. fr. 122. Demosthen. Olynth. iii. p. 34. de coron. p. 324. Reisk. Anacreont. ap. schol. Pindar. Olymp. vii, 5. Harpocration. v. *προπεπωκότες*. Suidam v. *προπίνει*. Hesych. *προπέποται* et *propinare* ap. Latinos Terent. Eun. v, 8, 57. ubi v. interpp. Sidon. Apollin. vii. epist. 7. — Tum sit sensus: *Ursusne vetusta Troia per totum diem celebrabit coetus, qui amores prodant,* vel potius *largiantur.* Conferri potest Io apud Athenaeum ii. p. 35. E. qui vinum appellavit *ἥδιστον πρόπολον βαρυγδούπων ἐρώτων.* Itaque nolim credi, cum *ἅμιλλαι* epithetis ornentur, etiam *ψαλμοῖσι* aliquid additum fuisse, ut coniungantur *ἐρώτων ψαλμοῖσι*, hoc sensu: *Ursusne Troia inter pocula coetus celebrabit cantilenis amatoriis et certaminibus poculorum propinatorum ebriis.* In scholio ad vs. 350. lin. 3. *ἄξει καὶ τελέσει* praeter necessitatem scribi iussit LDind.

353. *ψάλμασι* Ald. rell. *ψαλμοῖσι* ex Canteri et Scaligeri coni. rec. Barnes., quod, secundum Matth., habere videntur tres Florentt. De voce v. Phrynichus tragicus Phoeniss. ap. Athen. xiv. p. 635. C. et Pindari Scolion ibid. (fragm. p. 617. ed. Boeckh.) — *οἰνοπλανήτων* lemma est in scholio ad vs. 353. lin. 3., depravatum ob vicinum *κυλίκων;* nam in explicatione dativus agnoscitur a scholiasta, cuius interpretatio refutat coniecturam Musgravii *δινοπλανήτοις, in orbem redeuntibus.* Ceterum vs. 350. lin. 5. solo LDindorfii errore lemma scholii est *οἰνοπλανήτας;* editio Glasguensis exhibet, quod Euripides scripsit.

Ibid. *ὑποδεξίαις* Ald. rell. et lemma schol. *ὑποδεξίοις* Flor. A. *ἐπιδεξίαις* ex coni. Musgr., probata a Schaefero

ad L. Bos. p. 438. rec. Matth. rell. Eandem elegantem vocat Hermann. p. 303. sed *satius*, inquit, *erat ὑπὸ δεξιοῖς scribi. vide vs.* 419. [406.] Non repetivit haec Lindemannus, quare puto iam non placere coniecturam auctori. Ego, nam cur non fatear, neque sensum huius coniecturae assequor, neque quid locus citatus ad eam stabiliendam faciat, intelligo. Quare tutius videbatur vulgatam retinere, admissa tamen forma exquisitiore, quam porrigit liber Flor. Nam ut largiar, Musgravii lectionem a Graecorum more non abhorrere — adde Critiam ap. Athenaeum xiii. p. 600. E. — et confusionem hanc saepe occurrere, ut ἐπιδεῖξαι et ὑποδεῖξαι ap. Platon. apolog. §. 11. fin. ἐπιδεχομένη et ὑποδ. schol. Eur. Med. 837. Matth., tamen et vulgata recte dici potest, atque aptior est etiam, me iudice. Nam, ut hodie iuvenes non assidenti solum, sed cui libet aliquot pocula propinare solent, ita apud antiquos quoque fuisse consentaneum est. v. Plutarch. Alexandr. c. 70. Eundem morem scholiasta videtur respexisse, qui ὑποδεξίαις per ὑποδεκτικαῖς explicat, addens ille: *λέγει δὲ τὰς προπόσεις ἀπὸ τῶν συνεκδοχῶν*, scilicet *ὑποδεξίους*, ut victor sit, qui prior poculum exhauserit, vel plurima biberit. Accedit quod *τῆς ἐπιδεξίου πόσεως* nullae *ἅμιλλαι* cogitari possint. *ὑποδέξιος* vero adiectivum apud Herodot. vii, 49, 1. certum est — cf. Suid. s. v., quanquam Lobeckio ad Phryn. p. 315. adiectivum non usurpatum esse videtur. add. *ὑπερδέξιος τοῦ ῥοῦ* ap. Strabon. p. 591. p. 298. Tzsch.

355. *ἀκτὰν* Flor. A. *ἀκτὰς* editiones quaedam.

357. *δορατί* Havn. *εἰς οἶκον* Flor. A. 1. 2. 10. Vict. Havn.

359. *προλαβοῦ Πηλείδα* Flor. A. Vict. Havn. *προβαλοῦ Πηλείδει* Flor. 1. 2. 10. Vitiosam lectionem *X. Π.* agnoscit p. 288. B. *ἔλθ' ἐλθέ, φάνηθι προλαβὼν τῆς ἠοῦς σέλας.* cf. p. 289. B. *ἔλθ' ἐλθὲ καὶ φάνηθι σῇ μητρὶ τάχει.* Sed *προλαβέσθαι πέλτην* apto sensu hic dici non potest, quia adiectum *ζάχρυσον* de Rhesi cetra cogitandum esse indicat. *Προβαλέσθαι* vero *πέλτην* cum sit *clypeum opponere, obii-*

cere, hic sensu vulgari dictum non videtur, ut ad tela propulsanda cetram opponere iubeatur Rhesus, sed id fere in animo habuit chorus, quod ita expressit Plauti miles gloriosus i, 1, 1. *Curate, ut splendor meo sit clupeo clarior, Quam solis radii esse olim, quum sudumst, solent; Ut, ubi usus veniat, contra conserta manu Praestringat oculorum aciem in acie hostibus.*

361. σχιστὰν παρ' ἄντ. Ald. rell. et tuetur schol. Vat. ξεστάν ex Musgr. coniectura, quam praevit Barnes. vertens *apud politum currum*, unde habet Lindemannus, rec. Matth. LDind. Vulgatam monente Hermanno defendit Hemsterh. ad Luciani diall. deor. xxv, 2. et retinuerunt Bothius, GDind. Hermannus p. 303. ap. Lindem. p. 10.: *Duas ἄντυγας fuisse*, inquit, *ex Homero notum. Earum non apertura in postica parte currus sed iunctura in anteriore significatur, intercapedine quadam fortasse, seu sursum seu deorsum vergentibus cornubus distincta.* Haec coniectura vera sit necne difficile est discernere. Apparet vero quam infelix fuerit Musgravius, cum duobus modis refutari possit. Aperturam in posteriore currus parte, per quam currus conscendebatur, ut Bothius, intellexit scholiasta, apud quem altera etiam extat interpretatio prorsus improbanda. Peltae enim σχιστὴν ἄντυγα intelligit, aeque ac scholiasta ad vs. 360.

Ibid. κώλοις ἐρεθίζων, quae verba desunt in Flor. A. 10. Havn., cum Aldo rell. dedi, quanquam certatim emendarunt πώλους ἐρεθίζων Reisk., Heath., Tyrwhitt. receperuntque Musgr. et rell., probante, ut videtur, Elmsl. ad Eur. Bacch. 148. Non nego lenissimam esse emendationem et interdum confusas esse voces, ut v. c. in Aesch. Eum. 405. κώλοις pro πώλοις reponendum esse ex Wakefieldii coniectura, demonstravit certissime Hermannus Opp. T. vi, 2. p. 176. — At non sufficit sensus omnibus ex partibus. Quid enim significat, quod, distinctione ex antiquis editionibus servata, praebet Bothiana σχιστὰν παρ' ἄντυγα πώλ. ἐρεθ.? Num ad aperturam currus iuncti erant equi? Neque enim quisquam Achillis ἄντυγα

significari dixerit. Haec igitur Hermannum videntur movisse, ut iuncturam *in anteriore currus parte* intelligendam contenderet. At non probavit vir egregius, hanc σχιστὴν appellatam esse aut cornua habuisse. Restat igitur, ut, si coniecturam retinere velimus, post ἄντυγα distinguamus, quod GDind. fecit. Eadem est interpunctio Matthiaei et LDindorfii, quanquam hi ξεστὰν habent, quo res mutatur. Sed ne haec quidem tuta est distinctio. Solebant enim veteres, ut commemorat scholiasta quoque ad vs. 361., a curru descendere pugnaturi, ut vel Pindarus docet Nem. vi, 52. βαρὺ δέ σφι δεῖξε νεῖκος Χαμαὶ καταβὰς Ἀχιλεὺς ἀφ' ἁρμάτων, Φαεννᾶς υἱὸν εὖτ' ἐνάριξεν Ἀόος ἀκμᾷ ἔγχεος ζακότοιο. Idem apud Homerum saepius legitur. Quare etiamsi concederemus, Rhesum iuberi stantem ad currum cetram obliquam obiicere, non perspiceretur, quid ad rem faceret ὁ τῶν ἵππων ἐρεθισμός. Haec mihi gravissima videbantur argumenta ad reiiciendam coniecturam. Erit igitur σχιστὰν παρ' ἄντυγα non cum prioribus, sed cum sequentibus coniungendum. Neque vero κώλοις ἐρεθίζων cum Barnesio verti potest: *Certans manibus et pedibus*, sed transitivum est ἐρεθίζειν, et ut dixit Euripides l. l. δρόμῳ χοροὺς ἐρεθίζων πλανάτας ita Rhesus iubetur ἐρεθίζειν κώλοις sc. Achillem iuxta currum. At vereor, ne κώλοις corruptum sit. Apud Homerum est κερτομίοις et ὀνειδείοις ἐπέεσσιν ἐρεθίζειν, ut solebant veteres ante ipsam pugnam, quare tale quid fortasse latet in voce. Potest etiam βώλοις scriptum fuisse, si hoc pro saxis dictum sit. Utut est, dativum arbitror certissimum. Vulgatam, quae ferri potest, ita interpretor: *Iuxta incisum currum* Achillem *manibus lacessens.*

Ibid. δίβωλον τ' ἄκ. Havn. δίβολον ἄκοντα recte, ut mihi videtur, explicuit post Musgr. Schaeferus ad Plutarch. Vitt. T. v. p. 100. *iaculum cuspidem habens bifurcam*, ὥστε μιᾷ βολῇ δισσὰ τὰ τραύματα ἀπεργάζεσθαι. *Quae verba sunt scholii perdocti ad Pindari Nemea vi*, 85. (p. 472. Boeckh.) Docet vero scholiasta ta-

les hastas in usu fuisse non solum ex Iliade parva, sed idem probant Aeschyli Sophoclisque versus ab eodem citati. cf. Lobeck. ad Phrynich. p. 233. Eundem usum spectat Euripidis ἀμφώβολοι Androm. 1133. et Aristophanis fragmentum 401. καὶ τῶν πλατυλόγχων διβολίαν ἀκοντίων, ap. Polluc. vii, 157. Talia vero iacula etiam Cimbris usurpata fuisse, Plutarchus narrat Mario c. 25. extr. Imo peltastis Thessalorum hastas tridentes fuisse, liquet ex verbis Aristotelis ap. schol. Rhesi vs. 301. lin. 8. — Perperam *bina iacula* vertit Heath., collato Eurip. Iph. T. 323. δίπαλτα ξίφη; sed hi saltem non sunt *bini enses*, sed aut *bilingues* aut *duabus manibus apti*. Neque placet Bothii interpretatio, alteram cuspidem nihil aliud fuisse, quam partem inferiorem, quae terrae infigeretur.

364. γᾶν Flor. A.

365. καταφθίμενον Ald. rell. Matth. κατφθίμενον coni. Musgr., collato Eur. Suppl. 984. Quod perperam exhibuit Musgr., recte dedit Bothius καπφθίμενον. Hoc probante Elmsleio Class. iourn. 17. p. 59. et ad Arist. Acharn. 733. secutus sum cum Dindd. cf. Eur. Electr. 1299. Blomf. ad Aeschyl. Sept. 740. Matth. ad Eur. Suppl. 986. ad El. 1290. cf. Aesch. Ag. 1553. κάππεσε, κάτθανε. — Morstadt., cui contracta forma displicuit propter consonantium multitudinem, scribi iussit p. 21. sq. Θρηκὶ μόρῳ φθίμενον et in stropha: σᾷ χερὶ καὶ δορὶ πράξας.

Ibid. Θρηκίων Flor. A. Θρηκίῳ Flor. 1. 2. Havn. Utrumque ex Victor. notatur. v. vs. 526.

367. ὦ μέγα βασιλεῦ schol. ad vs. 366.

368. πολίαρχον Ald. rell. et MSS. Musgr., ut traditur quidem, sed falso. Nam πολύαρχον, quod vulgo extare dicit Musgr., in nulla editione vidit Matth. Hinc apertum est, errorem esse aut typographi aut scribentis Musgravii. Voluit πολίαρχον vulgari, sed scribendum esse πολύαρχον cum suis MSS. Coniecturam meam evincit Hardionius p. 47., apud quem πολύαρχον duo saltem Parisini libri offerunt, quique *multorum principem* vertit,

probante Heathio. Utramque lectionem coniunxit Havn. πολυάρχον. Quod dedi confirmat Pindar. Nem. vii, 85. Boeckh. cf. Plutarch. Themist. c. 19. et varr. lectt. Lysiae xviii, 13. Est et alia coniectura Musgravii πολέμαρχον, non improbata Hermanno p. 291. Aeschylum conferenti Cho. 1072. Quae in scholio ad vs. 366. constructio legitur καλὸν ἰδεῖν χρυσοκόσμητον, in hac χρυσοκόσμητον explicatio est vocis χρυσόδετον vs. 369., reliqua inepta.

370. κλύε δὲ κόμπους Herv. 1. 2. Brub. Canter. Barnes. κλύε καὶ κόμπ. Ald. et duo MSS. Hardionii p. 47., quo iubente restituit Musgr. rell.

371. τοὺς κελαδοῦντας Ald. rell. τοὺς omis. Flor. A. 1. 10. Havn. In Flor. 2. a manu secunda τοὺς additur inter lineas. Πόρπακες non erat, quod quidam de armis equestribus intelligerent. De clypeo suo Aiax ἀρ. Soph. vs. 575. ἴσχε, διὰ πολυῤῥάφου στρέφων πόρπακος, ubi scholiasta: ἔστι δὲ πόρπαξ ὁ λῶρος, δι' οὗ κατέχουσι τὴν ἀσπίδα, ὃς λέγεται καὶ ὄχανον. cf. Eustath. ad Il. θ'. p. 707. extr. et schol. ad vs. 193. Diversa fuisse ὄχανα et πόρπακας insigni loco docet Plutarchus Cleomen. xi. Iussit τὴν ἀσπίδα φορεῖν δι' ὀχάνης, μὴ διὰ πόρπακος. Quod plurali utitur Euripides, non mirum, siquidem et ὄχανα dicebant et duae erant ansae. Finguntur vero illae ansae κώδωσιν distinctae, ut a Sophocle quoque πόρπαξ vocatur πολύῤῥαφος.

372. θεὸς ὦ Τροία bis legitur in Havn. Distinctionem quam dederunt Dindd. θεός, ὦ Τροία, θεός, αὐτὸς Ἄρης praestare vulgatae, quae θεὸς αὐτὸς Ἄρης, probante, ut videtur, Hermanno p. 303., coniungit, vel collocatio vocis θεὸς docet. Verte: *Dei o Troia, dei instar, ut ipse Mars Rhesus te afflat.* — θεὸς ὡς, Τροία coni. Reiskius.

373. Στρυμόνειος Havn.

374. ἀναπνεῖ σε Havn. Minime cum Brodaeo et Bothio vertendum: *perflat ac refrigerat: i. e. reficit te, o Troia.* Rhesus enim ut deus venit — v. Vindicc. v, 29.

qui ex odore et flatu agnoscuntur. Quare Hippolytus ap. Euripidem vs. 1392. *ὦ θεῖον ὀδμῆς πνεῦμα· καὶ γὰρ ἐν κακοῖς Ὤν ἠσθόμην σου.* cf. Monk. ad h. l. Vulgatae vero libri Havniensis scriptura non praestat, siquidem et in Medea 839. Venus legitur *χώραν καταπνεῦσαι.*

375. *χαῖρ' ἐσθλοῦ πατρὸς παῖς* Flor. A. 10. *ἐσθλοῦ χαῖρε* pro *χαῖρ' ἐσθλὸς ἐσθλοῦ* Havn. *παῖς* pro *παῖ* Flor. 1. 2. Vict. Vulgatam servat *X. Π.* p. 289. C. *χαῖρ' ἐσθλὸς ἐσθλοῦ παῖ, βασιλεῦ παντάναξ, Ἔσχατον ἐχθρὸν συγκατασκάψας πότμῳ.* p. 297. A. *χαῖρ' ἐσθλὸς ἐσθλοῦ παῖ, βασιλεῦ παντάναξ Τὸν ἀρχέκακον καταπατήσας ὄφιν.*

376. Sophocl. Ai. 622., ut monuit Matthiaeus, *mater, παλαιᾷ μὲν ἔντροφος ἀμέρᾳ.*

377. *δὲ* omis. Flor. A. Non *ἰδὼν* supplendum esse ad *εὐτυχοῦντα* monet schol. Il. ζ, 479. qui versum ita laudat: *χαίρω δέ σ' εὐτυχοῦντα καὶ προσήμενον Πύργοισιν ἐχθρόν.* Eiusdem generis est Eur. Hipp. 1339. *τοὺς γὰρ εὐσεβεῖς θεοὶ Θνήσκοντας οὐ χαίρουσι,* ubi v. interprr. Licuit etiam dicere Homero Il. *ί*, 77. *τίς ἄν τάδε γηθήσειε* et Aristophani Acharn. 13. *ἀλλ' ἕτερον ἥσθην.* Contra Cratini versum ex Panoptis ap. schol. Il. l. l. et Eustath. p. 737, 4. *γέγηθα τὸν ἄνδρα* non integrum ad nos venisse persuasum habeo, sed omisisse grammaticos participium, quae Blomfieldii quoque sententia esse videtur ad Aesch. Prometh. 1013. Idem ut nunc video suspicatur Lobeck. ad Soph. Ai. p. 131., qui ad vs. 136. de hoc schemate Oropio egit uberrime.

379. *πρήσσων* Flor. 1. 2. Vict. de *νεῶν σκάφη* v. intt. ad Thucyd. i, 50. et Beck. T. ii. p. 757.

380. *παῖς* Flor. 1. 2. Vict. *παῖ* lemma scholii, in quo locus Homeri est Il. *χ'*, 435.

382. *αἰεὶ* Ald. rell. Both. *ἀεὶ* duo codd. Reg. ap. Brunck. ad Eurip. Phoen. 84. tres Florentt. Havn., quod recepit Matth. rell.

384. *τοὐπίσω* Flor. 10. *τὸ ἐπὶ σὲ* quod idem est ac vs. 392. *τὸ σὸν μέρος* (v. Soph. Oed. C. 1366.) apte illu-

strat Barnes. Eurip. Hec. 514. Iph. A. 1557. cf. Monk. ad Eur. Alc. 676.

385. *πολεμίῳ* coni. Bothius, quod prosaicum est.

386. *φίλος* Flor. A. Vict. Havn.

387. Deest in Flor. A. 10. estque Valckenario iudice p. 105. not. 7. *ab alia forsan manu ex vicinis factus.* At est sine dubio genuinus et videtur a librario ob similc initium cum priore omissus. Agnoscit etiam *X. Π.* p. 283. A. *οὔ γάρ τι λέξει πρὸς πρόφασιν, ὡς τάχα, Οὐκ ἦλθεν, οὐκ ἤμυνεν, οὐδ' ἐπεστράφη — τίνας γὰρ οὐκ ἔστειλε κήρυκας πάλαι.*

389. *πάλαι* pro *πόλει* legisse videtur auctor *X. Π.* l. l. ad vs. 387. Quanquam causa non deest, cur vulgatam mutarit.

390. *ποίων* Ald. rell. et codd. *ποῖον* Vict. quod recepit Matth. Both. Dindd. Ego nescio quamobrem *ποῖον* vulgatae praestet; nam quanquam alterum elegantius putatur, utriusque plurima certa sunt exempla. *v.* Lobeckii notam doctissimam ad Soph. Ai. 7. add. Rhes. 268. *ποίας γᾶς ἐρημώσας πέδον.* Itaque quod maiore fide nititur, retinui; huc respicit fortasse *X. Π.* p. 283. A. *οἷον δὲ δώρων οὐκ ἔπλησέ νιν ξένων.*

391. *εὐγενὲς* Flor. A. *εὐγενῆς* Flor. 10. — Vulgatam *ἐγγενῆς* tuitus est Valcken. p. 105. not. 7. et requiritur propter vs. 400.

Ibid. *βαρβάρου* pro *βαρβάρους* Flor. A. 10. Vict. Havn. Vulgata, quanquam altera lectio non displicuit Musgravio, multo fortior est. Tuetur eam vs. 820.

393. *σε* deest in Flor. A. *πικρᾶς* pro *μικρᾶς* *X. Π.* l. l. ad vs. 395.

395. *παγαῖς τε* Flor. A. *παγαῖον* Flor. 10. Inepte hoc versu cum vicinis usus est *X. Π.* p. 283. A. *ὃν ἐξαγαγὼν τῆς πικρᾶς τυραννίδος Ἐθνῶν ἄνακτ' ἔθηκε παντὸς σθενῶς μέγαν, Ὅτ' ἀμφὶ Βασὰν τήν τ' Ἀμορραίων χθόνα Ἐθνῶν ἀρίστοις ἐμπεσὼν κατὰ στόμα Ἐρρηξε πέλτην, τῷ δὲ δουλώσας στρατὸν Παρέσχεν, ὥνπερ λακτίσας πολλὴν χάριν Προὔδωκεν αὐτὸν εἰς φόνον μιαιφόνοις.*

396. ἀρίστους Havn. κατὰ στόμα non est cum Barnesio ex more veterum interpretandum, qui aliam exercitus partem στόμα, aliam οὐρά, aliam aliter appellarint ut vs. 478., sed κατὰ στόμα opponitur τῷ λάθρα ut vs. 497. 498. Eur. Heracl. 801. et κατ' ὄμμα ἰέναι Androm. 1064. et 1117. Ut vero κατὰ στόμα ἰέναι dicitur de iis, qui sine insidiis hostem aggrediuntur, ita κατὰ στόμα ut κατ' ὀφθαλμοὺς et κατ' ὄμμα λέγειν, aperte dicere significat, ut in Rheso vs. 408., quod ipse Euripides interpretatur vs. 409. 410. εὐθεῖαν λόγων τέμνων κέλευθον κοὐ διπλοῦς πέφυκ' ἀνήρ. Ita κατ' ὀφθαλμοὺς λέγει Eurip. dixit Inus fr. iv, 3. *)

397. λαὸν Flor. 1. στρατὸν X. Π. l. ad vs. 395. l. ob suam rationem.

Ibid. πέλτη doctius quam verius *hasta* explicata est a viris eruditis. Thracum clypeos in pugna Hector fregit. Apte confert Morstadt. p. 23. not., iure laudatus ab Hermanno p. 303., Homerica Il. υ, 268. φ', 165. Ita etiam vs. 474. πέλτην ἐρεῖσαι conferri potest cum Homerico (Il. χ', 97.) ἀσπίδ' ἐρείσας, ne alios locos commemorem. Omnino vero, si quid video, πέλτη nunquam apud bonos auctores *hasta* est, et debetur haec significatio grammaticorum acumini. Nam non solum opponuntur v. c. a Xenophonte Mem. iii, 9, 2. ἀσπίδες et δόρατα Lacedaemoniorum πέλταις et ἀκοντίοις Thracum, sed nullus

*) Ita dedit Bergk. de Sophoclis fragmm. p. 33. pro vulgata κατ' ὀφθαλμοὺς ἔχει. quae quanquam fortasse defendi potest, tamen non uno nomine praestat emendatio. Primi versus varie tentati a viris doctis probabiles duae extant coniecturae, altera Lobeckii Aglaoph. p. 1235. not. c. τοιάνδε χρὴ γυναικὶ πρόσπολον σ' ἕλειν pro πρόσπολον ἐᾶν, altera Bergkii l. l. προσπολεῖν ἐᾶν, et ita Eur. Alc. 1024. pro δίδωμι τήνδε σοῖσι προσπολεῖν δόμοις libri quidam πρόσπολον praebent. Posses etiam πελᾶν pro ἐᾶν scribere. Contra cum considero, solere Euripidem iisdem sententiis saepius uti, vel paullulum immutatis, vereor, ne, ut idem dixit Hippol. 645. χρῆν δὲς γυναῖκα πρόσπολον μὲν οὐ περᾶν, scripserit: τοιάνδε χρὴ γυναικὶ πρόσπολον περᾶν. Sed acta ago; nam ut nunc video Valcken. diatr. p. 176. c. in idem incidit.

etiam locus mihi notus est, cui eadem significatio adhiberi nequeat, et omnino rationi adversatur eodem nomine et hastam et clypeum appellata esse. Si vero Aristophanes dicit Acharn. 160. Thraces *καταπελτάσονται τὴν Βοιωτίαν ὅλην*, id nemo de hastis intellexerit, neque Lysistr. 563. *πέλτην σείων κἀκύντιον*. cf. Eur. Bacch. 783. Unicus moram iniicere potest locus Xenoph. Anab. i, 10, 12. *καὶ τὸ βασίλειον σημεῖον ὁρᾷν ἔφασαν ἀετόν τινα χρυσοῦν ἐπὶ πέλτης ἀνατεταμένον*. Sed hic, ut non memorem post *ἐπὶ πέλτης* addere libros plures *ἐπὶ ξύλου*, pro quo Hutchins. *ἐπὶ ξυστοῦ* dedit, quia revera glossa esse videtur talium hominum, qui *πέλτην* ut Suidas per *λόγχην* et Hesychius per *δόρυ* explicuerunt — v. Toup. in Suidam T. i. p. 335. Lips. — tamen nihil obstat, quominus aquilam illam auream in tali fuisse solo putemus, quod cetrae simile fuerit.

399. *ὕστερος* Ald. rell. *ὕστερον* scripsi cum Par. G. Flor. A. 1. 2. Vict. Havn. ut vs. 430. — *βοηδρομεῖν*, si recte Matthiaeum intelligo, Havn. — Idem ubi Valckenarium p. 103. not. falso *βοηδρομεῖν* ex Flor. A. afferre dicit, non intellexit eius notam. Nam si scribit Valcken. l. l. *recte βοηδρομεῖν* hic legi in Flor., non potuit nisi de *verbo* (*ῥῆμα*) cogitare, siquidem supra vs. 323. *adiectivum* praetulerat.

400. *οὐδ'* Flor. A. pro *οἳ δ'*, unde Lenting. suspicatur scriptum fuisse *ὅτ' οὐδέν*, colligens Eur. Androm. 647. Recte monuit Matthiaeus articulum deesse non posse.

Ibid. *ἐγγενεῖς* pro *ἐν γένει* Ald. rell. *εὐγενεῖς* Flor. 10. (v. vs. 391.) — *ἐν γένει* coniectura est Valckenarii p. 105. not. recepta a Dindd. Ita monente Valcken. locutus est Eurip. Alc. 904. Dicaeogen. ap. Stob. lxiv, 1. p. 398. alii. v. Hermann. ad Viger. p. 858. ed. iii., qui laudat Soph. Oed. T. 1016. add. Demosth. c. Euerg. et Mn. p. 1160. *οὐ γάρ ἐστιν ἐν γένει σοι ἡ ἄνθρωπος*. Cum libris tamen quodammodo facit *X. Π.* p. 283. B. *οἳ δ' οὐδὲν αὐτῷ συγγενεῖς πεφυκότες Κατθέντες αὐτοῦ, τοὶ μὲν*

ἐν χωστοῖς τάφοις, Οὔδ' ἐν τ' ὄρει τε καὶ σπέει καὶ γῆς βάθει Ψυχρὸν ἄημα δίψιόν τε πῦρ θεοῦ Μενοῦσι καρτεροῦντες οὐκ ἐν δεμνίοις Οὐδ' ἐν χιτῶσι τρυφεροῖς ἐγκείμενοι, Οὐδ' ἐν ζαχρύσοις δώμασι κοιμώμενοι. Ceterum cum Rheso ἐγγενεῖ Hectoris opponuntur reliqui socii propinquitate non coniuncti, huic adversatur aliquatenus vs. 890., ubi milites Troiani dicunt: ὅσον προσήκει μὴ γένους κοινωνίαν Ἔχοντι λύπη τὸν σὸν οἰκτείρω γόνον. Id fugisse Euripidem non credo, et potest ita explicari, ut Rhesum Hectori soli, non reliquis Troianis propinquum fuisse statuamus. *Haud alienus a Priami amicitia* Rhesus vocatur a Dict. Cret. ii, 45.

402. μικρὰ Flor. 10. Havn. *X. Π.* p. 283. C. *Πίπτοντες ἐμφανοῦσι πίστιν ἀσφαλῆ.*

403. οὔδ' ἐνθάδ' ὅπλοις Ald. rell. οἳ δ' ἐν ὅπλοισι Flor. 10. οἳ δ' ἔνθ' ὅπλοις Vict. οἳ δ' ἐν ὅπλοισι (non ἔνθ' ὅπλοισι ut dicit Valcken. p. 105. not. 7.) et οἳ δ' ἔνθ' ὅπλοις ex Flor. A. notatum est in apographo Hamburg. — Verum οἳ δ' ἔν θ' ὅπλοισι suppeditat Havn., quod post Valcken. receperunt editores.

404. ψυχρὸν ἄημα *X. Π.* l. ad vs. 400. l.

405. οὐκ. ἐγκαρτεροῦντες Flor. A. οὐκ. ἐνκαρτεροῦντες Flor. 10. pro μένουσι καρτεροῦντες. Vulgatam sequitur *X. Π.* l. ad vs. 400. l., nisi quod ibi μενοῦσι exhibetur. Idem vero locupletiora haec dat ita: οὐκ ἐν δεμνίοις Οὐδ' ἐν χιτῶσι τρυφεροῖς ἐγκείμενοι, Οὐδ' ἐν ζαχρύσοις δώμασι κοιμώμενοι. Ultimus versus quanquam peti potuit ex Rheso 426., tamen, quia illo loco hoc ipsum quasi opprobrium Hectoris regerit Rhesus, existit suspicio, hunc ipsum versum hoc loco excidisse. Neque qui hunc praecedit versum, totum ex fabrica poetae Christiani esse putarim, sed ut solet immutatum.

406. ἄμυστιν δεξιούμενοι non aliter dictum est atque in Achaei versu ap. Athen. i. p. 31. A. ἐδεξιοῦτο Βιβλίνου μέθυος ἔκπωμά τι. *) At nulla huic loco inest notio

*) Ita pro ἐκπώματι recte correxit Urlichs. Achaei fragm.

τῆς ἐπιδέξια πόσεως v. ad vs. 353., sed dicitur pro δεχόμενος. Amystis ipsa et ab aliis explicatur et a scholiasta ad h. l. de ἀμυστὶ sive ἀπνευστὶ potione aut de vase huic usui destinato intelligitur. — v. Athenaeus x. p. 783. D. schol. Aristoph. Acharn. 1243. Plutarch. Quaestt. symp. iii, 3. p. 235. T. iv. Tauchn. Suidas v. ἀμυστὶ πιεῖν, ubi cf. quos laudat Bernhard. p. 295. Hesych. v. ἄμυστις c. interpp. cet. — Hic ἄμυστις vas est, ad quod probandum versus, Euripidis *) ut videtur, ex Auge **) laudatur. Alterius significationis, scilicet τῆς ἀπνευστὶ πόσεως — ita enim recte LDind. coniecisse videtur pro τάσεως, quanquam etiam σπάσεως scribi potuit. cf. Suid. v. ἔσπασας ap. Toup. in Suid. i. p. 129. Lips. Lobeck. Aglaoph. p. 759. not. m. Eurip. Cycl. 417. Suid. ἄδην et ἀνατραπέντες, et idem reponi iussit, ut nunc video, Hermann. Opp. v. p. 189. — qui laudatur locus Cratini, eum correxi cum LDind. p. 479. et 499. Tractavit etiam

---

p. 81. Versus genus idem constituere non ausus est. Si εἶτα vel similem vocem initio addas, habes trochaeum tetrametrum.

*) Praeclare vidit Hermannus Opp. v. p. 189. latere hic fragmentum ex poetae alicuius Auga. Ex Euripidis fabula, si nihil excidit, hos versus esse, nomen poetae non additum evincit. Neque is de loco talis sententiae in tragici fabula constituendo desperabit, qui, quomodo explicari potuerit fragm. i. a Stobaeo xviii, 20. p. 164. servatum, perspectum habuerit. Melioribus numeris post ἕλκουσι lacunam statuit Hermannus, si Euripidis hos versus esse putaremus. In nota vero p. 190. magis probare videtur, comici Philyllii haec verba esse, et scriptum fuisse a grammatico ὡς Φιλύλλιος ἐν Αὔγῃ. At hoc saltem iure dubium vocari debet, cum plurium poetarum Augas fuisse, probabile sit. Euripidis vero si est hoc fragmentum, ut nihil vetat statui, ne tum quidem numeri, etiamsi lacunam non statuas, ab usu tragicorum abhorrebunt. Ipsa poetae verba quod attinet, βαθειῶν κυλίκων meminit Sophocl. Ai. 1200. cf. Pherecrates Tyrannide ap. Athen. xi. p. 481. C. et βαθὺς οἰνοπότης est ap. Athen. x. p. 436. E. πυκναὶ ἀμύστιδες vero dicuntur, ut ab Alexide ap. Athen. xi. p. 470. E. γενόμενος δ' ἔννους μόλις Ἤπησε κύλικα καὶ λαβὼν ἐξῆς πυκνὰς Ἕλκει, ubi Toup. in Suid. i. p. 19. perperam συχνὰς scribi voluit.

**) Auges fabulae nomen saepe in αὐτή degenerasse observavit Valcken. diatr. p. 164. a. Perizon. ad. Aelian. V. H. xii, 42. cf. Eur. Med. 953. Elmsl.

Runkel. in Add. ad Cratinum, exhibitis ad calcem Pherecratis et Eupolidis p. 186., qui ita versum scripsit: *Ἀλλ' οὖν θεῷ σπείσαντ' ἀμυστὶ δεῖ πιεῖν.*

408. *καὶ κατ' ὄμμασιν λέγω* Flor. A. 10. (*ὄμμασι* 10.) i. e. *κατ' ὄμμα σὸν λέγω*, quod praefert Valcken. p. 105. not. 7. Potest etiam *σοὶ* fuisse; nam dativum habet etiam Aristoph. Ran. 626.

411. *μείζον'* coniecit Reisk. *μείζονι λύπῃ* coniungens. Idem Porsonus Advers. p. 278. proposuit, minime quidem ille Reiskii errorem committens.

413. *γαίᾳ* Ald. rell. *γαῖα* Vict. Havn. et ita emendarunt Scalig., Duport., Barnes. *λαὸς σκύθης* Flor. A. 10. — *γαί' ἐμῇ* coni. Reisk., scilicet pro *γαίᾳ ἐμῇ*.

414. *νόστον* hic *ἁπλῶς τὴν ὁδὸν ἢ τὸν πλοῦν* significare, observatio est scholiastae, apud quem dubito, an pro corrupto *ἐπέλευσεν* scribendum sit *ἐπέλασεν, advenit.* cf. vs. 481. De *νόστος* et *νοστεῖν* pro via et itinere simpliciter dictis v. Homer. Od. *ο*, 119. Eur. Iph. A. 1261. Gesner. index ad Orpheum v. *νόστοιο.* Hermann. ad Soph. Philoct. 43. schol. Arist. Ach. 29.

415. *ξυνῆψον* Flor. A.

416. *πορθμεῦσαι* Ald. rell. *πορθμεύσων* Flor. 1. 2. *πορθμεύσας* Flor. A. 10. Havn. Utrumque *πορθμεύσας* et *-σων* notatur ex Vict. *πορθμεύσας* iure recep. Matth. Dindd. Contra Bothius Aldi lectionem retinuit et ita explicuit: *ut exercitum Thracium traiicerem in Troiam. In eo ipso articulo se oppressum fuisse ait a Scythis, nec nisi devictis iis traiicere potuisse Pontum Euxinum.* Sed ne de spreta librorum fide loquar, id apertum videtur, *ἀφικόμην* non pertinere ad iter in Troiam suscipiendum, sed dicere Rhesum, se subigendorum Scytharum causa venisse ad Pontum Euxinum. Quis enim vel mediocriter geographiae peritus, Rhesum ut in Troiam a Strymone transiret, ad Pontum venisse putet? Sed *πορθμεύειν* ut *ναυστολεῖν* et similia, de solo itinere usurpatur. Sensus igitur est: *Veni ad Ponti littora castris motis.* Apparet solum *πορθμεύσας* aptum esse. Nam si *πορθμεύσων* vel

πορθμεῦσαι scriberetur, vertendum esset: ut in Scythiam meum traiicerem exercitum. Quod non convenit, quia vs. 413. docet, non de Asiaticis, sed de Europaeis Scythis cogitandum esse. Neque enim perspicitur, cur traiiciendus sit exercitus Thracum, cum manus conserendae fuerunt cum hostibus vicinis nec ultra mare habitantibus.

417. εἰς γαῖαν Ald. rell. ἐς Flor. 10. Havn.

Ibid. αἱματηρὸς πέλανος vituperatur a scholiasta, quod ἀκύρως hac voce usus sit Euripides. Rectius eundem (Orest. 220.) ἀφρώδη πέλανον dixisse propter album colorem, et Homerum quoque (Il. κ', 7.) voce παλῦναι significasse τὸ λευκᾶναι. Sed ne dicam aptius vocem derivari a πλατύνειν, quam a παλύνειν, neutra enim vera esse videtur: ipse usus veterum tragicorum, *πέλανον massam quamcunque coactam* significasse ostendit. Id ipsum, quod vituperat grammaticus praeivit Aeschylus Pers. 816. τόσος γὰρ ἔσται πέλανος αἱματοσταγὴς Πρὸς γῇ Πλαταιῶν Δωρίδος λόγχης ὕπο. Eumen. 265. ἐρυθρὸς πέλανος. Ipse etiam Eurip. Iph. T. 300. de Orestis in armenta patrata caede: ὡς αἱματηρὸν πέλανον ἔξανθεῖν ἁλός, multo audacius. cf. Alcest. 851. Neque idem Euripides coloris habuit rationem Cress. fr. xiii, 5. τῆς ξουθοπτέρου Πελάνῳ μελίσσης ἀφθόνως δεδευμένα, siquidem *mel* significatur. Quid quod de liquidis etiam usurpavit Aesch. Choeph. 92.? χέουσα τόνδε πέλανον ἐν τύμβῳ πατρός. V. Blomf. Aesch. Pers. 821.

418. φόνῳ Ald. rell. et MSS. Musgr. φόνος (ap. Valcken. p. 105. not. 7. perperam φόνος legitur) Flor. A. 10. quod iubente Valck. rec. Musgr. rell. — φόνων coni. Reisk. cum πελάνῳ coniungens: *massa, quasi pista et subacta, placenta sanguinea.* Sed neque id potest placere, neque quod Matthiaeus legi posse contendit: Θρηκὶ συμμιγὴς φόνῳ, quia codices verum praebent. Hermannum non capio scribentem p. 303. *Parum elegans est* Σκύθης *sic collocatum, nisi minor distinctio ponitur post* γαῖαν, *ut explicationis causa addita sint* Σκύθης Θρῄξ τε.

Propterea dubitari potest utrum φόνος an φόνῳ praestet. Prudenter hanc notam omisit ap. Lindem.

419. ἀπῆγε pro ἀπεῖργε Flor. A. Vict. Havn. Eadem varietas est in Soph. Ai. 448. add. Pierson. Veriss. p. 135. Nisi confusio tam frequens esset et facilis, librorum servarem scripturam, quae potest etiam orta esse ex ἐπεῖχε.

420. σύμμαχον μολεῖν τέ σοι Flor. 10., unde Bothius fecit σύμμαχον μολόντα σοι, scilicet ob tautologiam vulgatae.

422. τάξας τ' ἔτ. non male coni. Lenting. — τάξας hic dictum est pro προστάξας, quem usum loquendi uberrime explicuit Foertsch. Obss. critt. in Lysiae oratt. p. 19. Ceterum ex hoc loco fluxerunt quae narrat Parthenius c. 36. Λέγεται δὲ καὶ Ῥῆσον, πρὶν ἐς Τροίαν ἐπίκουρον ἐλθεῖν, ἐπὶ πολλὴν γῆν ἰέναι προσαγόμενον τε καὶ δασμὸν ἐπιθέντα.

423. πόντιον στόμα videtur aut Hellespontus, aut Bosporus esse, fortasse etiam Propontis. Neque vero certum aliquid statui potest, quia nescimus, unde traiecerit Rhesus. Pontum ipsum intelligi non posse, ostendit adiectum στόμα.

425. οὐχ, ὡς Ald. rell. quod servavi, οὐδ' ὡς non monito lectore, sequentibus Bothio et Dindd., dedit Matthiaeus, qui recte tamen: *dicendum erat*, inquit, οὐδ', ὡς σὺ κομπεῖς, ἀμύστιδας δεξιούμενος. *Pro eo* ἀμύστιδας *ad* κομπεῖς *retulit, adiecto* τὰς ἐμάς, *quasi iis unice deditus esset Rhesus.* Male igitur Musgr. verbum desiderans, pro τὰς ἐμὰς legendum censuit ἑλκύσας, collato Eurip. Cycl. 417. cf. fragm. ap. schol. Rhes. 406. et not. ad h. v. Reiskii coniectura: οὐχ ἃς σὺ κομπεῖς τὰς πυκνὰς ἀμύστιδας sc. περῶν, quod e priore versu subaudiri iubet, aeque est arbitraria. Magis vituperandus est Bothius, qui etiam post Matthiaeum τὰς ἐμὰς corruptum habuerit. Obtulit vero ταυσίμας ob Hesychium ταύσιμον, μάταιον, quae vox ne suspicione quidem caret. v. Schneidewin. Ibyc. p. 155. — Τὰς ἐμὰς arcte cum

verbo coniungendum est, *quas ut meas vituperas*, et ni fallor pro ὡς scribendum est ἃς, hoc sensu: *non quas meas dicis amystidas sc. potans.* v. ad vs. 835. — Ceterum, nisi forte aliqua hic exciderunt — v. ad vs. 405. —, dubitare possis, utrum cum Matthiaeo attractionem et zeugma statuas, an cum Bothio et Reiskio περῶν suppleas. At neque περᾶν ἀμύστιδας a quoquam dictum est, et si haec metaphora adhiberi posset, quod falso probare vult Bothius ex Eur. Cycl. 577. ὡς ἐξένευσα μόγις, *ut vix enatavi*, hoc saltem loco inficeta esset. Alterum visum est etiam Valckenario p. 105. not. 7., ubi post ὁρίσματα vs. 424. τελείᾳ στιγμῇ distingui iubet; hoc quidem minus recte, sed probe intelligens non posse περᾶν ad ἀμύστιδας referri.

426. οὐδ' ἐν Ald. rell. quod retinui, cum etiam tueretur *X. Π.* p. 283. C. οὐδ' ἐν ζαχρύσοις δώμασι κοιμώμενοι, cumque legitima esset constructio. Matthiaeus non monito lectore — v. ad vs. anteced. — dedit οὔτ' ἐν, quem secuti sunt Both. et Dindd., inviti opinor; quanquam nunc intelligo, deberi hanc emendationem Valckenario p. 105. not. 7., qui ob alias rationes, non probatas a viris doctis, hoc mutavit sine causa.

427. πνεύματα pro φυσήματα Vict. ex glossa, ut intelligitur ex schol. Flor.

428. ἐπεζάτει Ald. rell. ἐπ' ἐζάτει Flor. A. In codice Harlei. hanc vocem glossographus per ἐπεβάρει explicat, ut solent ἐπεζάρει interpretari — v. Hesych. s. v. Eustath. ad Il. γ'. p. 381, 20. schol. ad Eurip. Phoen. 45. et ibi Valcken. Toup. in Suid. i. p. 47. Lips. Emendaverunt igitur Canter. Barnes. reliquis adstipulantibus. Nihili sunt Reiskii coniecturae ἐπεζάει, ut vult a ζάημι, ζάω, *flo*, *spiro* et ἐπιψαρεῖ *radit super*, *superficiem radit.*

429. ξὺν τοῖσδ' ἀόπλοις, οἷα τλὰς πορπήμασιν Ald. rell. σὺν τοῖσδ' ἄϋπνος οἷδα τλ. πορπάσμασιν Flor. A. 10. Havn. ἄϋπνος etiam Vict. et Vatic. (qui etiam οἷδα praebet) ap. Schott. Observv. poet. ii, 43. (23. sec. Matth.) οἷα tres MSS. Musgr. πορπήμασιν lemma schol. Flor. 2.

Post Schottum et Barnes. correxit versum Valcken. p. 105. not. 7. ad Phoen. 257. — *πορπάμασιν* debetur Porsonó append. ad Toup. em. p. 439. sq., quod probatum Hermanno ad Eur. Herc. f. 954. recepit Matth. rell. — Codicibus adversantibus *ξὺν τοῖςδ' ἁπλοῖσιν οἶδα τλὰς πορπήμασιν* dedit Toup. in Suid. i. p. 47. Lips., probante Heathio in Addend., et *ξὺν τοῖςδ' ἀούλοις οἶα τλ. π.* Musgr., uterque ad *πορπάμασιν* epitheto opus esse ratus, quo frigori arcendo minus ea apta fuisse appareret. *οἷα* cum Hesychio *δεινὰ* explicat Musgr.

430. *X. Π.* p. 283. B. *ἀλλ' ὕστερον μὲν ἦλθεν εἰς καιρὸν δ' ὅμως.* v. ad vs. 52.

432. *κοὐδὲν περαίνεις*, quod in editionibus quibusdam corruptum erat, restituit Reisk.

433. *πίπτεις* Ald. rell. *πίπτε* Flor. A. *ῥίπτεις* ex coni. Sallierii hist. de l'acad. des inscr. T. v. p. 125. (T. iii. p. 232. ed. Teuton.) certatim adoptaverunt Hemsterh. ad Aristoph. Plut. schol. p. 205. Valcken. p. 105. not. 7. ad Phoen. 1235. Reisk. Heath. Recepit demum Matth. rell. Non probavit Abresch. scilicet ad Aeschyl. T. i. p. 636., Canteri *πέττεις* praeferens, ob Pindari (Pyth. iv. 186.) *πέσσειν αἰῶνα*, de quo v. Boeckh. expll. Pind. p. 110. — Musgravio quanquam emendatio Sallierii non displicuit, vulgatam tamen defendi posse censuit. Neque vero cum Barnesio *πίπτειν* per Hebraismum explicari potest, ut sit *cadere facere.*

Ibid. *Ἄρην* Ald. rell. *Ἄρη* Flor. A. 10. quod recepi cum GDind. v. ad vs. 235.

434. *X. Π.* p. 283. B. *Χριστῷ δὲ φῶς ἓν ἡλίου καταρκέσει Ἅιδου δόμους πέρσαντι θ' ἡμέρᾳ πάλιν Πρὸς γαῖαν ἐλθεῖν συντεμὼν τ' ἄλγην βροτῶν.*

435. *ναυστάθμους* Flor. A. 10. Vict. Havn.

436. *θ' ἡτέρᾳ τ' ἀπ'* Ald. rell. *δ' ἀπ'* Flor. A. Havn.; *δ'* pro *τ'* recepit Matth. *θ' ἀτέρᾳ δ' ἀπ' Ἰ.* corr. Valck. p. 105. not. 7. ex cod. Flor. *θατέρᾳ* Brunck. ad Eur. Hippol. 905.

438. *αἱρέτω* Ald. rell. *αἴρηται* Flor. A. Vict. Havn.,

quod etsi soloecum spiritu mutato probat Valcken. p. 105. B. *αἰρείτω* Flor. 10. *αἰρέτω* Barn. Musgr. Matth. Both. — Rectè *ἄρηται* Dindd., quorum Ludovicum vide ad vs. 451. p. 490.

439. *μεγαλαυχοῦντας* Flor. A. Vict. Havn. Pro *ἔξω* scribit Hermann. p. 304. ap. Lindem. p. 10. *ἔρξω*, in vulgata iam Musgravium offendisse ratus. At hic tantum monuit *ἔξω* esse *cohibebo*, ut ap. Homer. Il. *ν'*, 51. *ἔξουσιν γὰρ ἅπαντας ἐϋκνήμιδες Ἀχαιοί.* Recte; nam argutius dicit Hermannus: *non cohibendi erant, qui non instabant.* At ne dicam, probabile esse, Graecos etiam post Rhesi adventum invasuros fuisse Troianos, hic *ἔξω* cum *μέγ' αὐχοῦντας* coniungendum videtur, hoc sensu: *superbiam eorum cohibebo.* Qua in structura quanquam articulus omitti solet, *) ut dicatur *τοὺς Ἀχαιοὺς ἔξω μέγ' αὐχοῦντας*, tamen ita poeta loqui potuit, ut per attractionem praedicatum inter articulum et substantivum poneret. Neque enim altera mihi arridet explicatio, ut *ἔξω πέρσας* dictum sit pro *πέρσω*, de quo loquendi genere v. Valcken. ad Eur. Phoen. 712. Hermann. ad Viger. p. 753. ed. iii. Ceterum *ἔρξω*, quae est Hermanni coniectura, admitti nequit, quia obiectum, *id, quo eos afficiat*, deest.

440. *ὕστερον* Ald. rell. *ὕστερος* Havn. quod recepi c. Dindd., solam potiorem secutus auctoritatem, cum vs. 399. eandem ob causam *ὕστερον* dedissem.

441—454. respondent iis versibus, quos infra legimus vs. 807—819., ut primus animadvertit Hermannus p. 304. et 308. sq. ap. Lindem. p. 10. sqq., probante GDind.

442. *φίλος Διόθεν εἶ μόνος* Ald. rell. *μόνον* Flor. A. Vict. Havn. et Tyrwhitt. e coni., quod probatum a Valcken. p. 105. not. 7. admisit Musgr. rell. — Hermannus

*) Ita etiam Lysias in Andoc. (vi.) §. 13. *εἰ δ' ὑμεῖς αὐτοκράτορες ἦτε καὶ ἐστὲ οἱ ἀφελόντες τὰς τιμωρίας τῶν θεῶν* pro *ἀφελόντες* sive *ἀφελεῖν*.

ob antistrophum post εἶ lacunam statuit et ita versus distribuit: φίλα θροεῖς, φίλος Διόθεν εἶ | ..... μόνον, quod secutus est GDind. Hanc quam putavit lacunam ita explevit Lindemann. p. 10. φίλοις Διόθεν εἶ | ἦρα φέρων, εἰ μόνον | φθόνον — scribens p. 11.: ἦρα φέρων, εἰ *ad explendam lacunam, ab Hermanno significatam, interposui de coniectura, in superiori versiculo* φίλοις *pro* φίλος *reposito, non tanquam id ipsum, sed tale quid poeta scripserit, existimans librarium ab* εἶ *ad* εἰ *aberrasse, quo facto interposita omiserit.* Contra Hermannus ibid. in litteris ad Lindemannum datis ita fere scriptum fuisse arbitratur: φίλα θροεῖς, φίλος Διόθεν εἶ μολών, | ὦ ξένε, κόμπου μόνον | φθόνον κτλ. Nos et refutaudis his coniecturis abstinemus et novis procudendis, nihil excidisse rati, ut probare instituimus ad vs. 808.

444. θέλοι Ald. rell. ἐθέλοι Flor. A. Havn. et ita editur post Matth. — τὸν omissum in libris ex coniectura Hermanni p. 304. recepi c. Lindem. p. 10. et GDind.

445. σοῦσι ex coniectura Hermanni pro vulgato σοῖς recepi cum Lindem. et GDind.

447. οὔτε πρίν ποτ' οὔτε ob antistrophum dedit Hermannus, quem sequitur Lindemannus l. l. Recte vulgatum retinuit GDind. — v. ad vs. 813.

448. σοῦ vulgarem formam, si pro σέθεν reponeres, antistropho accurate responderet hic versus. Quod cur noluerim dictum est ad vs. 814.

449. πῶς γάρ μοι coni. Hermannus p. 304. probante Lindem. p. 10. Mihi potius antistrophus emendatione videtur egere. v. ad vs. 815.

451. τόδ' ἦμαρ εἰςίδοιμ' ἄναξ Ald. rell. τόδε γ' ἦμαρ ex Hermanni coniectura cum Lindem. recepi. Cum iisdem εἰςίδοιμ' revocavi, quod nescio qua auctoritate, nisi forte metri causa, in ἐςίδοιμ' mutatum erat a Matth. Both. Dindd. At rhythmus sane huius versus dactylici logaoedici reliquis huius strophae non minus aptus est, quam dochmiacus, et dubitari vetat antistrophus 817.

453. ἀπονάσαιο Ald. rell. ante Matth. ἀποινάσοιο

Flor. A. ἀποινάσαιο Flor. 10. Vict. Havn. — μοι quod deest in libris ad explenda metra cum Hermanno et Lindemanno admisi. Iidem etiam λόγχαν dederunt, temere opinor in re incerta. Nam quid voluerit poeta his verbis significare, vix potest dubitanti probari. Primus librorum scripturam interpretatus est Lenting. p. 74. *debitam poenam exposces* (*ab Achille*), quod assensu suo donavit Matthiaeus, quanquam exemplo huius verbi ea significatione usurpati se carere fassus est. Hermanno contra ἀποινάζεσθαι et ἀποινᾶσθαι idem significare videtur. Nam p. 304.: *Quod vs.* 177., inquit, *dixit* ἀποινᾶσθαι, *hic* ἀποινάζεσθαι. Ἀποινεῖσθαι *in Etymol. M.* [p. 132, 31. ἀφαιρεῖσθαι ἢ τὸ χρηματίζεσθαι] *vereor ne scribis debeatur* [ut iam vidit Sturzius.] Πολυφόνου χειρὸς λόγχαν *Achillis Aiacisque intelligi voluit.* Sed hinc minime apparet, quid tandem haec verba significare voluerit, cum vel ἀποινᾶσθαι non uno modo explicetur. Quodsi ἀποινᾶσθαι explicuit Hermannus cum schol. Flor. ad vs. 177. τιμωρεῖσθαι, sensus erit: *quomodo cruentae manus hastam ulciscaris*, quod expressit Lindemannus: *Wie an Feindesarm Mordender Wehr du mir die Rach' übtest.* Sed omnino *ulcisci hastam Achillis* pro Achille ipso apte dici nequit, et ἀποινᾶσθαι ne *ulcisci* quidem est simpliciter, sed cum ἄποινα coniunctum, quod ad hastam transferri non potest; denique libri dativum exhibent. In tanta caligine haec statuo. ἀποινᾶσθαι et ἀποινάζεσθαι nisi idem significare concedas, nihil impedit, quominus ἀποινάσαιο ab ἀποινᾶσθαι derivetur, quia syllaba antipenultima ob metrum dochmiacum anceps est. Cum vero ἀποινᾶσθαι sit, ἄποινα *exigere sibi*, — v. ad vs. 177. — haec sumi possunt aut caede hostis aut pecunia. Prius hic solum aptum, ut sit τιμωρεῖσθαι, et ἀποινᾶσθαι absolute dicatur. His constitutis hic sensus existit: *quomodo tibi poenas sumas* ab iis (Achille et Aiace) *hastá manus cruentae.* ὅπως vero non per ὅτε explico cum Matthiaeo, comparanti Soph. Oed. T. 1241. Oed. C. 1638. sed legitima significatio retineri potest, si τόδε γ' ἦμαρ non obiectum dicas, sed vertas: *hoc quidem die.* — Hinc

ad editiones veteres transeo, quae tuentur *ἀπονάσαιο*, quod non minus adversatur metro quam libris. Sed ne sensus quidem aptus. *ἀπονάσαιο* pro *ἀπονήσαιο* vertit Barnes.: *videam, quomodo multorum caedibus imbutae manus tuae fructum feras per hastam.* Peius etiam Bothius, qui *χερὸς* quoque metri causa scripsit: *quo die fruaris velim dextra tua, quae passim lancea trucidat viros.* Nihil ut de aoristo hoc non usurpato dicam — v. Lobeck. Phrynich. p. 13. —, *ἀπονίνημι* ne hoc quidem sensu invenitur. Neque Musgravii coniectura ferri potest *ὅτῳ πολυφόνου χειρὸς ἀπονάσαιτο λόγχα, quo hasta manus caedibus imbutae ab his regionibus amoveatur,* cuius, ut videtur, insistens vestigiis, vulgatam tuitus ita, ut tantum *λόγχαν* scriberet, Morstadt. p. 25. not. 1. *ἀπονάσαιο* ab *ἀπενασάμην* derivat, sensu transitivo: *utinam videam diem, quo ex cruenta manu hastam seponeres.* Quae explicatio, etiam si ferri possit, metro et codicibus adversatur.

455. *πράξας* perperam coni. Barnes. Multo elegantius inventum est Musgravii, *πρᾶξιν* proponentis, quod coniungit cum *ἀπουσίας* et vertit *compensationem,* collato Eur. Iph. A. 272. — Hoc recepit Bothius. Sed recte Hermannus p. 304. *τοιαῦτα πρᾶξαι,* inquit, *idem est atque οὕτω πρᾶξαι, i. e. gaudere profligato hoste,* conferens Eur. Or. 538. *ἔπραξεν ἔνδικα.* Est vero apud oratores frequentissimus hic usus. Ex poetis v. Plato ap. Plut. Alc. xiii. Nic. xi. *καίτοι πέπραγε τῶν τρόπων μὲν ἄξια, Λύτοῦ δὲ καὶ τῶν στιγμάτων ἀνάξια.* Achaeus *ἥκω πεπραγὼς; δεινά, σὺ δ' ὑγίαινέ μοι* ap. Lucian. de lapsu in salut. 6. Euripides *κεδνὸν πράσσειν* Tro. 678. Herc. F. 1114. Aesch. Pers. 727. *τί πράξασιν.* — cf. Monk. ad Eur. Alc. 615. Ceterum dubito, an apud Aesch. Eum. 223. *τὰ δ' ἐμφανῶς πράσσουσαν ἡσυχαίτερα* scribendum sit pro *ἡσυχαιτέραν.* Quanquam non opus est coniectura, si *πράσσειν* pro *εἰςπράσσειν δίκην* statuas dictum esse. — Iam cum *τοιαῦτα πρᾶξαι* idem sit, quod *talem fructum capere,* apparet genitivum *τῆς μακρᾶς ἀπουσίας* subaudito *ἐκ* vel *ἀντί* explicari posse. Quare non prorsus impro-

bandus est Reiskius, qui πρᾶξαι hic esse εἰςπρᾶξαι δίκην vel τίσιν τῆς ἀπουσίας moneat, hoc sensu: *repetere compensationem longae absentiae,* quanquam rectius dicetur: *Talem compensationem absentiae tibi contingere praebebo.* Immerito igitur, repudiata Hermanni explicatione, Reiskium sequitur Lindemannus p. 12., cum non re sed verbis tantum differant.

456. Pro ἐπειδὰν scribi iussit Morstadt. p. 25. not. 2. ἐπεὶ δ' ἄν, cum quod illud μὲν vs. 454. non haberet, cui responderet, tum quia dubium esset, utrum ultima vocis ἐπειδὰν corriperetur. Probavit hanc coniecturam Hermann. p. 304., quanquam omisit apud Lindemannum. Nobis vulgata sola videtur vera. Nam deprecatio ultionis divinae potius ad sequentia referenda est, quia haec maioris fiduciae continent documentum. Itaque nequit post λέγω plene distingui. Quodsi a verbis σὺν δ' Ἀδραστείᾳ alterum membrum incipit, non potest ἐπεὶ δ' ἄν scribi. Alterum vero, mensura ultimae anceps est, nec sollicitanda ob correptionem vulgata, cum vel ἔπὰν ultima brevi reperiatur.

457. Vel linguae leges docent ἀχροθίνια articulo vix carere posse; deinde non amarunt veteres positionem talem, quanquam invenitur Eur. Heracl. 861. Phoen. 282.; contra ἀχροθίνια prima correpta extat ap. Eurip. Iph. T. 459. Itaque vide an scripserit poeta: θεοῖς τε τἀχροθίνια.

458. Ἀργείαν Ald. rell. Ἀργείων Flor. A. Vict. Havn. Utrumque recte dici potest — v. de discrimine imprimis Hermann. et Matth. ad Eur. Bacch. 1. — sed iure, iubente Valcken. p. 105. A. ad Phoen. 638., codices secutus est Matth. rell.

463. πολλοῖς θεοῖς Ald. rell. πολλὴν θεοῖς Flor. A. Vict. Havn., ut coni. Aem. Portus et recep. Barnes. rell.

464. νομὸν τῆς Ἑλλ. Ald. rell. τοῦ Ἑλλ. Flor. 1. τὴν (sic) Ἑλλ. Par. G. Harl. Flor. A. 2. 10. Havn., si Matthiaeo credis. Sed esse errorem scribentis, et τὸν ab his codicibus recte praeberi, testantur Musgr., apud quem

pro hac lectione Par. G. Harl. Flor. A. affertur, et Valcken. p. 105. not. 7. idem ex Flor. A. probans. Aldina vero non *νόμον*, ut idem Matthiaeus dicit, habet, sed *νομὸν* et ita omnes editiones, quanquam alterum, si auctoritate aliqua niteretur, non deterius esset.

466. *οὐ τούς γ' ἀρ.* Flor. 1. 2. *ἀριστέας* Ald. rell. LDind. et duo codd. regg. ap. Brunck. l. infra l. cum lemmate schol. Vatic. *ἀριστεῖς* Flor. A. 10. quod cum Valcken. p. 105. not. 7. edid. Matth. Both., scilicet quia aliud exemplum terminationis *-έας*, una syllaba pronuntiatae non haberet. *ἀριστῆς* Brunckius ad Eur. Phoen. 1236. scribi iussit; quanquam idem in Sophoclis Aiace canonis sui oblitus est. *ἀριστῆς* ex canone grammaticorum, qui etiam accusativum complectitur — v. Hermann. ad Soph. Ai. 383., Lobeck. ad eandem 188., Gregor. Cor. §. 43. p. 101. Schaefer. —, c. GDind. practuli.

467. *οὐ μεμφόμεσθά γ'* Flor. A. 10. quod probat Musgr. et rec. Both. *κοὐ μεμφόμεσθά γ'* lemma schol. Vat. et *καὶ* ipse scholiasta. *μεμφόμεθα* Flor. 1.

Ibid. *ἀλλὰ δὴν ἐλαύν.* Ald. rell. *ἀλλ' ἃ δ' ἐλ.* Flor. 10. *ἀλλ' ἄδην ἐλ.* Flor. A. probante Musgr. et hoc Atticum vocat Eustath. ad Dionys. 1033. *ἀλλ' ἄδην ἐλ.* Vict. Havn., quod iure receptum est, cum haec forma apud tragicos a libris commendetur, et ab Aristarcho probata sit: v. Blomf. ad Aesch. Prom. 604. V. de hoc loco, qui verti potest: *Satis laboramus in iis repellendis*, Vindicc. iii, 66., ubi etiam de scholio dictum est. Pessime Lindemann. vertit: *Nicht tadeln wir sie; doch genug sind sie bedrängt.*

468. *πάντ' εἰργάσμεθ' ἄν* Par. G. ap. Musgr. et duo codd. reg. ap. Hard. p. 47., Flor. 2. Vict., probante Heathio, qui hoc solum rectum contendit. Nostris temporibus vix opus de hac re dici. Nam *ἄν* si adderes, de re praeterita valeret; quae vero vulgata est, futuram rem ob certum eventum ut iam factam ponit, et id ipsum exprimit, quod particula *ἄν* illata, effici putavit Hardion. l. l. *omnia confecerimus.* v. Matth. ad Eur. Med. 1053. Elmsl. ad Eur. Her. 605. Apud scholiastam *ἀνη-*

ῥήσαμεν vel ἀνηρήκαμεν scribendum videtur. At is saltem ἄν non habuit. De εἴργασμαι activa vi dictum v. Lob. ad Soph. Ai. 22.

Ibid. πᾶν pro πάντ' habent Flor. A. Vict. Havn. Pluralem etiam scholiasta agnoscit, et magis convenit loquendi usui.

469. μὴ νῦν Ald. rell. μή νυν recte Scalig., quod rec. Dindd. Antiquam lectionem commendavit Hermann. p. 304., sed ap. Lindem. deseruit. Recte, nam nulla cum vi dicitur particula.

470. Cum interrogatione hunc versum dederunt Barnes. Musgr. Matth. Errorem hic corr. in nott. Scholium quod attinet, apparet grammaticum aliam lectionem interpretatum esse atque exhibuimus. Neque enim putari potest παθεῖν semper pro πρᾶξαι corruptum extare. Certe ultima adversantur Οἷον [an οἶον?] τὸ παθεῖν παραιτεῖ, πρᾶξαι δέ τι οὐ προαιρεῖ. Vide igitur an legerit grammaticus ἀρχεῖν ἔοικέ σοι ἀπαθεῖν, insolentiori cum crasi, sensu Euripide non indigno: *Sufficit tibi non pati, agere vero aliquid non vis.* Verbum autem ἀπαθεῖν non eget commendationis, cum ἀπαθὴς et ἀπάθητος frequententur.

472. Rheso tribuit Vict.

473. εἰ γ' ἐν μέσ. Flor. A.

474. πέλτην male hic quoque nonnulli de hasta intellexerunt. v. ad vs. 397. Scholiasta qui πέλτας videtur legisse perperam per ὑπηκόους explicat. Is sensus, quem loco inesse falso putavit scholiasta, reperitur Eur. Alc. 498.

476. μοι pro μή coni. Canter., probante Scaligero, si vera tradit Barnes. Vulgatam iure defendit Reisk.

479. Θούριον Havn. ἀντᾶραι pro ἐντάξαι coni. Musgr. et idem aut ἀντάξαι, quod ab ἀντάγειν derivat, legi voluit Reisk. Recte ἐντάξαι pro ἀντιτάξαι dictum monuit Matth. collato Erfurdt. ad Soph. Ai. 104. ubi ἐνστάτης pro ἀντιστάτης dicitur. cf. etiam Lobeck. ad h. l.

480. λόγος ἦν Ald. rell. λόγος γ' ἦν Par. G. Harl.

Flor. A. 1. 2. 10. Havn. et ita iam edidit Barnes. probante Valcken. p. 105. not. 7.

481. *X. Π.* p. 291. A. *ἦλυθε καὶ πάρειπτιν, ὡς αἰρεῖ φάτις.* De *μηνίων* correpta penultima et de scholio v. Vindicc. iii, 67.

482. *δορὶ* Flor. A., quod ferri posset.

483. *τί δαί;* pro *τίς δὴ* Flor. A., quod probat Valcken. p. 105. not. 7.; at non usurpatum esse a tragicis videtur; cf. tamen Seidler. ad Eur. Electr. 242. *τίς δὲ* Havn. *τί* Flor. 10.

484. Quae pronominis orthotonumeni hic causa sit, ego perspicere nequeo. Quid enim: *Mihi quidem Aiax inferior non videtur?* An alii aliter senserunt, aut si senserunt, num poetae retulit, id hoc loco commemorari? Putarem igitur scripsisse Euripidem *Αἴας γέ μοι μέν*, nisi *μὲν* non apto loco poneretur. Vide igitur an poeta dederit: *Αἴας μὲν οὔ μοι οὐδέν.* Deinde pro *ἡττᾶσθαι*, quod editiones tenent et in codicibus esse videtur, *ἡσσᾶσθαι* GDind. scripsit, quam formam solam veteri Atticismo convenire dixerunt Valcken. ad Eur. Phoen. 406. 1388. ad Hippol. 724. Porson. ad Eur. Hec. 8. cet. Id recepi non curans apologiam eorum, qui sobriae critices laudem captant, Schneiderum de dial. Soph. p. 16. Langeum et Pinzgerum ad Aesch. Pers. 167. alios. Hermannus, cum auctorem Alexandrinum haberet, hoc mendum videtur noluisse corrigere.

486. *Ὀδυσεὺς* lemma schol. *θρασὺ* Havn. quod quanquam defendi potest, tamen alterum non uno nomine praestat, et agnoscitur a scholiasta.

Ibid. *αἱμύλος* et *κρότημα* Ulixis epitheta sunt apud tragicos. Prius de Ulixe infra vs. 692. legitur et ap. Soph. Ai. 389. Eur. Teleph. fr. 10. Hinc Solo ap. Plut. c. xxx. de Pisistrato, quem comparaverat cum Ulixe: *εἰς γὰρ γλῶσσαν ὁρᾶτε καὶ εἰς ἔπη αἱμύλου ἀνδρός.* — Alterum, quod *μηχάνημα* explicatur a schol. et teste Hesychio *ἐπὶ δολίων* adhibetur, de eodem Ulixe usurpavit Soph. fr. 784. ap. schol. Theocr. xv, 48. *τὸ πάνσοφον*

κρότημα Λαέρτου γόνος. Idem est κρόταλον ap. Aristoph. Nubb. 260. λέγειν γενήσει τρίμμα, κρόταλον, παιπάλη ubi v. scholl. cf. vs. 448. et quomodo metaphora orta sit, apparet ex Eur. Cress. fr. xiii, 5. πεπτὰ καὶ κροτητά, ubi vidit Matth. p. 133. quae nos dicimus *geschlagene Kuchen* intelligenda esse. Ipsum illud κρόταλον de Ulixe adhibetur ab Eurip. Cycl. 104. οἶδ' ἄνδρα κρόταλον, δριμὺ Σισύφου γένος. Videtur vero κρότημα et κρόταλον non hominem loquacem (στωμύλον) significasse, sed, aeque ut τρίμμα, talem qui pulsando versutus factus est; fortasse et sonitus et pulsandi notio inest, ut explicat Eustath. ad Il. λ'. p. 838. κρόταλα — ἃ ἐν χερσὶ κροτούμενα θορυβεῖ, cf. eundem Il. ψ'. p. 1327, 24. et Theocrit. l. l. Inepte Lindemann.: *auch ist der zungenfertige Schwertmund Odysseus, kühn genug an Willenskraft.*

487. Eleganter coniecit Boissonadius ap. Hermannum p. 304. εἷς ἀνὴρ pro τήνδ' ἀνήρ, conferens infra vs. 931. Aesch. Pers. 327. Eur. Or. 743. Etiam Hermanno l. l. ap. Lindem. p. 12. frigere videtur vulgata, sed ne τήνδε quidem deesse volens, εἷς πλεῖστα χώραν τήνδ' ἀνὴρ καθυβρίσας scribi iussit. Mallet tamen, si codex aliquis suaderet: ὃς πλεῖστα χώραν εἷς ἀνὴρ καθυβρίσας Τήνδ', εἰς Ἀθάνας κτλ. Vulgatam non veneribus carere, quivis videt — cf. Lysias ὑ. τῶν Ἀριστ. χρ. 48. Καλλίας τοίνυν ὁ Ἱππονίκου ὅτε νεωστὶ ἐτεθνήκει ὁ πατήρ, ὃς πλεῖστα τῶν Ἑλλήνων ἐδόκει κεκτῆσθαι, de quo loco postremo dixit Schiller. ad calcem Andocid. p. 101. sqq. Ego tamen, quanquam scio vulgatam defendi posse, scripserim εἷς πλεῖστα. — Soph. Oed. Col. 739. οὔνεχ' ἥκέ μοι γένει τὰ τοῦδε πενθεῖν πήματ' εἰς πλεῖστον πόλεως, ubi tamen facilis correctio ἥκ' ἐμοί γ' ἑνί. — Neque vero prorsus spreverim Boissonadii aut Hermanni priorem coniecturam. v. Blomfield. ad Aesch. Pers. gloss. 333. et Vindicc. iv, 13. At non assequor Welckeri mentem, scribentis de cyclo p. 256. not. 405. *Bei Euripides Herc. Fur.* 220. *ist abzutheilen:* ὃς εἷς, Μινύαισι πᾶσι διὰ μάχης μολών, Θήβαις ἔθηκεν ὄμμ' ἐλεύθερον βλέπειν. *Musgrave*

verbindet εἷς *mit* διὰ μάχης μολὼν *und thut dann den Worten Gewalt an.* Rectissime Musgr.; nam εἷς cum πᾶσι coniunctum summam vim habet.

488. Ἀθηνᾶς Ald. rell. Ἀθανᾶς Flor. A. 10. Ἀθάνας, ut scribendum monuit Porson. ad Eur. Or. 26., Paris. ap. Valck. ad Eur. Phoen. 204. p. 69. Vict. Havn.

Ibid. ἔναγχος μολὼν Ald. rell. εἴναγχος Barnes. e Scaligeri coni., quod significet *nuper;* iure vero hanc vocem, repertam ap. alios — v. Valcken. l. l. et ap. Aeschin. c. Timarch. p. 13, 13. HSt. Plat. Charmid. p. 155. B. Hipp. mai. p. 282. C. 286. A. C. — Porsonus tragicis abiudicavit ad Phoen. 203., quia nusquam libri tuentur. Nam hic quoque quatuor MSS. Musgr., in his Paris. ap. Valcken. l. l. et duo codd. Hardion. p. 48. Flor. A. 1. 2. 10. Vict. Havn. maximo consensu ἔννυχος praebent. Quo cadit Reiskii quoque non acutissima coniectura ἄγνωστος.

489. 490. De rapto Palladio et de Ulixis πτωχείᾳ, quae fabulae secundum vulgarem mythum post Rhesi caedem ponuntur, dictum est in Vindicc. iii, 44. Homeri locus in scholio laudatus videtur esse Il. ζ', 303. θῆκεν Ἀθηναίης ἐπὶ γούνασιν aut vs. 273. τὸν θὲς Ἀθηναίης ἐπὶ γούνασιν, quod verisimilius; nam cum sequenti versu infinitivus positus sit, probabile est, quosdam etiam θεῖναι pro τὸν θὲς scripsisse. cf. Strabo xiii. p. 607. p. 347. Tzsch.

490. πτ. στολὴν ἔχων Flor. 10. Vulgatam tuetur etiam X. Π. p. 283. B. πτωχικὴν λαβὼν στολὴν εἵξασιν Ἅιδην, πολλὰ δ' ἐκεῖθεν σκύλα Ἄρας κτλ.

491. Ἀργείους Ald. rell. Ἀργείοις Vict. Havn. ut coniecerat Scaliger. Utrumque casum usitatum dixit Barnes., non reputans, plane diversum utriusque esse sensum.

492. Ἰλίου Ald. rell. Ἴλιον Flor. 1. 2. Vict. Havn.

493. πυλῶν παραστάτας Flor. A. quod probat Valcken. p. 105. not. 7. παραστάτας Φρυγῶν Vict. Havn. quo vulgata defenditur, quam servat etiam X. Π. p. 283. B. κτανών τε φρουροὺς καὶ παραστάτας πυλῶν Ἐκεῖθεν ἔλθοι.

494. αἰεὶ Ald. rell. ἀεὶ Havn. — λόχοις ut libri habere videntur, in editionibus quibusdam in λόγοις degeneravit, ut sp. Matth. et LDind. quorum hic errorem p. 490. correxit.

495. ἄστεος πέλας Ald. rell. et schol. lin. 5. ἄστεως Vict. quod iubente Elmsl. ad Soph. Oed. T. 762. — cf. eundem ad Eur. Bacch. 838. — recep. Both. Dindd.

Ibid. Scholiasta observat, ab Euripide παρὰ τὴν ἱστορίαν Thymbraeam aram poni Troiae vicinam, cum potius in chorographia, si erraverit, erravit poeta. Auctor affertur Dionysodorus in libro de peccatis tragicorum *), qui loco corrupto longius abesse a Troia Thymbram contendit, quam ut ante portas dici possit. Numerus stadiorum, qui excidit, satis certo ex Strabone xiii. p. 598. p. 332. sq. Tzsch. suppleri potest. En ipsa geographi verba: τό τε Πρὸς Θύμβρης δ' ἔλαχον Λύκιοι [Homer. Il. κ', 430.] οἰκειότερόν ἐστι τῷ παλαιῷ κτίσματι [sc. Troiae]. πλησίον γάρ ἐστι τὸ πεδίον ἡ Θύμβρα καὶ ὁ δι' αὐτοῦ ῥέων ποταμὸς Θύμβριος, ἐμβάλλων εἰς τὸν Σκάμανδρον κατὰ τὸ Θυμβραίου Ἀπόλλωνος ἱερόν· τοῦ δὲ νῦν Ἰλίου καὶ πεντήκοντα σταδίους διέχει. Hinc facili coniectura pro στάδιον ἀπέχει τῆς πλ[εί]ας lin. 4. scripsi στάδια ν' ἀπέχον τῆς πόλεως. Simul vero intelligitur Dionysodorum de nova Ilio cogitasse et immerito vituperasse Euripidem. Nam et Strabo, si verba eius recte intelligo, Thymbram proxime a Troia abfuisse statuit et idem docere videtur Homerus, qui de Achille, quem constat in sacello dei Thymbraei per Alexandrum, adiutum ab Apolline, interfectum esse, vaticinantem fecit Hectorem Il. χ', 359. ἤματι τῷ, ὅτε κέν σε Πάρις καὶ Φοῖβος Ἀπόλλων Ἐσθλὸν ἐόντ' ὀλέσωσιν ἐνὶ Σκαιῇσι πύλῃσιν. cf. Plutarch. comp. Lysan-

*) De *Dionysodoro* v. Vindicc. i, 10. Eius liber de tragicorum peccatis mihi non cognitus est aliunde. Titulum statuit Welckerus p. 633. ἐν τοῖς παρὰ τοῖς τραγῳδοῖς ἡμαρτημένοις. Mihi videtur vulgata defendi posse, quanquam, si quid mutarem, potius τραγικοῖς scriberem.

dri et Sullae c. iv. Unde probabiliter coniicimus, Homero etiam Thymbram Troiae vicinam fuisse, haud procul a Scaeis portis. Quod confirmat aliquatenus Hesychius: *Θύμβρα, τόπος τῆς Ἰλίου, περὶ τὸν Θύμβρον [Θύμβριον] λεγόμενον ποταμόν, οὕτως ὀνομασθέντα — — —, τῆς Ἀρχαίας πόλεως ἀπέχοντα σταδίους δέκα, ὅπου γε καὶ ἱερὸν Ἀπόλλωνος Θυμβραίου.* Quare merito Euripides Thymbraeam aram urbi vicinam dixit. Sed utut est — probe enim scio, si recte recentiores de Troiae antiquae loco tradiderint, satis longo intervallo Thymbrium flumen a Troia seiunctum fuisse, v. Vindicc. ii, 48. — non debent poetae verba ad eas leges examinari, quibus geographi scripta obnoxia sunt. Accedit, quod, utrum Troia fuerit unquam necne, hodie vix poterit doceri. Potest etiam Thymbra vallis procul abfuisse ab urbe, sed vicina fuisse ara Thymbraea, quarum plures statuere licet. Ceterum conferendi sunt de Thymbraeo templo praeter Strabonem l. l. Eustath. ad Il. *κ'*. p. 816. pr. et schol. ad Hom. Il. *κ'*, 430., ne alios commemorem; de Apolline vero Thymbraeo diximus ad vs. 224. Iam ut reliqua, quae in scholio mutavi, afferam, lin. 5. cum LDind. *δύναται δὲ* interposui; sed longissime in ceteris ab eiusdem viri docti sententia absum. Neque enim probare possum, quod contendit, verba *ἢ ἄστεος πέλας*, ab ipso Dionysodoro profecta, glossae *μετὰ τῶν πυλῶν* cessisse. Potius ita statuendum. Voluit scholiasta, plenius distingui post *βωμόν*, et deinde aut *ἢ ἄστεος πέλας* scribi, aut *ἤ* subaudiri saltem; qua distinctione sane refutasset Dionysodorum, si opus esset coniecturis.

496. Inepte scholiasta, vocem *μέρμερον* ob Termerum,*) a quo proverbium *Τερμέρια κακὰ* derivatur, in

*) De proverbio *Τερμέρια κακά* v. Plutarch. Thes. xi. Ruhnken. ad Tim. p. 178. Insigne est fragmentum *Philippi* de Termero et Lyco, quod servavit scholiasta. Est hic Philippus sine dubio Theangelensis, qui scripsit librum de Caribus. v. Schweigh. Animadvv. ad Athen. T. viii. p. 439. sq. Ceterum cum legatur ap. Athen. vi. p. 271. B. *Φίλιππος ὁ Θεαγγελεὺς ἐν τῷ περὶ Κα-*

malam partem cessisse suspicatur. Saepius usus est Homerus, apud quem et μέρμερος et μέρμερα reperitur. Illud talem significat, qui facit μέρμερα, h. e. interpretibus schol. Il. κ', 48. μερίμνης καὶ φροντίδος ἄξια et Eustath. ad Od. δ'. p. 1493, 42. βουλῆ; δεόμενα πρὸς ἀποφυγήν. Vox igitur media est, quare κακὸς addidit Euripides, et sensus: *callido malefico pugnamus.* v. Platon. Hipp. mai. p. 290. E. HSt.

497. Affert hunc cum sequenti versu Tzetzes chil. iv. hist. 13. vs. 966. sqq., ubi etiam ad priora respexit. Inscripsit hoc caput Περὶ Ῥήσου κατὰ Εὐριπίδην, et verba eius haec sunt. Τὸν Ῥῆσον Ῥήσῳ δράματι ὁ Εὐριπίδης φέρει Περὶ Ἑλλήνων στρατηγῶν μαθεῖν ἀνερευνῶντα, Τίς τούτων πρῶτος, δεύτερος καὶ τρίτος πρὸς ἀνδρείας· Περὶ τῶν Ὀδυσσέως δὲ δόλων ἠκροαμένον Ἀποφαυλίσαντα εἰπεῖν ἅπερ τοῖς στίχοις λέγει· Οὐδεὶς ἀνὴρ εὔψυχος ἀξιοῖ λάθρα Κτεῖναι τὸν ἐχθρὸν ἀλλ' ἰὼν κατὰ στόμα. Eodem videtur pertinere, quod idem praecedenti capite vs. 960. sqq. de Paride dicit, cuius insidias vituperans addit: ἀλλ' οὐχὶ κατὰ πρόςωπον, ὥςπερ ἀνὴρ γενναῖος.

499. ἥξεις Flor. A. ἴζεις Flor. 10. pro ἴζειν. — κλωπικαῖς ἕδραις Ald. rell. κλωπικὰς ἕδρας Flor. A. 10. Vict. Havn., probante Valcken. p. 105. not. 7. v. Pflugk. ad Eurip. Androm. 117. — Deinde φῄς γε κλ. ἕδρ. Havn. pro ἴζειν σὺ κλ. ἕ., nisi erravit Matthiacus, qui voluit, opinor, dicere, pro φῂς σὺ κλ. ἕ.

501. ἐμπείρας Ald. rell. ἀμπείρας Flor. A. 10. Havn.,

ρῶν καὶ Λελέγων συγγράμματι, in Rhesi scholio lin. 3. fortasse reponendum erat ἐν τῷ περὶ Καρῶν συγγράμματι. Sed dubium reddit titulum libri Strabo xiv. p. 662. p. 645. Tzsch., ubi dicitur Φίλιππος ὁ τὰ Καρικὰ γράψας. Meminit eius etiam Plut. vit. Alex. xlvi., unde discimus, Philippum et aequalem huius regis fuisse et de eo scripsisse. Scholium quod attinet lin. 4. sq. τούτων praeferendum videtur; lin. 6. pro ῥῆτ ποιήσαντες cum LDind. ῥῆτας ποιήσ. scripsi; cf. schol. Eur. Phoen. 395. et Schneidewin. Simonidis Cei rell. p. xxv. not. — Adhibuit hoc scholium ex parte Clinton. Fastt. Hellen. T. i. p. 34. not. i., qui fere ut nos correxit, nisi quod lin. 5. οἰκίζειν dedit pro οἰκίσαι.

probante Valcken. p. 105. not. 7. Post πυλῶν importune γε addit Havn. Huc videtur respexisse Hesychius ἀμπείρας· διχάσας, monetque Matth. eodem modo ἐμπείραντες Homer. Il. β', 426. in ἀμπείραντες ex codd. mutatum esse. Intelligitur vero ea poena, quam innuit Seneca Epistt. xiv.: *adactum per medium hominem, qui per os emergat, stipitem.* Eandem barbarus Thoas Orestae et amicis poenam minatur ap. Eurip. Iph. T. 1430. σκόλοψι πήξωμεν δέμας. cf. Euripidis fragm. ap. Cramer. Aneed. ii. p. 258, 3. τίς ἐσθ' ὁ μέλλων σκόλοπος ἢ λευσμοῦ τυχεῖν; Nerouis vero sive Tarquinii ingenium et barbaros mores haec poena sapit, fama tantum audita Atticis, quanquam etiam Plato rep. ii. p. 362. HSt. de iusto dicens: τελευτῶν πάντα κακὰ παθὼν ἀνασχινδυλευθήσεται καὶ γνώσεται, ὅτι οὐκ εἶναι δίκαιον ἀλλὰ δοκεῖν δεῖ ἐθέλειν (Aesch. Sept. 592.): conf. Platonem Lucianeum Piscat. 2. v. Vindicc. v, 5.

502. στήσω Flor. A. 10. Havn., si Matthiaeo crederes. At voluit sine dubio θήσω hos codices praebere, ut de Florentino saltem testatur Musgr. Vulgata sola apta. πετηνοῖς Havn. θοιναστήριον Flor. 10. Θηρατήριον Havn. Ex hoc fortasse loco Hesychius habet: θοινατήριον· κατάβρωμα, τροφή. Est vero θοινᾶσθαι vox Euripidi familiaris, quod iam annotavit Aristoteles poet. xxii. p. 34. Graef. — v. Eur. Philoct. fr. vii.

504. καταθανεῖν Flor. A. πότμῳ pro μόρῳ Vict. Havn. Vulgatam tuetur etiam X. Π. p. 278. B. κλέπτην γὰρ ὄντα καὶ θεοῦ ῥάπτην φόνου — Οὕτως; ἔδει νιν τῷδε καθανεῖν μόρῳ.

505. X. Π. p. 284. C. τὰ νῦν καταυλίσθητε· καὶ γὰρ εὐφρόνης Οὐ βραχὺ παρῴχηκεν ὡς ὁρῶ μέρος.

506. δεῖ Havn. pro χρή. Quod dubites an recipias, si inveneris ap. X. Π. p. 281. C. δείξωμεν χῶρον ἔνθα νυχεῦσαι δέον et p. 284. C. δείξω γὰρ οἶκον ἔνθα νυχεῦσαι δέον. Tum τ' αὐτόν Flor. A. pro στρατόν.

508. ὑμῖν pro ἡμῖν lemma schol. et ipse, opinor, scholiasta. Saltem ὔμιν debebat. Vs. sq. δ' pro τ' Havn.

510. De *προταινὶ* voce v. Vindice. iii, 54. Pro errore librariorum habuit Bothius scilicet, qui pro ea *πρόταγμα* ponere maluit. Tum *τάξεως* Vict.

511. *ἐγερτί* respicitur ab Hesychio *ἐγερσετῖ*, quem locum ita correxit Valcken. p. 97. A. *ἐγερτί· ἐγρηγόρως.*

512. *δέχεσθαι* Flor. A. Vict. Havn. *δέχεσθε* Flor. 10. De forma Homerica *δέχθαι*, quae ex Aldina fluxit v. Vindicc. iii, 68.

Ibid. *Σόλωνα* pro *Δόλωνα* Ald. Herv. 1.

514. *πτίνας ἀφυλακάν* Flor. A.

515. *πρώταν* coniecisse Scaligerum tradit Barnes., qui cum Aldo rell. interrogationem demum post *πρῶτα* ponit. Quod correctum a Tyrwhitto adoptarunt Musgr. et editores fere omnes. Contra *πρώτα*, ad priora referentes, ut metro consulerent summo consensu dederunt Lachmannus de chor. syst. p. 148., Bothius, Hermannus p. 305. Sed dum rhythmum adiuvare student, sensus perit. Nam ut concedam verba *πρώτα ἀμείβει* cum Lindemanno verti posse: *Wer löst mich ab zunächst*, quanquam exempla non suppetunt, tamen non possunt significare: *quae me sequitur*, nisi vigiliae plures restent, quarum illa prima succedat, atque alia *δευτέρα*, alia *τρίτη*. Iam cum soli Lycii supersint, quibus quinta pars noctis contigerat, apparet non potuisse milites dicere: *τίς ἀμείβει τὰν ἐμὰν πρῶτα*, sed potius *ἐσχάτη* expectaveris, quia una tantum vigilia eaque ultima reliqua est. Unde perspicitur *πρῶτα* verum esse neque ad priora pertinere, nam obstat idem argumentum quo modo usus sum, sed ad *σημεῖα*, ut etiam scholiasta et Parmeniscus ap. hunc lin. 15. intellexit. — *πρῶτα σημεῖα Scorpium* appellatum esse a veteribus et glossa interlinearis docet et Parmeniscus l. l. De rebus astronomicis et de scholio v. ad vs. 517. Pro *πρῶτα* infelicissime Reisk. coni. *τὰν ἐμὰν ὦπα meam vocem*. Ceterum quomodo hoc carmen inter personas singulas distribuendum censuerit, Hermannus docet p. 305. et uberius ap. Lindem. p. 12.

516. ἑπτάπορος Flor. A. De Pleiadis epitheto ἑπτάπορος v. Vindicc. v, 12.

517. Πληϊάδες Havn. et schol. ad vs. 515. lin. 26. μέσαι Flor. 10. μέσον Vict. μέσα οὐρανοῦ exquisitius dictum est pro ἐν μέσῳ; quod aevi Alexandrini indicium habuit Bernhardyus Synt. Gr. p. 138. Eiusdem aetatis vestigium Muellerus prolegg. mythol. nescio quo loco putavit signum Aquilae *) commemoratum, quod Euripidis aetate contendit ignotum fuisse. Id cum per se non est probabile, tum nescio an aperte fragmentum adversetur, quod Ibyco alii adscribunt, alii Bacchylidi. Ut Ibycea proferuntur ab schol. Aristoph. Avv. 192. ποτᾶται δ' ἐν ἀλλοτρίῳ χάει. Bacchylidis nomine laudat schol. Hesiodi Theogon. 116.: Βακχυλίδης δὲ Χάος τὸν ἀέρα ὠνόμασε λέγων περὶ τοῦ Ἀετοῦ· νωμᾶται δ' ἐν ἀτρυγέτῳ χάει. Non diversa poetarum loca esse, praeeunte Ruhnkenio, Dindorf. ad Aristoph. scholia p. 421. statuit et Neuius ad Bacchylidis fragmm. p. 70. Ipse versus ita videtur legendus: ποτᾶται δ' ἐν ἀτρυγέτῳ χάει; nam ἀλλοτρίῳ ex Aristophane fluxit et νωμᾶται de aquila vix dici potest. Contra Schneidew. Ibyc. p. 202. et Ibycum et Bacchylidem eundem versum paucis mutatis usurpasse censet, illum ποτᾶται, hunc νωμᾶται ratus scripsisse. Sed quidquid est, si poeta haec de aquila protulit, non intelligere possum nisi de Aquila coelesti, quod confirmat praeter Rhesi locum Manil. Astron. i, 351. Bentl., a Beckio p. 458. laudatus: *Tum magni Iovis ales fertur in altum, Assueto volitans gestet ceu fulmina mundi.* add. ὑπερποτᾶτο de Aurora ap. Lycophr. Cass. 17. cf. schol. Eur. Orest. 995. Matth.

Ibid. Astronomica quod attinet veterum quidam erraruṇt aeque atque recentiores. Nam Crates ap. schol. ad vs. 515. Πλειάδες αἰθέριαι de occasu Vergiliarum intellexit. Quo tota constellatio falsa evasit; quare Crates

*) Scripsi vero Ἀετὸς pro vulgata Αἰετὸς iubentibus Piersono ad Moerid. p. 231. et Porsono ad Hecubam praef. p. vi. ed. iii. Lips. Αἰετὸς etiam schol. ad vs. 515. lin. 32. legisse videtur.

Euripidis iuventutem huius erroris causam fecit — v. Vindicc. iii, 11. v, 31. Cum vero αἰθέριος tale quid sit, quod *in coelo conspici* possit, apparet adhiberi multo aptius de ortu stellae, quam de occasu, ubi tempus definire velis. Itaque laudandus est Parmeniscus, quod matutinum — v. vs. 521. ἀὼς πέλας — Vergiliarum ortum significari vidit. Omnino vero non errassent viri docti, si vernum tempus fingi cogitassent. Vere enim advenisse Rhesum et plerique omnes, qui eius res tradiderunt, statuere *), et aperte monstrat lusciniae cantus vs. 530. sqq. commemoratus. Nam apposite Sappho ap. schol. Soph. El. 147. (Neuii fragmm. p. 15.) Ἥρος ἄγγελος ἰμερόφωνος ἀηδών et Homerus Od. τ', 518. ὡς ὅτε Πανδαρέου κούρη, χλωρηΐς ἀηδών, Καλὸν ἀείδησιν ἔαρος νέον ἰσταμένοιο; unde est ἀηδόνες εἰαριναί ap. Simonidem p. 119. Schneidewin. Idem confirmat constellatio, quae matutino Vergiliarum ortui apte respondet; contra mane occidentibus Vergiliis non posse Aquilam medio in coelo esse, iam vidit Crates. Rem satis illustratam a Scaligero Prolegg. in Manil. p. vii. et Petavio Uranologio dissertt. var. v, 14. p. 221. sqq. infelicissimo acumine obscurare aggressus est Sam. Petitus Miscell. p. 188. sqq. **) Qui cum mallet falsa docere, quam sequi Scaligerum, denuo hibernum esse tempus, matutinum occasum Vergiliarum intelligi, alia protulit, non digna quae memorentur, et eiusdem pravae doctrinae, cuius, qui vult, notitiam sibi parare potest ex nota mea ad vs. 534. circa fin. — Tempus vero definivit Euripides ex Homero; qui cum Iliad. κ', 251. cecinisset: μάλα γὰρ νὺξ ἄνεται, ἐγγύθι δ' ἠὼς· Ἄστρα δὲ δὴ προβέβηκε, παρώχηκεν δὲ πλέων νύξ, Τῶν δύο μοιράων, τριτάτη δ' ἔτι μοῖρα λέλειπται: id accuratius expressit Euripides. Itaque cum Auroram vicinam esse

*) Quanquam nonnulli ap. Eustath. Il. κ'. p. 787, 15. hieme Rhesi adventum ponunt.

**) Hunc sequi videtur, qui omnia falsa venatur, Lindemannus in interpretatione: *Schon sinkt das helle* (sic) *Gestirn und das Siebengespann dort der Pleiaden im Blau.*

proxime sequentia probent, et item ver: Pleiades, quarum matutinus ortus initium veris significabat, ut vel nomen Vergiliae et cum aliis Hesiodus docet, *oriantur* oportet, dum quae πρῶτα dicuntur *σημεῖα* *) occidunt et

*) *Πρῶτα σημεῖα* Scorpium significare, non probavit scholiasta et Parmeniscus Idelero filio, quem de hoc scholio consului. At idem tradit etiam Theo (et schol.) ad Arati Phaenom. 719. (p. 327. T. i. Buhl.) *καὶ καθ' ὃν καιρὸν τοῦ Κήτους τήν τε λοφιὰν καὶ τὴν οὐρὰν ἐκ τῶν νοτίων μερῶν ἀνατέλλειν, τότε καὶ Ἀρκτοφύλαξ ἄρχεται μετὰ τοῦ πρώτου ζῳδίου δύνειν, τουτέστι Σκορπίου, ὅς ἐστι κατὰ διάμετρον Ταύρῳ.* Recte quidem Idelerus, amicus doctissimus contendit Scorpium *πρῶτον σημεῖον* non vocari posse, nisi comparatum cum aliis sideribus; sed mirum errorem Parmenisci hunc non iure vocat. Videndum potius, an ob initium anni ita vocatus sit, aut quod est ex iis sideribus, quae primum locum tenent Nam eam ob causam, puto, coniungitur a scholiasta cum Boote lin. 17., qui inter ea est sidera, quae primo oriuntur et postremo occidunt; quare *ἀειφανῆ* vocabantur. v. schol. Arati Phaen. 582. 721. Tum *Cleostratus Tenedius*, lin. 18, commemoratus quo tempore vixisset, non ausus est definire Idelerus Chronolog. Gr. i p. 305. Sed videtur aetas satis accurate posse constitui. Nam cum Plinius Hist. nat. ii, 6. [8.] scribat: *Obliquitatem eius* [signiferi] *intellexisse — Anaximander Milesius traditur, Olympiade quinquagesima octava* [v. Clinton. Fastt. Hellen. ad annum 547.]. *Signa* [scilicet *haedos* ut refert Hygin. l. infra l.] *deinde in eo Cleostratus*, cumque Censorinus de die natali c. xxviii. tradat: *hanc ὀκταετηρίδα vulgo creditum est ab Eudoxo Cnidio institutam; sed hanc Cleostratum Tenedium primum ferunt composuisse, et postea alios alter, — ut fecit Harpalus* cet.: huius aetas, si fides est his auctoribus, inter Olymp. lviii. cadit et lxxi., quo tempore Harpalus floruit. cf. Dodwell. de cyclis iii, 21. Titulum operis Cleostratei novimus ex Athenaeo vii. p. 278. B. ubi legitur; *ὁ δὲ ὑροδαίδαλος Ἀρχέστρατος ἐν τῇ Γαστρολογίᾳ* (*οὕτως γὰρ ἐπιγράψεσθαι φησι Ἀνδρῶν ἐν τοῖς περὶ Κωμῳδίας ὡς τὴν Κλεοστράτου Ἀστρολογίαν*) *κτλ.* Satis diu patienter tulerunt viri docti corruptam librorum lectionem *Κλεοστράτου Γαστρολογίαν* — v. Schweigh. animadvv. T. iv. p. 57. — Aliud mendum, ni fallor, latet adhuc sic corrigendum: *οὕτως γὰρ ἐπιγράψεσθαι — πρὸς τὴν Κλεοστράτου Ἀστρολογίαν.* Neque enim probabile est, solius farmae causa Lycophronem hoc exemplo usum esse, sed quia parodia erat Archestrati carmen, quod egregie confirmat schol. Rhesi, unde apparet etiam opus Cleostrateum, ut antea ex sola aetate auctoris coniici potuit, versibus fuisse conscriptum. Alii fortasse *εἰς* pro *ὡς* scribi malint, aut *ὡς* pro *πρὸς* dictum putent; mihi quod dedi solum placet. Cum vero Archestratus ita scripsisse videatur, ut ex tempore anni doceret, quid quoque die edendum, quid non edendum sit, ita Cleostratum quoque, ut Hesiodus fecit et Aratus, in carmine suo didactico ex siderum positione vitam rusticam constituisse

Aquila culminatur. Quare praeclare Parmeniscus vel alius in schol. ad vs. 515. lin. 14. ὥςτε τριχόθεν τὸν καιρὸν ὑπὸ φυλάκων δηλοῦσθαι· ὑπὸ τῆς δύσεως, ἀνατολῆς καὶ μεσουρανήματος. Ceterum cum nil intentatum relinquere vellent viri docti, etiam in diem ipsum accuratius inquisiverunt. Eum iam veteres astronomos perscrutatos esse, nunc discimus ex scholiis Vaticanis ad vs. 515., ubi inde a lin. 33. talia afferuntur loco corruptissimo, quae ex hac quaestione fluxerunt. Nam cum Menecrates, *) qui diserte hunc locum Rhesi explicuisse videtur, in Geminis Solem **) tum fuisse doceret, alii in extremis partibus

---

probabile est. Quod si verum sit, recte statuisse videor Cleostrati carmen ab Archestrato irrisum esse. Nam hanc ob causam Archestratus ab Athenaeo vocatur vii. p. 310. A. ὁ τῶν ὀψοφάγων Ἡσίοδος ἢ Θέογνις. De Cleostrato v. praeterea Scylax Peripl. p. 85. Gron. Τένεδος — ὅθεν Κλεόστρατος ὁ Ἀστρολόγος ἐστί. Fabric. Bibl. Gr. T. iv. p. 7. Harl. Hygin. Poet. Astron. ii, 13. p. 448. —

Reliqua, quae in scholio ad vs. 515. mutavi haec sunt: Lin. 3. ὅτε τὸν Ῥῆσον ἐδίδασκε iam emendavit Elmsleius ad Soph. Oed. Col. 1518. not. — Lin. 4. pro πλειάδων κ..... δυομένων dedi Πλειάδων, καθώς φησι, δυομένων. Id enim magis placet, quam καὶ ἄστρων aut καὶ Σκορπίου. Lin 5. pro ὅτι posses etiam ἐπὶ corrigere. Lin. 23. ne λέγῃ necessarium dicas v. Reisig. de ἄν partic. p. 103. — Lin. 25. ἐκ τοῦ ἀποτμήματος scribendum suspicatur Idelerus. — Lin. 28. scripsi τὰ πρῶτα σημεῖα τῆς ϙρουρᾶς εἰς δύσιν κεχώρηκεν, ut supra legitur lin. 11. τὰ πρῶτα σημεῖα τῆς φυλακῆς φησὶ δύεσθαι; vulgo pro ϙρουρᾶς extat ὥρας, quod defendit Idelerus monens, signiferum in duodecim signa (ζῳδια), sive viginti quatuor horas dividi. — De iis quae inde a lin. 33. leguntur v. summa pagina haec.

*) *Menecrates* qui intelligendus sit, certo constitui nequit. Cum vero grammaticus Ephesius dicatur Arati magister a Suida s. v. Ἄρατος, Σολεύς, probabile est, hunc significari. Eundem inter eos, qui architecturae laude floruerunt, commemoraverit Ausonius Mosella vs. 307., si recte Scaliger lectt. Auson. i, 4. distinxit: *hic clari viguere Menecratis artes, Atque Ephesi spectata manus.*

**) Solem hoc signo indicari animadvertit LDindorfius, qui vellem etiam alterum compendium illustrasset. De priore locutus est Weichert. *Ueber das Leben u. Gedicht des Apollonius Rh.* p 47. sqq. qui laudat Bast. ad Gregor. Cor. p. 834. not. Schaef. Schaeferum ad Hemsterh. Ar. Plut. p. xli. sqq.

Cancri cum statuerunt. Quod videantur conclusisse ex Luna, apud Euripidem commemorata, quanquam adeo illa verba obscura sunt, ut acutioribus explicanda libenter committam. Recentiorum in Tauro Solem esse statuerunt Petavius l. l. p. 222. et Miltonus; contra Scaligero pauxillis diebus a Iugo abesse videbatur, tempus cadere rato inter xxxi. Maii et viii. Iunii, qui esset dies v. aut vi. mensis Thargelionis, cuius die xxiii. captum est Ilium. cf. Boeckh. Corp. Inscr. Gr. T. ii. p. 328. Quae etsi recte in universum sint disputata, quatenus intelligere licet homini rerum astronomicarum parum perito, tamen in eo errasse videtur vir summus, quod confecit haec ex Lunae ortu matutino, qui vs. 520. non potuit significari. Quare rectius ita statuere videor: Troia capta est secundum veterum iudicia mensis Thargel. d. xxiii. (Iunii d. xi. v. Boeckh. l. l.); eo anno matutinus Vergiliarum ortus cadit Munychionis d. xxvii. (Maii d. xvi.); intercedunt igitur quatuor fere hebdomades inter Rhesi caedem et captam Troiam, quae ratio verisimilitudini, quam Euripides semper sectatur, congruit. Recte igitur ii, quos nominavi, in Tauro Solem fuisse contenderunt — cf. Krusii *Hellas* T. i. p. 253. et proxime a vero abest Menecrates.

519. *ἔγρεσθε πρὸς φυλακάν.* libri et editt. *ἔγρεσθ' εἰς* q. Matth. ex coni. ob antistrophum (536.), quod recepit LDind. Eodem modo libri inter *εἰς* et *πρὸς* variant in Rheso 282. 758. cf. Eur. Alc. 618. Monk. 608. 1121. GDind. — Similiter verba composuit Euripides Phaetonte fr. ii, 29, *ἔγρονται εἰς βοτάναν — συζυγίαι.* — Quae coniectura lenissima cum audacior visa esset Bothio, *πρὸς φυλακάν ἔγρεσθ'!* scripsit, quod nemini arridebit. At Hermannus quoque non facit nobiscum et integrum hunc versum putavit, correcto antistropho, ubi v. not. Contra GDind.

Gaisford. poett. minn. T. i. p. 113. Casaubon. ad Strabon. T. vii. p. 439. not. ult. p. 744. Friedem.; add. Bakius ad Cleomed. ii, 4. p. 455. Ideler. ad Aristot. Meteorol. iii, 2, 3. T. ii. p. 270.

utrumque locum intactum reliquit, in praef. p. xxi. monens, difficile esse dictu, utrum stropha an antistropha subierit corruptelam; sed verba πρὸς φυλακὴν sanissima esse. — Quod habuerit *X. Π.* non certum est, ubi legitur p. 285. B. ἔγρεσθ' ἔγρεσθε, τί γυναῖκες μέλλετε; ἔξιτ' ἄπιτε βαιὸν ὡς πρὸς τὴν πόλιν, et p. 287. D. ἔγρεσθ' ἔγρεσθε γυναῖκες μέλλετε — Οὐ λεύσσετ' ἐς μηνίδος αἴγλαν παμφαῆ.

520. μηνίδος pro μηνάδος *X. Π.* l. modo l., quod tamen non praeferam. Ipsa poetae verba male interpretati sunt interpretes. Vertunt: *Nonne videtis Lunae splendorem?* et cogitant de Lunae ortu, ut Scaliger. praef. ad Manilium p. vii. *Lunam ex orizonte se primum efferentem* commemorat; cf. Sam. Petit. Miscell. p. 188. At sensus alius sit necesse esse, non fugiet eum, qui attenderit. Etenim appropinquantis Aurorae indicia afferuntur, cui aptior, quam occasus, Lunae est ortus. Quod intellexit etiam Hermannus p. 270. sq. *Nam quod legitur,* inquit, οὐ λεύσσετε μηνάδος αἴγλαν, *quis contendat non posse nisi de ortu lunae intelligi, praesertim cum vocabulum illud* μηνὰς *non alibi sit inventum, neque constet, lunamne an lucem lunae eamque pallescentem significet, id quod suadere videntur proxima verba* ἀὼς δὴ πέλας, ἀώς, *quibus indicatur eam lucem signum esse appropinquantis aurorae?* Quorum non suadet, diversa esse *Μήνη* et *Μηνάς*, et recte, puto, iam Musgrav.: *Sic matrem Mercurii promiscue vocant* Μαῖαν *et* Μαιάδα. cf. Eustath. ad Od. ξ'. p. 1766. ad Dionys. 229. Alterum enim formam adiectivi prae se fert, ut subaudiendum sit θεά. Usurpant vero promiscue πόρνη et πορνάς, φοίβη et φοιβάς, λύσσα et λυσσάς (Timotheus Miles. ap. Plutarch. de aud. poett. c. iv. extr. cf. de superstit. c. x. Sidon. Apoll. carm. xv, 2.). Itaque in re incerta *Μήνη* et μηνάς non differe probabiliter pono. Idem Lindemannus statuit, qui p. 13. interrogationis signum sustulit, vertens: *Non est, quem videtis* (sic), *lunae splendor, sed aurora iam appropinquat.* Ad quae recte Hermannus an-

notavit: *Vereor ne non tollendum sit signum interrogationis. Num non solum languere hoc videtur, si dicet, Non videtis lunae splendorem, quod certe dicendum erat* οὐ νὺξ ἔτι, *sed etiam quod praegressa verba interrogantis sunt, concinnitas postulare videtur, haec quoque ut eodem modo dicantur. Et poterunt rectissime si sic intelligas: Non videtis lunae lumen, quale sit i. e. quam evanescat? Credibile est pallentem in scena lunam esse ostensam.* Id iure suo negasse mihi videtur Lobeck. Aglaoph. p. 118., ubi sidera non spectanda proposita, sed pro spectatis accepta contendit vir doctissimus. Quodsi verum est, nullus spectator intelligere potuit, qualis Lunae splendor intelligendus sit. Itaque aut non apte locutum esse Euripidem necesse est, aut aliter interpretanda haec verba. Est vero αἴγλη ea vox, quae non recte accepta videatur. Similiter hac usus est Sophocl. Philoct. 830. de somno: ὄμμασι δ' ἀντίσχοις τάνδ' αἴγλαν, ἃ τέταται τανῦν, ubi itidem perverse Hermannus explicat: *lumen quale est, quod nullum est, sed nox.* Contra ἀχλὺν ex Wakefieldii coni. dedit Erfurdt., quo sensus bene constituitur. At idem significare αἴγλην, primus docuit Welcker. in Niebuhrii Museo Rhen. T. ii. p. 125. sqq. Nam cum αἴγλη secundum grammaticos plurimis significationibus inserviat — v. Bekker. Anecdd. p. 354. Eustath. ad Iliad. ϰ'. p. 823, 28. et quos laudat Welckerus —: ea mihi videtur prima notio, ut *alba omnia* indicet. Hinc factum est, ut aleārum iactus, cui puncta deerant, ita nuncuparetur, hinc fascia et vestis et ipsum lumen, quia albae res plerumque splendent. Luna contrarium patitur. Quae cum albescit, etiam evanescit. Itaque μηνάδος αἴγλη est *Lunae pallor.*

521. ἀὼς δὲ πέλας, ἀὼς δὴ γίν. Flor. 10. δὴ addit etiam Flor. A. — X. Π. p. 287. D. ἀὼς πέλας, ἀὼς ὅδ' ἀστὴρ ἔγγιος.

522. καί τις πρὸ δύμων. ὅδε γάρ ἐστιν ἀνήρ Ald. rell. πρὸς δόμων Flor. 1. οὐδέ γ' ἐστὶν ἀστήρ Vict. Havn. ὅδε γ' ἔστιν ἀστήρ Flor. A. ἀστήρ etiam Par. G. Harl.

Flor. 1. 2. 10. et alius codex ap. Victor. Accedit *X. Il.* loco ad priorem vs. laudato. — *ὧδε γάρ ἐστιν ἀνήρ hic adest enim homo*, qui successorem quaerit, Heathius dedit, nempe metro et sententia postulante. Aliter vulgatam tentavit Barnes. *καὶ τίς πρὸ δόμων; ὅδε γάρ ἐστιν ἀνήρ. Et quis prae foribus? Aliquis enim vir hic adest.* Adoptavit Musgr., sed in notis coni. *καὶ τίς προδρομὼν* (sic) *Ὅδε πάρεστιν* (vel metri gratia *ὅδε γ' ἔστιν*) *ἀστήρ*; Codices secuti sunt recentiores Matth. Both. Dindd., qui *καί τις πρὸ δόμων ὅδε γ' ἐστὶν ἀστήρ.* dederunt mira sententia. Nam ut nihil dicam de domibus, quae minime conveniunt Troianis, cum ne tentoria quidem habuerint, nive magis Sithonia friget sententia: *Aurora appropinquat et ante domos haec aliqua stella est.* Non magis placet, quod Hermannus p. 305. coniecit: *καί τις προμολὼν ὅδε γ' ἐστὶν ἀστήρ* vel *ὅδε γ' εἶσιν ἀστήρ*, quod *abibit* [v. Soph. Oed. C. 1352.] vertit et ex Homero petitum contendit *ἄστρα δὲ δὴ προβέβηκε κτλ.* — Aptissimâ sententiâ ex coni. scripsi *καί τις προδρόμων ὅδε γ' ἐστὶν ἀστήρ.* Nam diei appropinquantis indicia afferuntur. In his quis absentem ferat Luciferum, quem vocat Io Chius (ap. Suidam *διθυραμβοδιδάσκαλος* et alios) *ἀελίου λευκοπτέρυγα πρόδρομον?* Adde de eodem Homer. Od. *ν'*, 94. *ἔρχεται ἀγγέλλων φάος Ἠοῦς ἠριγενείης* et Il. *ψ'*, 226. *εἶσι φόως ἐρέφον.* Ovid. Trist. iii, 5. extr. *Hunc utinam nitidi Solis praeuntius ortum Afferat admisso Lucifer albus equo.* — Suboluit tale quid Bothio, qui: *πρὸ δόμων*, inquit, *ante aedes Aurorae, i. e. praecursor, Lucifer*, et similiter Lindemannus: *Schon steht vor dem Thor Das Gestirn des Tages;* quanquam vulgata minime ita potest explicari. Sensus igitur est: *Aurora appropinquat et aliquis ex eius praecursoribus Lucifer iste est.* Plurali vero uti maluit poeta non solum quia alia diei indicia iam attulerat, sed etiam quod in sequentibus lusciniae cantus et pastorum carmina commemorantur. Ceterum tam lenis est correctio, ut dubia esse nequeat. Similiter *δόμος* et *δρό-*

μος *) confunduntur ap. Hesiodum — v. Mützell. de emend. Theog. Hes. p. 202., δρόμος pro δύμος scripsit etiam Boeckh. in versibus Pherenici ap. schol. Pindari Olymp. iii, 28. ubi v. not. et contrario errore δόμος in δρόμος abiit ap. Eur. Bacch. 1166. Ceterum non apertum est, an idem voluerit Musgravius, cuius coniecturam ne commemoravit quidem Matthiaeus. Ego saltem verum reperi, antequam, similia coniecisse Musgravium, compertum habui.

523. φυλακὰν Flor. 10. De lacuna v. ad vs. 525. extr. Ceterum Ἡμίχορος scripsi cum codd. et edd. antiquis pro Ἡμιχόριον, quod recentiores occupat omnes, auctore Lobeck. ad Soph. Ai. p. 380. not. Aliter olim statuit Seidlerus ad Eur. Troadd. p. 21.

525. φασιν Κόρυβον Ald. rell. φασι Par. G. Harl. Flor. 1. 2. 10. Havn. Κόρυβον Par. G. Harl. Κόρυμβον Havn. Κόροιβον ex Virgil. Aeneid. ii, 341. post Brodaeum dedit Barnes., quem secuti sunt reliqui; temere, opinor. Nam quod codices habere videntur omnes Κόρυβος, id tuetur etiam scholiasta Vaticanus, ubi ad vs. 4. lin.

---

*) Recte legi videtur πρόδρομος in fragmento Aeschyli (374.) ap. schol. Theocrit. ii, 36. (cf. Aristid. T. i. p. 17. Iebb.) ἱδρύοντο δὲ αὐτὴν (τὴν Ἑκάτην) καὶ πρὸ τῶν θυρῶν, ὡς φησιν Αἰσχύλος· Δέσποιν' Ἑκάτη τῶν βασιλείων πρόδρομος μελάθρων. Blomfield. ad Aesch. Sept Gloss. 196. πρόδομος coniecit, quod unus Theocriti liber exhibet, et recepit Lobeck. Aglaoph. p. 1336. Mihi vulgata defendi posse videtur. Introeuntibus enim quasi πρόδρομος erat Hecate, quam ἐπιεικῶς ἐν ταῖς πρὸ τῶν πυλῶν ἱδρύοντο τριόδοις (Plutarch. apophth. regg. p. 59. T. ii. Tauchn.) Et πρόδρομος etiam de rebus immobilibus dici posse, concedet, opinor, qui considerarit, videri eas nobis appropinquare, dum ad eas pergimus. Accedit, quod Hecate in triviis *vagari* cogitabatur ipsamque deam intelligendam, neque vero de statua cogitandum esse probaverit Aristides. De tempore Eubulus habet ap. Athenaeum iii. p. 108. c. δεῖπνου πρόδρομον ἄριστον, ut Euripides χρόνου πόδα. Περίδρομον στρατοῦ fossam dixit Carcinus, quem locum laudavi ad vs. 112. et in Eurip. Cresph. fr. 1. Sparta vocatur ὄρεσι περίδρομος. cf. Electr. 458. περιδρόμῳ ἴτυος ἕδρᾳ. v. Liebel. ad Archiloch. p. 89. sq. Nolo vero advocare scholiastam Eur. Phoen. 296. Matth. πρόδρομος· ἔμπροσθεν τῶν δόμων, quia hic alteram lectionem πρόδομος ante oculos habuisse videatur. Ceterum adiectivum πρόδομος damnat Valcken. ad Phoen. 303.

12. *Κορῦβον* et lin. 25. sq. *Κορῦκος* extat, quanquam ad vs. 526. lin. 2. *Κόροιβον* legitur. Videntur igitur libri suadere ut altera forma reponatur. At ex Virgilio correctus est hic locus. Scilicet ibi nulla discrepantia codicum est, ubi Heynius scribit: *Coroebus unice verum, ab Heinsio restitutum ex Κόροιβος*. Vides Graeca ex Virgilio, Virgilium ex Graecis correctum. Itaque si modo ostendi posset ex analogia aliorum nominum, penultimam produci, libenter librorum scripturam retinerem, quam codices defendunt in Etymol. M. p. 249, 6. 577, 32. Zenobii cent. iv. prov. 58. Anthol. Pal. vii, 154. T. i. p. 348. *Κορύμβου* legitur ap. Nicetam de Chariclis et Drosillae rebus iv, 23., quod ex *Κορύβου* ortum vidit Boissonadius. Ceterum Matthiaeus: *Κόροιβος ὁ Μυγδόνος*, inquit, *commemoratur etiam a Pausania x*, 27. [1.] (quem locum iam indicaverat Musgr.) ac si aliunde non notus sit. Rectius Hermannus p. 289. *Nobilem in veteribus historiis Mygdonis filium Coroebum memorat*, v. Vindicc. iii, 40. Possunt de Coroebo conferri Meinek. ad Euphorion. p. 179. Heynius ad Virgil. Aen. ii. excurs. x. p. 250. Huschkius Analectt. crit. p. 189. Boissonadius ad Nicetam l. l. Eustath. ad Od. *κ'*. p. 1669, 46.

Ibid. Praeclare vidit LDindorfius p. 490. sqq. anapaestos, qui strophica sequantur, sibi respondere; quod praesertim docent vss. 528—530. et 545—547. qui utrumque systema claudunt. At periculosum est ex coniectura restituere hanc responsionem, quae librariorum incuria obscurata est. Saltem quae LDindorfius excogitavit, non adoptanda sunt. Censuit enim hunc versum in paroemiacum redigendum esse, quo una cum vs. 523. responderet vss. 540. 541. Quae ratio non apta est. Neque enim attendit, hos duo versus, qui in stropha a duobus pronuntiantur, in antistropha ab uno eodemque proferri, quod non solebat fieri in systematis anapaesticis. Itaque multo probabilius Hermannus p. 305. ap. Lindem. p. 12. post vs. 523. paroemiacum excidisse suspicatus est, quem non dubitavi sequi cum GDind. Versus omissus

ad hunc fere sensum refingi possit: *τίς ἐκηρύχθη πρώτην φυλακὴν Παίσης στρατιᾶς προκαθῆσθαι*; Iam sequitur vs. 525. qui respondet paroemiaco 542., a suspicione libero. Quodsi recte monuit LDindorf., mirari licere, quod semichorus cui de ceteris vigiliis tam bene constaret, vs. 525. de eo qui primam vigiliam obiisset, loqueretur sic, ac si nomen eius per famam tantum incertam accepisset: *Μυγδόνος υἱόν φασι Κόροιβον*, et scholiastam ad vs. 4. illud *φασὶ* non agnoscere, ubi lin. 12. legeretur *πρώτους γὰρ τοὺς περὶ Κόροιβόν φασι φυλάττειν* (sc. milites, aut potius *φησι* sc. Euripides aut Crates), *δευτέρους δὲ Παίονας κτλ.*, cum dicendum fuisset *Κόροιβόν φασι λέγεσθαι φυλάττειν* —: id si consideramus hic versus corruptelae suspicionem movet. Sed donec certa medela inveniatur — neque enim placet, quod scribi possit *Μυγδονίδην φασὶ Κόροιβον* —, retineo vulgatam cum GDind., quia nec LDindorfii coniectura *Μυγδόνος υἱός γε Κόροιβος*, neque Hermanni *Μυγδόνος ὃν φασι Κόροιβον* probabilis est. Ceterum variant plerisque locis libri inter *Μύγδων* et *Μυγδών*. cf. Lobeck. ad Soph. Ai. p. 169., qui vulgarem rationem probat.

526. *Παιόνων* Hervag. 2. Brub. Canter. *Παίων* correxit Barnes. ex Aldina, quae *παίων* habet; *Παιὼν* Matth. rell. — At *Παίων* merito revocavit GDindorfius, auctore Eustathio, opinor, ad Homerum et cum assensu codicum Herodoti, Demosthenis, aliorum. v. omnino Lobeck. ad Sophocl. Ai. p. 164. sq. Quo probante ut videtur, ego quoque vulgarem rationem reliqui, quam non tuetur Etymol. M. p. 583, 38. Quinque vigilias esse ex hoc loco apertum est — v. ad vs. 4.; at ratio paullo intricatior, ut adeo fefellerit Cratetem ap. schol. ad vs. 4. lin. 13., qui Mysos et Cilices eosdem putavit. Similia ii docuere, qui in schol. ad vs. 526. ab Aristarcho refutantur, qui verum vidit, Coroebum Paeonum ducem fingi, ut haec sit series vigiliarum: 1. Paeones, quorum dux Coroebus, 2. Cilices, 3. Mysi, 4. Troiani, 5. Lycii. Eundem ordinem scholiasta ad vs. 527. constituisse videtur, quan-

quam verba sunt corrupta, quae videor mihi certo correxisse. Deinde quaeritur, quo iure Coroebum Paeonum ducem dixerit Euripides. Id adeo incredibile visum est Bothio, ut pro *Παίων* scribi iuberet *Μαίων*; Mygdonem enim secundum Pausan. x, 27. Serv. ad Virgil. Aen. ii., 340. [adde Homer. Il. *γ'*, 186. Zenobium cent, iv. prov. 58. Eustath. ad Od. *κ'*. extr.] Phrygiae regem esse, [Dymantis filium, fratem Hecubae — Eustath. ad Il. *π'*. p. 1083.]; Phrygas vero et Lydos fere eosdem esse. Accedit, quod Mygdonia pars est Phrygiae maioris secundum Stephan. Byz. s. v. et Pausan. x, 27, 1., quanquam id temere negat Heynius exc. x. ad Aen. ii. p. 251. — cf. Mannert. Geogr. Gr. et Rom. T. vi. V. iii. p. 94. Eustath. ad Il. *ι'*. p. 766, 34. Strabo xii. p. 575. c. vii. §. 10. — Lenem esse emendationem largior; sed nusquam Lydorum rex dicitur Mygdon, et Paeonas etiam Crates, Aristarchus et scholiasta invenit. Neque vero explicari nequit vulgata. Nam cum Mygdones et Paeones populi Thraciae essent, apparet, facile fingi potuisse Mygdonis filium ducem Paeonum. Recessit in hoc Euripides ab Homero Il. *β'*, 848., qui Pyraechmem ducem Paeonum facit, quo loco Eustathius p. 359. annotat: *περὶ δὲ Πυραίχμου ἐν τοῖς Πορφυρίου φέρεται, ὅτι Πατρόκλου ἀναίροντος αὐτὸν Ἀστεροπαῖος ἦγε τοὺς Παίονας, ὃν ἔῤῥιψεν Ἀχιλλεύς.*

527. Verba *Μυσοὶ δ' ἡμᾶς* priori semichoro iudicaverunt continuanda Bothius, Hermann., GDind., et habet sane haec ratio, quo commendetur. Neque vero alteri chori parti minus sunt convenientia, quare ob antisystematis incertitudinem, codices duxi sequendos. — *Μυσὸν δ' ἡμεῖς* perperam coni. Reiskius, cum semper dormientes a vigilibus excitari Euripides finxerit. Sequitur tamen Lindemannus in interpretatione: *Der Paeonen Geschwader die Mysier rief Und die Mysier wir.*

528. *πέμπειν* pro *πέμπτην* Havn.

532. *ἡμερα* Flor. A. 1. 2. 10. *ἡμένα* Ald. quod etiam scholiasta legisse videtur, siquidem, praeeunte Hermanno p. 305., recte dederimus lin. 4. *ἐπὶ τοῦ Σιμόεντος*

ἑξομένη. — ἡμέναν Barnes., coniungens cum ἀΐω, quod iure sprevit Musgr., qui Aldinam restituit lectionem cum rell. — ὑμέναν coni. Brodaeus per ὕφασμα vel hymenaeum explicans. Hermanni placita et Sam. Petiti somnia v. ad vs. 534. Post Σιμόεντος vett. edd. distingunt, idque sequitur Heath., qui priorem versum sic interpretatur: *Atqui audio Simoëntis labentis sonitum.* Male. Unice vera, quam cum Musgr. et Beck. p. 448. recentiores dederunt, post ἀΐω plena interpunctio, ut iam scholiasta intellexit, qui ὡς supplet, quod coniectura inferre voluit Reisk., Euripidem scripsisse ratus: καὶ μὴν ἄϊ' (ἄϊε *audi*) ὡς Σιμόεντος Ἡμέναν (pro ἀνὰ) κοίτας φονίας hoc sensu: *Atqui audi quomodo sedens in Simoëntis cubilibus sanguinolentis.* Hunc in interpretatione verborum Σιμ. ἡμ. κοίτας φονίας secutus est Bothius: *sedens in Simoëntis cubilibus, i. e. ripis, sanguineis.* φονίας *propter occisos ibi in diuturno bello. Virgil. Aen. i,* 100. *Ubi tot Simoïs correpta sub undis Scuta virum galeasque et fortia corpora volvit.* Quae explicatio festiva quidem cum admitti posse non videatur, quia κοῖται fluminis non dicuntur, et multo aptius ad lusciniam haec referuntur, ita verto locum: *sedens ad Simoëntem luget, cruentas nuptias* *) *luscinia,* quemadmodum alter scholiasta praeivit, quanquam prior ἐπὶ κοίτης Σιμ. coniunxerit contra suam ipsius sententiam; quare κοίτης iure uncis inclusisse Hermannus videtur p. 305., nisi ille φονίας μερίμνας per τὴν μίξιν explicuit. Quodsi in constructione Σιμόεντος ἡμένα offenderis, tuentur Thucyd. i, 36. de Corcyra τῆς τε γὰρ Ἰταλίας καὶ Σικελίας καλῶς παράπλου κεῖται, quod idem i, 44. ἐν παράπλῳ dixit. cf. eundem iii, 92. τοῦ πρὸς Ἀθηναίους πολέμου καλῶς ἐδόκει αὐτοῖς ἡ πόλις καθίστασθαι et ibidem τῆς ἐπὶ Θρᾴκης παρόδου χρησίμως ἔξειν. cf. Matth. Gr. Gr. p. 645. et 691.

---

*) Significatur stuprum Philomelae, et quae id secuta est caedes Ityos. v. historiam ex cod. Lips. in Sophoclis ed. Teubner. a LDind. curata p. xxvii. Prob. ad Virg. Ecl. vi, 79. alios.

533. φονίας Ald. reli. et lemma schol. φοινίας Flor. A. 10., quod recepi cum Bothio, Hermanno p. 306., GDind. — Φρηνεῖ pro ὑμνεῖ varia lectio est ap. schol. vs. 532., ex interpretatione orta. πολυχορδοτάταν Flor. 10.

534. ἁ παιδολέτωρ Havn. idem scilicet, qui Πληϊάδες in stropha (517.) exhibet. ἀηδὼν suprascripto ἀηδονὶς lemma schol. μέριμνα Ald. reli. μερίμνας vel μέριμναν scribendum esse vidit Heathius. Hoc etiam Reiskio in mentem venit — qui praeterea παιδολέτειραν contra metrum scripsit — et recepit Matth. in textu, et Bothius, hoc praefercus alteri, nescio quo homoeoteleuto offensus. Alterum μερίμνας Musgravius probavit et recep. Dindd. et rectius quam μέριμναν vocat Matthiaeus in notis; quo iure non intelligo; fortasse ob eam rationem, de qua dixi ad vs. 390. — Ego μέριμναν scripsi, quia codicum, de quorum scriptura non constat, Flor. 10. πολυχορδοτάταν habet, quod correctoris esse videtur, ad μέριμναν referentis. μεριμνᾷ in margine ut aliorum, Petiti opinor, notavit lectionem Barnes. — Constructio est: luscinia ὑμνεῖ μέριμναν ποίτης φονίας. — Editionum lectionem μέριμνα nuper denuo defendit Hermann. p. 305. sq. ap. Lindem. p. 13., ἀηδονὶς adiectivum statuens pro ἀηδόνιος, quem ad modum iam Barnes. explicuerat per ἀηδὼν μεριμνῶσα *luscinlosa cura*, de qua interpretatione iure Heathius dixit: *cras credam*. Neque enim hue referri posse Aesch. Suppl. 60. δοξάσει τις ἀκούων ὅπα τᾶς Τηρείας μήτιδος οἰκτρᾶς ἀλόχου, locum qui accuratius consideret, intelliget. cf. not. ad vs. 217. p. 127. Errat vero Matthiaeus, cui videbatur Beckius etiam p. 449. vulgatam defendisse. Praeterea autem Hermannus, ἡμένα pro correctione habens, ex scholiastae interpretatione ἑζομένη orta, ob codicum scripturam ἥμερα scripsit: καὶ μὴν αἴθω, Σιμόεντος ἃ πέραν κοίτας φοινίας ὑμνεῖ — ἀηδονὶς μέριμνα. Obstat non solum, quod adiectivum ἀηδονὶς nusquam repertum est et ἀηδονὶς μέριμνα exemplis vix defendi possit, sed magis etiam scholiasta, qui si πέραν invenisset, non ἐπὶ ad Σιμόεντος subaudiendum putasset. Quae coniectura

si supervacanea videtur, multo magis explodenda sunt Sam. Petiti somnia, qui Miscell. p. 190. sqq. hunc locum tractavit. Addidi vero specimen, quo huius viri prava doctrina, aliis iam notata, penitus cognosceretur. Scripsit: *καὶ μὴν αὖω Σημόεντος Ἡμέναν κοίτας Φωνίας* (sic). *ὑμνεῖ πολυοργοτάτᾳ Γήρυϊ παιδολέτωρ, Μιλησιοὺς, ἀηδῶν, ἷς* (sic) *μεριμνᾷ*. Nempe cum sibi persuasisset, hieme haec geri, locus non erat lusciniae. Eam etiam alias ob causas non apte commemorari contendit. Dicere enim chorum tum primum, imminente aurora, avem illam, quae totam noctem siluisset a se auditam esse. At tradere Plinium Hist. N. x, 29. [43.] *Luscinius diebus ac noctibus continuis quindecim garrulus sine intermissu cantus*, notumque esse: *Flet noctem, ramoque sedens miserabile carmen Integrat et moestis late loca questibus implet*, unde ortum proverbium: *οὐδ' ὅσον ἀηδόνος ὑπνοῦσιν.* *) Ut in aliis locis, poetam aemulatum esse Homero. Ibi enim *ἐρωδιὸν* occurrere Ulixi et Diomedi, cuius vocem audire chorum. Quibus constitutis singula verba explicat. Sedere ardeam ad fluvios, quos amet secundum Aristot. Hist. An. viii, 3. [p. 593, b, 1. Bekk.] *περὶ δὲ τὰς λίμνας καὶ τοὺς ποταμοὺς ἐρωδιὸς τρέφεται* et Eustath. [ad Il. *ϰ'*. p. 804. extr. cf. schol. Il. *ϰ'*, 275. Eustath. ad Il. *ξ'*. p. 995, 13. Serv. ad Virg. Aen. xi, 271.] *ἐρωδιὸς οἰκεῖός ἐστι τοῖς ἑλώδεσι τόποις; φονίας* vero dici *κοίτας*, quod ardeae ova diripiat alauda, teste Aristot. l. l. ix, 1. [p. 609, a, 30. Bekk.], unde inimicitiam esse utriusque, auctore Zopyro apud Eustath. [Il. *ϰ'*. p. 804.?] *πολεμεῖ δὲ* (ardea) *τοῖς βλάπτουσιν, αἰετῷ καὶ ἀλωπεκι καὶ κορύδῳ· τὰ γὰρ ὠὰ αὐτοῦ κολάπτει.* Hinc dici *παιδολέτωρ*, non quod ipsa pullos perimat, sed quia illos in ovis ab alauda

*) Philostr. Her. p. 665. Ol. (18. Boiss.) *οὔπω τῶν ἀηδόνων ἤκουσας, — ἐπειδὰν δ'ελλὴ τε ἔχῃ καὶ ἡμέρα ἄρχηται.* Etiam ipse Euripides Aurorae ortum ex lusciniae voce et pastorum cantu rursus definivit Phaethonte fr. ii. vs. 23. sqq. Dind. Add. Ibycus Schneidewin. p. 121. sq. *Τᾶμος ἀΰπνους κλυτὸς ὄρθρος ἐγείρησιν ἀηδόνας*, ubi non recte *ἀΰπνους* explicuit editor. Luscinius intellige longi somni non indigentes.

direptis perdat. *) *Πολυχορδοτάτᾳ* quanquam ferri possit, praestare *πολυοργοτάτᾳ*, quo acer ardeae clangor exprimatur, ut apud Homerum [Il. κ', 276.] *κλάγξαντος*. *Μελοποιὸν* vocari, quod sollicitos reddat vigiles, ne quid mali acciderit Doloni, ut sequentia doceant, *ἀηδῶν* esse *molestiam creans*, et chorum de se ipso dicere *ἶ; μεριμνᾷ, robur meum angitur*, neque deesse infra timoris vestigia.

536. *ποίμνια* non respondet librorum scripturae in in stropha vs. 519., quare *ποιμνεῖα* maluit Musgr. — *ποίμνια καὶ νυκτιβρ.* pessime Heath. — *ποιμνῆα* Hermannus coniecit p. 298. 306., quam formam agnosceret Etymol. M. p. 678, 54. Videlicet ipsi Hermanno non Attica videtur. cf. Vindicc. iii, 68. et ad vs. 519.

Ibid. *νυκτιδρόμου* Ald. rell. *νυκτὶ δρόμου* Vict. *νυκτιβρόμου* ex coni. Piersoni Veris. p. 34., probata Musgravio, rec. Matth. rell. Cum Piersono faciendum censuit Reisk. aut *νυκτιθρόου* vel *νυκτικρύτου* scribendum.

537. *οἵαν* pro *ἰὰν* Havn.

538. *X. Π.* p. 285. A. *θέλξει δ' ἕδραν ὄμματος ὕπνος πῶς ἄρα;* p. 288. A. *θέλγει δ' ἕδραν ὄμματος ἡδιστός γ' ὕπνος, Ἄδιστος ἄδιστος γὰρ ἐν τοῖς βλεφάροις Ἡδὺς ἔβα παχνουμέναις καρδίαις.*

539. *βλεφάροισι* Ald. rell. *βλεφάροις* coniecit Musgr. in notis et rec. Matth. rell.

540—542. desunt in Flor. 1.

540. *ὃν ναῶν* om. Havn. *νεῶν* Barnes., quod defendit Lachmann. de chorr. systemm. p. 149., hanc epodum statuens. v. ad vs. 544. extr. *νηῶν* coni. Heath. *ναῶν* restituit Musgr.

542. Semichori personam omis. Havn. et hic et vs. 543. 545. *ἄπεστιν ἐμπεσὼν* Flor. A. 10. v. ad vs. sq. — LDind. p. 491. in anapaestum monometrum hunc vs. conatus est redigere ob causas, quas refutavimus ad vs. 525. Qui si *ταρβῶ* vocem non optime respondere dixit iis,

*) Quidni *φονίας κοίτας* explicuit advocato Zopyro ap. schol. Il. κ', 274., ubi secunda species *ἐρωδιῶν* dicitur *πύγαργος, ὃς αἱμορῥαγεῖ διὰ τῶν ὀφθαλμῶν ἐν ταῖς συνουσίαις?*

quae interrogata essent, non assentior. Neque enim perspicio, cur responderi nequeat interroganti, cur speculator non redeat, *metuo*, scilicet ego quoque, *diu enim iam abest.* Subtilius idem, quam verius monuit, hunc semichorum minus timidum quam alterum esse, quare ταρβῶ ei non convenire, quod eiecit et χρόνιος γὰρ ἄπεστ.' scripsit.

543. ἀλλ' εἰ Ald. rell. ἀλλ' ἤ Flor. A. 1. 2. 10. Vict. Havn. ἆλλ' ἤ Par. G. Harl. et Flor. A. ap. Musgr. quod recepit Matth. rell. v. ad vs. sq.

Ibid. εἰςπεσὼν Ald. rell. εἰ; παίσας Flor. A., probantibus Valcken. p. 105. A. et Musgr. c. rell. — Matthiaeus: *In apographo*, inquit, *Hamb. sic scripti sunt hi duo versus, ut* ἔμπεσὼν *sit supra* εἰς παίσας, *quod scire vellem, an in MS. etiam ita factum esset.* Sine dubio ita est. Nam illud ἐμπεσὼν, quod priori versui addunt Flor. A. 10. nonnisi explicatio huius vocis est superscripta, unde in editiones fluxit. v. Hemsterh. ad Aristoph. Plut. 805. Porson. ad Eur. Hec. 115. Meinek. Quaestt. Scen. iii. p. 38. not. et quos supra ad vs. 82. laudavi interpp. ad Gregor. Cor. p. 403. εἰςπίπτων, ut metro succurreret, legit Heath.

544. διόλωλε Ald. rell. διόλωλεν Flor. 1. 2. ὄλωλε Havn. διώλεσεν Flor. A. 10. — μοι post φοβερὸν addunt Flor. A. Harl. Havn. In versu obscurissimo fateor, me nihil videre et nisi libri, qui non satis accurate videntur collati, auxilium afferant, vix quisquam certam medelam invenerit. Duo vero potissimum, ut semper in interpretandis poetis, curanda sunt, ut pressis, quatenus fieri potest, codicum vestigiis et numeri apti sint et sensus idoneus evadat. Sunt vero haec, ut ad stropham cum Dindorfiis et Hermanno statuimus, systemata anapaestica, ut vss. 543. 544. respondeant vss. 526. 527., quorum uterque ex dimetro anapaestico constat. Et in stropha quidem editiones veteres atque etiam codices ut videtur ita distinguunt: *HMIX.* τίς γὰρ ἐπ' αὐτῷ; *HMIX. Κίλικας Παίων Στρατὸς ἤγειρεν. HMIX. Μυσοὶ δ' ἡμᾶς.* Sed au-

ctore Hermanno verba *Μυσοὶ δ' ἡμᾶς* priori semichoro continuavit GDindorfius. Quod nollem factum. Sententiae enim habita ratione, alter semichorus, qui fingitur nescire, quis primam, quis secundam vigiliam subierit, non potuit ignorare, a quo lecto evocatus esset, cum ipsi quarta vigilia contigisset, ut legitur vs. 4. At non sensus solum iubet nos libros sequi, sed metra etiam. Scilicet veteres poetae, ubi systemata anapaestica condiderunt, solebant id curare diligentissime, ut vices personarum strophae responderent accuratissime antistrophae. Quod in Rheso, cuius metra artificiosissima sunt, non licebit impune negligere. Antistrophus (544) vero, ut mihi quidem certissimum videtur, inter utrumque semichorum dividendus est, quare retinenda est editionum lectio vs. 527. Praeterea vs. 543. itidem distribuendus est ut antistrophus (526.). Quod qua ratione efficiendum sit ignoro, sed exempli causa hanc propono coniecturam: *HMIX. ἀλλ' ἢ κρυπτόν. HMIX. λόχον εἰςπαίσας Διόλωλεν τάχ' ἄν. HMIX. ἢ φοβερόν μοι.* Interrogaverat prior semichorus, cur speculator non rediret; respondet alter, se etiam metuere, quia diu iam absit. Iam prior: *At occultum est*, videlicet cur non redeat Dolo, cui coniecturam offert alter semichorus: *Insidiis circumventus fortasse occidit;* ad quae prior: *Profecto terreor.* Haec dum meliora reperiantur, sufficiant. Ex recentioribus solus Hermannus vices personarum restituere conatus est. Qui cum dedisset in dissertatione de Rheso p. 306. *διόλωλε; τάχ' ἄν δ' εἴη φανερόν*, quod tenuit Opuscc. T. iv. p. 382., nuperrime ap. Lindem. p. 13. transpositione locum putavit sanandum hoc modo: *HMIX. φοβερόν κἀμοί γ.' HMIX. ἀλλ' ἢ κρυπτὸν Διόλωλε τάχ' ἄν λόχον εἰςπαίσας.* Quae coniectura elegans sane est, sed nimis a libris recedit. Quae reliqui attulerunt usum non habent, quia vices personarum violant. Recenseho tamen, quia erunt fortasse, qui negent vices personarum restituendas esse. Ac sententia quidem LDindorfii, hunc versum in monometrum redigendum esse, falsis rationibus nititur, ut ad

vs. 525. demonstravi. Reliquae pleraeque omnes praeter metra corrupta sensum pessundant. Nam ut taceam de lectione editionum veterum: ἀλλ' εἰ — διόλωλε, τάχ' ἂν εἴη φοβερόν, quae etiam legibus grammaticis adversatur, et de coniecturis Heathii διόλωλεν, φοβερὸν τάχ' ἄν εἴη, Musgravii ἀλλ' εἰ — διόλωλε τύχᾳ, φοβερόν μοι, aliis: ineptus est sensus verborum τάχ' ἂν εἴη φοβερόν, postquam praecessit: *An periit Dolo insidiis?* Non erat addendum: *Hoc fuerit fortasse terribile*, sed sine dubitatione dicendum erat terribile. Id tamen et Matthiaeus habet, qui in notis dubitat, an scribendum sit: διόλωλε τάχ' ἂν φοβερόν μοι, quo vitetur dactylus anapaesto subiectus, quam coniecturam non satis intelligo, et Dindorfii ediderunt, quorum Ludovicus διόλωλεν ut Matthiaeus scripsit, Guilelmus vero διόλωλε dedit, ἄν potentiale produci ratus, ut probare studet praefat. p. vii. sqq., quod non fecisset, opinor, si Hermanni prudentissimam commentationem de mensura utriusque ἄν legere potuisset Opp. T. iv. p. 377. sqq. Contra alii sententiam ineptam et viderunt et emendare studuerunt. Quod non cessit Bothio, qui in textu διόλωλεν; τάχ' ἂν εἴη φοβερά μοι scripsit, mensura, ut sibi persuasit, dochmiaca, in nota vero τά γ' ἂν εἴη φοβερά μοι coniecit; neque Morstadtio assentior, p. 23. διόλωλεν; τάδ' ἂν εἴη φοβερά tentanti. Restat viri praestantissimi Car. Lachmanni sententia, in libro de choricis systematis p. 29. et p. 149. prodita. Cui quanquam nequeo eatenus accedere, ut epodos et systema habeam et antisystema, ita constituendum: *Τί ποτ' οὐ πελάθει σκοπός, ὃν νεῶν | Ἕκτωρ ὤτρυνε κατόπταν; | ταρβῶ· χρόνιος γὰρ ἄπεστιν. | ἀλλ' ἦ κρυπτὸν λόχον εἰσπαίσας διόλωλε; | τάχ' ἄν. ἦ φοβερόν.* κτλ., tamen id mihi favet, quod perspexit, versum 744. non posse totum ab iisdem pronuntiatum esse. Id concedet, opinor, qui potuerit iudicare et voluerit.

548. οὐκ omis. Havn. ἦ excidit in Herveg. 1. 2. Brub. Canter. sed restituit Barnes. ex Ald. δὴ πανὸς Flor. A. παιὼς Flor. 1. Herv. 2. Brub. Canter. Pro ἦ

κενὸς praebet ὡς ἦκε Havn. ἦ illud omissum dedit ansam coniecturarum Duporto ὡς καινὸς et Scaligero αἰανής.

549. Mutavi distinctionem; verba enim: ἦ κενὸς ψόφος στάζει δι' ὤτων instar parentheseos accipiebantur, ut τευχέων τινὰ κτύπον penderet ab ἤκουσας, quod admodum languet. Id interpunctione emendavi; suspicor tamen, κτύπον et ad ἤκουσας et ad στάζει pertinere hoc sensu: *Nonne audivisti armorum strepitum, an sonus caecus auribus armorum strepitum instillat?* Sic στάζειν transitivo sensu occurrit ap. Homer. Il. τ', 39., ubi Thetis Patroclo στάξε κατὰ ῥινῶν νέκταρ ἐρυθρόν, sic Eumenides apud Aeschyl. Choeph. 1058. ἐξ ὀμμάτων στάζουσιν αἷμα δυσφιλές. Eur. Hipp. 121. Ὠκεανοῦ τις ὕδωρ στάζουσα πέτρα λέγεται. ib. 525. Ἔρως ὃ κατ' ὀμμάτων στάζεις πόθον. cf. Lobeck. ad Soph. Ai. 10. Adde καταστάζειν ap. Sophocl. Laocoont. fr. 342., ubi dicitur Aeneas ἐπ' ὤμων πατέρ' ἔχων κεραυνίου Νώτου καταστάζοντα βύσσινον φάρος. — προςστάζειν est ap. Pindar. Ol. vi, 76. χάρις ποτιστάζει εὐκλέα μορφάν. ἀποστάζειν Aesch. Myrmid. fr. 130. ἀπὸ δ' αὖτε ξουθὸς ἱππαλεκτρυὼν Στάζει κριθέντων φαρμάκων πολὺν πόνον ex Hermanni emendatione Opuscc. v. p. 143. — σταλάσσειν ap. Eur. Androm. 1047. σκηπτὸς σταλάσσων τὸν Ἅιδα φόνον, ubi schol. Ἅιδη αἷμα σπένδων. — λείβειν ap. Aesch. Eum. 54. ἐκ δ' ὀμμάτων λείβουσι δυσφιλῆ βίαν. —

Ibid. κινὸν vel ἡμῖν pro τινὰ coni. Reisk.

551. σιδηροῦν coni. Musgr., *ferreum*, vertens, ob id laudandus, quod sensum perspexit, quem pervertit Bothius coniuncto δεσμὰ σιδήρου pro σιδηρᾶ. Genitivus suspensus est a κλάζει, quod ut ὄζειν, πνεῖν et similia, sonitus modum genitivo exprimit aut adiectivo.

552. ἀραγμῶν Havn. Perperam vertit Lindemann. *Doch auch mich, eh ich bemerkt Der Rosseketten leis' Geklirr, ergriff die Furcht*, ac si ante auditum sonitum metuisset, cum potius ipse hic sonitus ansa timoris fuerat. Sensus est: *Me quoque metus subiit, antequam intellexi sonum istum ab equinis vinculis effici.*

553. ὄρφναν Ald. rell. ὀρφνὴν Flor. 10. Havn. Cor-

rexit Matth. rell.; sed error antiquus. Nam etiam *X. Π.* p. 287. C. *ὅρα κατ' ὄρφναν, μὴ φύλαξιν ἐντύχῃς.*

554. *τι* pro *τοι* Flor. A. et *X. Π.* p. 287. C. *φυλάξομαί τι καὶ πόδ' ἡσυχῶς βαλῶ.* Recte vertit Portus: *Cavebo, etiamsi per tenebras iter faciam,* et eundem sensum expressit Lindem. p. 13.: *Cavebo mihi, ut, etiam per tenebras iens, nihil mali patiar.* Verba enim *κἂν σκότῳ* arctius cum *φυλάξομαι* coniungenda sunt. Inepte vero Musgr.: *κἄν σκότῳ,* inquit, *etiam in tenebris. Quasi vero luce caute incedendum esset; secus aliquando in tenebris,* et coniecit *φυλάξομαί τοι πᾶν, σκ. τ. π.* Male etiam Bothius *καὶ* traiectum ratus vertit: *Atqui cavebo sane, per tenebras ingrediens,* qua in interpretatione ultima verba paene supervacanea sunt. *φυλάξομαι* non ita est: *caute incedam,* quam: *periculum effugiam,* vel *tutus ero.*

555. *ἤ νῦν οὖν* Flor. A.

557. sq. *X. Π.* p. 288. B. *ἃ ἃ· Εὐνὰς ἐρήμους τάς γε φυλάκων ὁρῶ.* Non assecutus est mentem poetae Lindemannus vertendo: *Halt!* (sic) *Hier seh' ich leer von Feinden eine Lagerstatt.*

559. *τάδ' ἔφραζεν* Ald. rell. *τάςδ' ἔφραζεν* ut edid. Canter. praebent Codd.

561. *ποῖ δῆτ'* Par. E. G. — *βέβηκέ πῃ* Ald. rell. *πῃ* GDind. *βέβηκέ ποι* Flor. A. 1. 2. 10. [*ποῖ* secundum Musgr. Flor. A.]. *ποι* recepi, cum quod arrisit Hermanno p. 306. ap. Lindem. p. 13., tum firmatum a *X. Π.* p. 288. B. *τί δῆτ' ἂν εἴη; μῶν λόχος βέβηκέ ποις; Ἴσως ἐφ' ἡμῖν μηχανὴν στείχων τινά; Θρασὺς γὰρ ὄχλος· νῦν δ' ἐπεὶ κρατεῖ θρασύς.* Idem Hermannus dubitavit, an initio quoque *ποῖ* scribendum esset, quod per se non probabile est ob repetitionem et adversatur *X. Π.* — *Λόχον βέβηκέ πῃ* coni. Musgr., *βέβηκε* transitive accipiens: *an cohortem aliquo duxit?* Male. Non melius Bothius: *λόχος, cohors, numerus militum* et Lindemannus: *Gieng etwa die Schaar wohin.* Nam *λόχος* hic est pro *λοχίτης* positum et subiectum Hector.

562. *στείχων* pro *στήσων X. Π.* l. modo l. Hunc

versum cum priori et sequenti Ulixi tribuit Harl. Havn. minus elegantur; quanquam idem etiam auctor *X. Π.* in codice suo reperit, ubi tres versus continui Mariae dantur.

563. *νῦν δ' ἐπεὶ X. Π.* l. ad vs. 561. l. contra sensum. *ἐπικρατεῖ* pro *ἐπεὶ κρατεῖ* Havn. Quam emphasin haberet duplex *θρασύς* non intellexit Musgr. quare *δρᾶσαι γὰρ Ἕκτωρ*, vel *γαυρὸς γὰρ Ἕκτωρ· νῦν* — vel *δράστης γὰρ Ἕ.* auctore Hesychio: *δράστης· πράττειν δυνάμενος, ἢ νοηματικὸς κατ' ἐπιβουλήν* coniecit. Male. Si tanti est cf. exempla a Wuestemanno ad Monkii Alcest. congesta 732. et Elmsl. ad Eur. Bacch. 961.

565. *τόνδ' ἄνδρ'* Ald. rell. *τὸν ἄνδρ'* Flor. 10. Havn., quod merito rec. Both. Dindd. Eadem confusio est vs. 955. — *X. Π.* p. 288. C. *τί δῆτ', ἀδελφή, δρῶμεν; οὐ γὰρ εὕρομεν, Ὡς ἠλπίσαμεν, ἐλπίδων δ' ἡμάρτομεν.*

566. *ναυστάθμου πέλας* Ald. rell. *νῦν στάθμων* Flor. A. [*ναυστάθμων* sec. Musgr.] *ναυστάθμων* Flor. 10. Havn., quod rec. Matth. rell. — *X. Π.* habet quidem p. 288. A. *στείχωμεν οὖν τάχιστα τοῦ τύμβου πέλας*, sed p. 295. A. *στείχωμεν ὡς τάχιστα τοῦ τύμβου πέλας.*

567. Incertum utrum *τεύξει* an *ζεύξει* pro *σώζει* Flor. A. *ὅςπερ* Ald. rell. *ἅςτις* Flor. A. 10. Havn., quod recepi e. GDind., firmatum a *X. Π.* p. 288. C. *σώζει γὰρ αὐτόν, ὅςτις εὐφρόνως θεῷ ἀνατίθησι.* Ita v. c. *εἴ τις* et *εἴ περ* confunditur Eur. Alc. 1040. Deinde *ἐντυχεῖ* Flor. A. *εὐτυχεῖ* Havn. correctum a m. sec.

568. Falso vertit Lindemannus: *dem Schicksal dürfen wir nicht widerstehn.* Sensum quivis intelligit et satis recte expressit Barnes.

569. *Αἰνείαν* Ald. rell. *Αἰνέαν* Flor. 10. ut ex Scaligeri coni. corr. Barnes. Matth.

570. *μολόντες χρῆν* Ald. rell. *μολόντες* etiam Flor. A. 1. 2. 10. Vict. Havn. *μολόντε* Canter. et MSS. Musgr. *χρὴ* Flor. A. Havn. receptum a Musgr. *κατατομεῖν* Havn.

571. *οὖν* omis. Havn.

574. πολεμίοις Flor. A. 10. δράσαντα, scilicet ob sequentem versum: πῶς δ' οὐ δέδρακας; coni. Reisk.

575. πῶς· οὐ δέδρ. et ναυστάθμῳ Havn.

577. ἤ Ald. rell. et Codd. ἦ Barnes., quem quod secutus sit, in notis poenitet Matthiaeum. περ pro πέρσαι [sic] Flor. A.

578. Diomedi perperam tribuit Havn. Idem τύχῃ pro τυχεῖν, quod iubente Hermanno p. 306. ap. Lindem. p. 13. recepit GDind. Ortum videtur ex diversa scriptura εὖ δοίη τύχῃ. Eur. Alc. 1004. — Ego vulgatam retinui auctore X. Π. p. 288. A. ναὶ ναί, τάχει στείχωμεν· εὖ δ' εἴη τυχεῖν, et p. 288. C. πείθου, πάλιν στείχωμεν· εὖ δ' εἴη τυχεῖν. — πιθοῦ ob saepe in hoc versu repetitam diphthongum mallet Bothius. Qui uti potuisset Monkio ad Eur. Alc. 802., πιθοῦ ubi per metrum liceret praeferenti; at v. Hermann. Ceterum in hoc versu desinit codex, quem Vossius contulit, Flor. A.

579. λιπόντες Par. E. G. Flor. 1. 2. Vict. Havn. Construe ποῖ δὴ χωρεῖτε Τρωϊκῶν ἐκ τάξεων, λιπόντες αὐτάς, quod moneo ob Reiskium, Musgravium, Bothium. Nempe ποῖ δὴ ᾽λιτόντε h. e. ἀλίτοντε *errantes, peccantes* coni. Reisk., et λιπόντε, si haec forma reperiretur, scribi voluit Musgr. vertens *victi, frustranei*, acquiescens tamen postea in vulgata, quam male explicat per *discedentes, abeuntes*, quod sequi videtur Bothius.

580. δεδηγμένον Havn.

583. Τροίαν μολ. coni. Valcken. ad Eur. Phoen. 110., assentientibus Heathio et, quod mireris, Matthiaeo, quia dativum cum verbis eundi et veniendi coniunctum nondum repererit. Sed et dici potest ἐλθεῖν τινὶ *auxilio venire alicui* vel *alicuius causa venire*, cf. Schneidewin. Ibyc. p. 184. et hic coniungi debet σύμμαχον Τροίᾳ.

584. τὴν ἐπαύριον Havn., quod rec. Bothius. τὴν etiam Ald. rell., auctoribus Reisk. Heath. Musgr. correctum a Matth.

585. σὔτε ὑφ' Ἀχ. Ald. rell. οὔτ' ἂν σφ' Ἀχ. Flor. 10. Havn., quod recepi e. Dindd.

588. εἰςδρομὴν Ald. rell. ἐξδρ. c. Matth. et Dind. praetuli. εἰςδρομὴ introitus est, quod moneo ob Lindem. qui vertit: *den breiten Anlauf mit der Lanze sich gebahnt.*

590. σφαγὰς παρατόμους Flor. 10.

591. ἥκει pro ἔσται Havn.

592. v. Elmsl. ad Eur. Bacch. 178.

593. συνήθους Flor. 10. Havn., quod non peius. v. ad vs. 390.

595. ποι Flor. 10.

596. ποθ' (i. e. πόθι) ἐντέταχται coni. Musgr. ignarus idiotismi notissimi, qui etiam Schneidewinum fefellisse videtur in Simonidis Cei rell. p. 89., quemque Matthiaeus falso explicuit. Etenim cum monet πόθεν στρατεύματος, non pro ποῦ quidem esse, sed significare: *versus quam castrorum partem*, et dici ut ἐκ ap. Thucyd. i, 64. τὸ ἐκ τοῦ Ἰσθμοῦ τεῖχος, *castellum Isthmum versus situm* et ap. Demosth. de Coron. p. 326, 8. τί χρῆν τὸν εὔνουν πολίτην ποιεῖν...; οὐκ ἐκ μὲν θαλάττης τὴν Εὔβοιαν προβαλέσθαι πρὸ τῆς Ἀττικῆς, ἐκ δὲ τῆς μεσογείας τὴν Βοιωτίαν, ἐκ δὲ τῶν πρὸς Πελοπόννησον τόπων τρὺς ὁμόρους ταύτῃ; ubi ἐκ locum contiguum significet, *versus* quem aliquid sit: haec igitur interpretatio plane falsa est. Nulla enim machinatione effici poterit, ut ἐκ *versus* significet. Sed τὸ ἐκ τοῦ Ἰσθμοῦ τεῖχος *castellum* est, *quod ex Isthmo prospectat*, ut itidem Demosthenis locus interpretandus est, et apud Thucyd. ii, 13. τὸ ἔξωθεν τεῖχος. Cui similiter πόθεν στρατεύματος significat: *quæ castrorum parte versus nos.* cf. vs. 678. πόθεν νιν κυρήσω; Soph. Oed. Col. 505. τὸνκεῖθεν ἄλσους. Ita Romani quoque dixerint: *ex septentrione Britannia porrigitur.*

597. Laudat Daceria ad Dictyn Cret. ii, 44. sic scriptum ὃ δ' ἐγγὺς ἦσθαι, κοὐκ συν. et emendat ὧδ', scilicet: *hic, in proximo.*

598. τάξεως Havn.

599. ἕως αὖ νὺξ coni. Hermann. de part. ἄν. Opp.

T. iv. p. 110., quia dubium esse non posset, quin noctem sequeretur sol. Sed ne ipse quidem auctor nunc coniecturam suam probare videtur; cf. eundem ad Eur. Bacch. 503. Similiter idem ad eiusdem fabulae vs. 1232. sine necessitate ἐγκρεμάσθη scripsit pro ἂν κρεμάσθη. Ex mea sententia addito ἂν sententia fit certior. Plato Charmid. p. 165. B. *Σκεψάμενος οὖν ἐθέλω εἰπεῖν, εἴτε ὁμολογῶ εἴτε μή. ἀλλ' ἐπίσχες, ἕως ἂν σκέψωμαι. Σκόπει δὴ ἦ δ' ὅς. Καὶ γὰρ ἦν δ' ἐγὼ σκοπῶ.*

602. στίλβουσιν ὥςτε Havn. ὥςπερ pro ὥςτε et *πτερὸν κύκνου* Flor. 10.; hoc ut magis elegans recepit Bothius; alterum ὥςπερ legerit etiam X. *Η.* p. 288. D. *στίλβει γὰρ ὥςπερ ἀπαλὴ χιὼν νέα.*

603. *πτανόντες* Ald. rell. *πτανόντε* Flor. 10., quod admisit Matth. rell.

605. *Τρωϊκόν* pro *πωλικόν* Flor. 10. Inepte de hoc loco disputat Daceria ad Dictyn. p. 108. not. 90.

607. *πάρεισχε* pro *πάρες γε* Flor. 1. 2. *πάρεισχε* Flor. 10. *πάρεχε* Havn. — *παρέσχε* quod editiones vett. occupasset, ex Aldina correxit Barnes. Contra *ἦ μοι παράσχες· σοὶ* Reisk. coni. ex ed. ant., quod ut videri possit a libris magis commendari, multo deterius est. De *γε* cum imperativo v. ad vs. 137., quanquam *γε* hic potius ad *ἐμοὶ* pertinet.

Ibid. *χρὴ δέ σοι πώλους μέλειν* Havn. *πώλους* etiam Flor. 10. Accusativus non deterior est — v. Eur. Alc. 1034. et magis Homericis similis Il. *κ'*, 480. *ἀλλὰ λύ' ἵππους· Ἦε σύ γ' ἄνδρας ἔναιρε, μελήσουσιν δ' ἐμοὶ ἵπποι.*

610. *ὠφελοῖ* Ald. rell. *ὠφελῇ* Havn., *quod*, inquit Matth., *etiam e grammatica ratione reponendum erat, non propter χρή.* Receperunt Both. Dindd. et assensu comprobavit Hermann. p. 306. quanquam nescio quam vere monuit: *Recte quidem cod. Havn. ὠφελῇ, scilicet τάσσεσθαι τὸν ἄνδρα. Sed ὠφελοῖ tantum abest, ut rationi grammaticae repugnet, ut sit etiam necessarium, si sic interpretere: οὗ μάλιστ' ἂν ὠφελοῖ ὁ ἀνήρ.*

Omissa est haec nota apud Lindem. Me iudice οὗ ἄν ὠφελῇ est: *ubi proderit*, οὗ ἂν ὠφελοῖ, *ubi profuturus sit*, ὁ ἀνήρ, sive τάσσεσθαι τὸν ἄνδρα.

611. Verbis καθ' ἡμᾶς suprascribitur ἐφ' ἡμᾶς in Harl., et si Matthiaeo crederes in Havn. Sed is saltem voluisse videtur scribere Harlei. Ceterum haec glossa est, quanquam falsa. Neque enim dicit Pallas: *contra nos Alexandrum video eumtem*, sed *versus nos, ad nos.* cf. ad vs. 709. καθ' ὑμᾶς non recte coni. Musgr.

613. De μεμβλωκότων v. Vindicc. iii, 68.

614. Ulixi tribuit Havn. πρὸς ἄλλοις pro σὺν ἄλλοις Flor. 1. 2. Vict., cuius lectionis explicatio esse videtur vulgata.

615. μόνος πρὸς εὐνάς, ὡς — Ald. rell. εὐνὰς δ', ὡς — Flor. 10. Havn. Recipiendam hanc particulam vidit Morstadt. p. 30. not. 1. et post μόνος distinguendum esse, ignarus praeivisse LDindorfium, quem merito frater sequitur. Antiquam tamen lectionem sequitur Lindemannus in interpretatione Teutonica. Illud ὡς ἔοικεν, quod vulgari distinctione servata ineptulum est, post correctionem etiam aptius mihi ad σημανῶν, quam ad χωρεῖ referre videor.

616. Puncto post χωρεῖ posito, ἥκει praebet Ald. rell., quod interpolavit Barnes. δ' post σημανῶν illato. ἥκειν Par. E. Flor. 1. 2. 10. Vict. Havn. κατόπτης Valcken. ad Eur. Phoen. scribi maluit. Falso.

617. οὐκ οὖν ὑπάρχειν τόνδε, κατθανεῖν δὲ χρή Scaligeri est coniectura, vertentis: *Itaque hunc non superstitem esse, sed mori oportet.* — Ὑπάρχειν vero cum participio *priorem aliquid facere* vel *pati* significat, ut Athenienses dicuntur apud Herodot. vii, 8, 2. ἐμὲ καὶ πατέρα τὸν ἐμὸν ὑπῆρξαν ἄδικα ποιεῦντες, et similia ubivis. Quare ὑπάρχω κατθανών est: *prior morior*, scilicet antequam speculatores venisse indicet, aut, si mavis, ante Thraces. cf. Valcken. ad Eur. Phoen. 1576. Matth. Gr. Gr. p. 1082. Dubitare tamen possis, an ὑπάρχειν hic pro simplici εἶναι positum sit, quemadmodum loco alieno explicatur a schol.

Eur. Andr. 273. Lenting., ut *ὑπάρχαν κατθανόντα* dictum sit pro *κατθανεῖν*, quem usum illustravit Matth. Gr. Gr. p. 1104.

619. *τοῦτον δὲ πρὸς σῆς οὐ θέμις χερὸς θανεῖν* Ald. rell. *σῆς χειρὸς οὐ θανεῖν θέμις* Flor. 10. *σῆς χειρὸς οὐ θέμις θανεῖν* Havn. *κτανεῖν* pro *θανεῖν* Vict. Scripturam libri Havn., adiutam etiam a Flor. cum GDind. recepi.

620. *ὥςπερ ἥκ.* Flor. 1. 2. 10. Vict. Havn. An *οἵςπερ* scribendum? — Deinde *σφαγὰς φέρων* Flor. 10.

621. Bene de hoc loco dixit Hermannus ad Soph. Oed. C. 1016. vertens: *Ego, Venus illi, quae socia eius est, servatrix adstare visa, inanibus eum dictis ludam.*

625. *μόγου* pro *λόγου* coni. Musgr. Postea vero librorum lectionem praetulit, *ἤκουσεν* cum *λόγου* coniungens, quod secutus est cum Matth. Bothius. Male. Nam *ὃν δὲ χρὴ παθεῖν* Rhesus est, oppositus Alexandro *ὃν σὺ θέμις πρὸς τῆς Διομήδους χειρὸς θανεῖν* (vs. 619.). Rhesum vero interfectum iri neque novit Alexander neque audivit, quanquam prope abfuerat a Dea, vs. 620. hoc iubente. Unde apertum est, ad *ἤκουσεν* multo aptius *ὃν δὲ χρὴ παθεῖν* suppleri, quam *λόγου*, cum opponantur sibi: *ignorat et ne audivit quidem, quanquam prope affuerat sermoni nostro.* Ceterum contra sensum loci *ὃν δὲ χρὴ παθεῖν* nominativi vice fungi putavit Heath. ad Alexandrum omnia referens: *Paris vero, qui id pati debet (sc. ut a me decipiatur) non novit* cet.; persuasit tamen Morstadtio p. 31. sq. not. Errarunt itidem Barnes. et Beckius p. 450. et Lindemann., qui omnia de Rheso intellexere, cui rationi ultima verba *οὐδ' ἤκουσεν ἐγγὺς ὢν λόγου*, si de dormienti Rheso capias, adversantur.

627. *χρὴ* Ald. rell. *χρῆν* Flor. 10. quod non displicuit Matthiaeo recepique, iubente Hermanno p. 306., c. GDind.; et ita iam Bothius.

628. *ἐγχρίμπτεται* Havn. ex glossa, opinor. *στρατεύμασι* Flor. 10. Ceterum nisi figuram Colophoniam statuere malis, *ἐχθρῶν* cum *ἡμῖν* coniungendum est, vel, quod magis placet, *ἧμιν* scribendum.

631. *μέλλει* Flor. 10.

632. *τιμῶν* Flor. 1. — *εὖ παθοῦσα* Ald. rell.

633. *ἐπ' εὐτυχοῦντι στρατῷ ἥκω* est: *propter exercitus salutem adsum, de salute sollicita*, et *ἐπὶ* explicatur adiectis verbis: *πορεύουσα κτλ.*

634. *ἄνδρα σοὶ* Ald. rell.; correxit Matth. ex Havn. *ἄνδρα σοι.*

636. Inepte vertit Lindemann.: *Der vom Vater Strymon sich benannt.*

637. *εὖ φρονοῦσα* Ald. rell. — *X. Π.* p. 298. *ἀεί ποτ' εὐφρονοῦσα τυγχάνεις γένει κἀμοὶ μείστη παντα χοῦ σωτηρία.*

638. *κἀμοὶ μέγιστον ἐν βίῳ κ.* sine interpunctione Ald. rell. et *X. Π.* l. modo l. *δ'* post *μέγιστον* Flor. 10. quod recepit Matth. rell. — Vulgatam ineptam esse — neque enim significare possit *κἀμοὶ τῇδε πόλει huic meae urbi* — intellexit iam Reiskius, qui post *κἀμοὶ* distincto, scribi iussit *μέγιστόν τ' ἐν β.*, quanquam male, saltem minus Latine vertit: *et ego aio, te conciliasse huic urbi maximum praesidium eo, quod te praetuli ceteris deabus in iudicio. θέλοντι προσθέσθαι χάριν* Soph. dixit Oed. Col. 767.

640. sqq. *X. Π.* p. 285. C. *ἥκω δ' ἀκούσας οὐ τορῶς, φήμη δέ τις Λαοῖσιν ἐμπέπτωκεν, ὡς κατάσκοποι Ἥκουσι τάφου, χὠ μὲν οὐκ ἰδὼν λέγει, Ὁ δ' εἰσιδὼν μολόντας οὐκ ἔχει λέγειν, Ὁ δ' εἰδέναι λέγων τι φράζειν οὐ θέλει.* — *Ὧν οὕνεκ' ἦλθον πρὸς σὲ ταῦτ' ἀπαγγελῶν.*

642. *οὐκ ἰδὼν λέγει* coni. Lenting. p. 75. glossatorem agens, ut *X. Π.* auctor l. modo l. *εἰδέναι* pro *ἰδεῖν* exemplis defendit Matthiaeus in nott. et addend. et in Gr. Gr. p. 452. Contra *εἶδον* pro *ἤδειν* dici, docet Lobeck. Soph. Ai. 1027.

643. *ὁ δ' εἰσιδὼν μολ.* Ald. rell. *ὅδ' ὡς ἰδὼν μολ.* Vict. Havn. Ineptam esse totam sententiam, intellexisse videntur Dindd., apud quos non casu, opinor, post *φράσαι* deest omnis distinctio, ut *ἦλυθον* pro tertia persona pluralis accipiatur. Quod utrum alii editores, qui commate interpungunt, itidem voluerint necne, nescio, cum sicco

pede transeant. Obstat saltem X. Π. ad vs. 640. l. Sed ut hunc ne moremur, manet ineptus sensus. Quid enim sibi haec volunt? *Audivi incertam famam de hostium adventu, et alii, quanquam non viderunt, venisse speculatores dicunt, alii vero, qui viderunt venientes, nequeunt dicere, quapropter ad Hectoris tentorium venerint* sc. hostes. Neque enim potuit Alexander suspicari, speculatores ad Hectoris ivisse tentorium, cum ipse vs. 627. ad Hectorem dormientem tendat, lecto evocaturus, et aperte dicat, hostes aliquot adesse. Quare, quod sensus totius loci postulat, versus 644. causam continet, cur venerit *Paris* ad Hectorem. At vero tum ineptior etiam sententia erit; nam sive vertas: *Alii se vidisse negant*, sive *Alii, cum non viderint, venisse speculatores dicunt, alii vero, qui viderunt venientes, non possunt dicere:* deest id quod dicere non possint, scilicet, quo venerint, vel ubi iam versentur. Cui incommodo medelam non affert X. Π. E ad vs. 640. l., ubi altera pars ita circumscribitur: ὁ δ' εἰσιδὼν μολόντας οὐκ ἔχει λέγειν. Ὁ δ' εἰδέναι λέγων τι, φράζειν οὐ θέλει. Mihi enim certum est, vulgatam ante oculos habuisse auctorem huius dramatis, neque quenquam id acturum spero, ut hinc novo versu nostram donet tragoediam. Neque recte interpretatus sit Lindemannus: *Einer sagt's und weiss doch nichts, der Andre, der sie wandeln sah, kann's deuten nicht.* — In hac caligine verum monstrant libri duo, qui ὡς ἰδὼν praebent; quod si in οἷς mutaveris, cf. ad vs. 620. — nubes erit discissa. Nam cum verba veniendi cum dativo commodi sive incommodi, quem dicunt, struantur, aptus erit sensus, *contra quem venerint*, vel si hoc displicuerit — v. Matth. ad vs. 595. et nos ad vs. 583. — dativus causalis potest statui, *quo consilio venerint*, quod mihi minus arridet. Structura est: ὁ δὲ ἰδὼν, οἷς μολόντας οὐκ ἔχει φράσαι.

644. ὧν οὕνεκ' ἦλθον ἤλυθον πρὸς Ἕκτορα. Flor 10. v. Vindicc. iii, 61. sqq.

646. κοιμήσων pro κοσμήσων Vict. Havn., quod con-

iecit Pierson. Verisim. p. 81., quemadmodum vs. 138. Utrumque bonum; quare optimis codicibus hoc loco obsequendum fuerit. Falso vertit Lindemann. *Hektor enteille, um das Thrakerheer zu schaun.*

647. σοί τε πιστεύω λ. Ald. rell. σοῖς τε π. Flor. 1. 2. σοῖς δὲ π. Flor. 10. Havn. In Vict. notatum: σοῖς δὲ al. σοῖς τε. Hoc unice aptum confirmat *X. Π.* p. 284. C. Σύ τοί με πείθεις, σοῖς τε πιστεύω λόγοις Τάξιν τε τηρῶν εἶμ' ἐλεύθερος φόβου. Deinde libri utrum πιστεύω an πιστεύων habeant incertum est. πιστεύων ex Musgr. coniectura rec. Matth. rell. praeter Bothium, editorem interdum male sobrium, qui πιστεύω retinuit, quod ferri posset, si cum *X. Π.* τάξιν τε τηρῶν scriberes sequenti versu. Denique σοὶ, quod Aldina praebet, licet defendi potest v. ad vs. 79. — recte in σοῖς mutatum est iam ab Heath. et Reisk.

648. τάξιν τε τηρῶν pro τάξιν φυλάξων *X. Π.* modo l.

649. δοκεῖ τάδε Ald. rell. δόκει Havn. ut coniecit Aem. Portus. τὰ σὰ pro τάδε Par. E. G. Flor. 1. 2. 10. Havn. Notatum in Vict.: δοκεῖ τὰ σὰ al. τὰ σά. — δόκει τὰ σὰ Matth. rell. δόκει τάδε Both. inepte in tanto librorum consensu. Quid invenerit *X. Π.* auctor incertum est, ubi statim post verba vs. 647. laudata legitur: χωρεῖτε, μέλειν πάντα οἱ δοκεῖ φίλων, Αὐτοί τ' ἐπιγνώσεσθε τοὺς ἐμοὺς λόγους.

650. ὡς Ald. rell. et Flor. 10. ὥστ' Havn.

652. ὑμᾶς μὲν αὐδῶ Flor. 10. quae lectio inepta est. Deinde τοὺς ἄγαν γ' ἐρωμένους Ald. rell. ἐῤῥωμένους Par. E. G. Flor. 1. 2. 10. Vict. Havn. γ' importunum post ἄγαν omis. Flor. 1. 2. 10. Vict. Havn. et videtur supplementum esse eorum, qui ἄγαν ultimam producere nesciebant. Idem vitium olim obtinuit Eur. Andr. 364. Heracl. 204. — ὁρμωμένους vulgatam non ferri posse intelligens, sed libri quid praebeant nesciens, coni. Valcken. p. 106. not. 8. — ἄγραν θηρωμένους vel ἠγρευμένους

Reiskius proposuit. Verum primus dedit Matth. — *οἱ ἄγαν ἐῤῥωμένοι* sunt *nimis fervidi* aut *securi*.

653. *κομίσαι* Flor. 1. 2. Vict. *κοιμήσαι* Flor. 10. *κοιμῆσαι* Havn. Utrumque probum et saepius confusum — v. vs. 813. — sed vulgatae etiam Flor. 10. favet, ut ex accentu intelligitur.

654. deest in Flor. 10. *ἡμῖν* Ald. rell. *ὑμῖν* e coni. Valcken. l. l., a Musgravio probata, ded. Matth. Both. LDind. *ἦμιν* iubente Hermanno p. 306. ap. Lindem. p. 13. recepi. Aldum sequitur GDind.

655. *ἵπποι τ' ἔχ.* Havn.

656. *ἐφ' ἡμᾶς* Ald. rell. *ἐφ' ὑμας* duo Pariss. ap. Hardion. p. 48. Harl. Flor. 1. 2. 10. Vict. Havn., quod recepit Musgr. rell., probante Heathio.

Ibid. *τάχιστ' ἐχρῆν* Ald. rell. — Sed *τάχιστα χρὴ* Flor. 10. Vict. Havn. ut emendavit Heathius. Recep. Matth. rell.

658. *σώζειν βίον* Elmslei. coni. ad Eur. Med. 1209. not. r. Vulgatam defendit Hermannus in censura p. 394. Lips. Matthiaeus ad Eur. Phoen. 300. et rectius Gr. Graec. p. 952. Ceterum inepte de vero fulmine locum explicat scholiasta. Metaphora satis nota et, ut hic *ακηπτὸς πολεμίων* dicitur, Aeschyl. Pers. 715. *λοιμοῦ σκηπτός* habet, ubi v. schol. et Barnes. ad l. Rhesi.

659. Praefigitur *χορὸς Λυκίων* in Havn. Male. Eosdem enim redire, qui Lycios excitaturi abierant vs. 539., perspicitur praesertim ex vs. 809. sqq. *τότ' ἄρ' ἔμολον, ὅτε σοι ἄγγελος ἦλθον ἀμφὶ ναυσὶ πυραίθειν Ἀργείων στρατόν.* Idem tragicorum Graecorum usus postulat. Aeque male recentiores quidam, quibus Lindemannus accedit, scenam mutatam exhiberi, contenderunt. Quod quam falsum sit, docetur in Vindicc. ii, 50. sq.

Ibid. *ἔα, ἔα·* omis. Flor. 10. *ἐὰ αε* Vatic. *ἔ ἄ* lemma schol.

660. *βάλλε, βάλλε, βάλλε, βάλλε. Θεῖνε. θεῖνε. τίς δ' ἀνήρ;* Ald. rell. *βάλε, βάλε, βάλε, βάλε, θένε, θένε* Flor. 1.

2. 10. Vict. Havn. θένε, θένε etiam Vatic. ap. GDind. praef. p. xxi. Deinde δ' post τίς omis. Flor. 1. 2. 10. Havn. In tanto librorum optimorum consensu desidero iudicium editorum. Solus GDindorf. alterum semistichium ex codd. dedit θένε, θένε· τίς ἀνήρ; monens simul l. l. hunc imperativum θένε extare etiam ap. Aristoph. Avv. 54. At recipiendum erat etiam quater βάλε, ut integros duos haberemus dochmios, quos sequitur iterum dochmius hypercatalecticus et claudunt carmen dochmii, quibus trochaei immixti sunt, metrum πρόςφορον τῇ τῶν διωκόντων γερόντων σπουδῇ, ut ait schol. Arist. Acharn. 204. add. Hermogenes ap. Liebel. Archilocho p. 45. et Longin. ed. Weisk. p. 651. Id solum dubitari potest, utrum θένε τις ἀνήρ, scribendum sit, ut infra vs. 668. παῖε πᾶς et vs. 670. ἴσχε πᾶς τις — cf. Matth. Gr. Gr. p. 971. §. 511, 1., an potius cum GDind. et editt. antiquis — de codicibus enim non constat — τίς interrogativum praeferendum: θένε. τίς ἀνήρ; Priorem rationem si probaveris, sequens versus: λεύσσετε τοῦτον αὐδῶ pendet a θένε et βάλε. Alterum vero non minus est aptum ob commotum chori animum, ut post interrogationem: *Quis vir est, quem ferire iubes?* alii respondeant: *Ecce, hunc intelligo.* Quanquam anceps est sententia, ut verendum sit, ne quis interrogari putet, quis inter viros numerandus sit. Editores Aldum secuti sunt, ut nuper etiam Bothius, nisi quod duos versiculos in unum coniunxit: in fine tantum τίς ὅδ' ἀνήρ; pro τίς δ' ἀνήρ; ex Musgravii coni. scripserunt Matth. LDind. Hermann. p. 306. ap. Lindem. p. 13. — Ceterum facile intelligitur, hoc carmen inter singulos milites distribuendum esse; nolui vero parum probabili coniectura, quid singuli locuti sint, definire; neque enim placet Hermanni ratio p. 306. ap. Lindem. p. 13. Magis errasse videtur Bothius, qui inter semichoria distribuit, quae, si quid sapio, demum a vs. 667. incipiunt. — Denique, Beckio p. 466. indicante, Aristophanes hunc versum Bothio risisse videtur Acharn. 281., ubi senes in simili scena Dicaeopolin invadunt his

verbis: *βάλλε, βάλλε, βάλλε, βάλλε, παῖε, παῖε τὸν μαρόν.* Nolui in Vindiciis 1, 13. sqq., ubi veterum eos enumeravi, quibus haec fabula nota fuisset, hoc uti argumento, quod authentiae non minimum esset fulcrum. Iam vero cum aliis de causis, nihil obstare docuerimus, quominus auctor haberetur Euripides, non adeo incredibile sit, hunc locum ante oculos habuisse Aristophanem, cum etiam vs. 239. *ἀλλὰ δεῦρο πᾶς* cum Rhesi vs. 663. congruat. Neque vero negandum est, posse etiam comicum aut ipsum id finxisse, aut alium poetam vel drama respexisse, cum saepius chori persecutiones in tragoediis fuisse doceat schol. Arist. Ach. 204., ubi metro trochaico usos contendit et comicos et tragicos, *ἐπειδὰν δρομαίως εἰςάγωσι τοὺς χορούς.* Lucianus vero, apud quem simillimus locus initio Piscatoris extat, Aristophanem potius, quam Euripidem imitatus esse videtur.

661. *αὐτῶ* i. e. *ἄϋτῶ* Flor. 10. pro *αὐδῶ.* Invito, ut videtur, Hermanno hic versus omissus est ap. Lindem. p. 13.

662. *ὄρφναν* Ald. rell. *ὄρφνην* Havn. quod c. Hermanno p. 306. et GDind. recepi, dubitans tamen. Deinde *πτενοῦσι* pro *κινοῦσι* Vict. Havn.

664. *καὶ* omis. Havn. *καὶ γὰρ δ' ἔμαρψα* Flor. 1. — *τούςδ' ἐγὼ καὶ τούςδ' ἔμαρψα* coni. Musgr. Neque probabilius Hermann. p. 306. ap. Lindem. p. 13. quo tetrametrum troch. catal. efficeret, ita transposuit et tentavit locum: *τούςδ' ἔχω. κἀγὼ δ' ἔμαρψα. δεῦρο, δεῦρο πᾶς ἀνήρ.*

665. *λόγος* pro *λόχος* Flor. 10. Havn. secundum Matth., nisi voluit contrarium significare. Perperam vertit Bothius et similiter Musgr.: *quid ais?* cum deberet: *Quae est tessera?*

Ibid. πόθεν ἔβας πόδα; τίς εἶ; Ald. rell. Sic quoque Harl. nisi quod *πῶς* pro *τίς* praebet. *πόθεν σοῦ φέρεις πόδα; τίς εἶ;* Par. E. *πόθεν σὸν φέρεις πόδα; πῶς εἶ;* Par. G. Flor. 2. [Harl. *sic.* Hoc loco erravit Matth., cum recte antea de Harleiano retulisset, ut perspicitur ex Musgr.]

πόθεν ἔβας; ποδαπὸς εἶ; Havn. et Vatic. ap. Schott. Obss. poet. ii, 43. quod recep. Barnes. rell. πόθεν ἔβας; ποδαπὸς τις εἶ; Vict. Fortasse explicandi causa τίς super ποδαπός fuit scriptum, unde cetera fluxerit varietas. Deinde cum ἔβας πόδα ferre nollet, Parisinos qui interpolavit libros, φέρεις dederit. Metrum me iudice aptius est, si ut incipit a duobus dochmiis carmen, ita etiam claditur. Vide igitur, an scribendum sit: τίς ὁ λόγος; πόθεν δὲ βὰς ποδαπὸς εἶ; Neque enim pro ἔβας scripserim φέρει, quia bonis libris non nititur lectio. Satius tamen videtur cum codice Victoriano, solo accentu mutato, scribere: ποδαπὸς τίς εἶ; ut interrogent milites, cuias et quis sit.

666. οὐ χρή σ' εἰδέναι Ald. rell. οὐ χρὴ εἰδέναι σε θαν. Flor. 1. 2. οὐκ ἐχρῆν σ' εἰδέναι θάνῃ Flor. 10. οὐ σ' ἐχρῆν εἰδ. Havn. οὐ σὲ χρὴν (sic) Viet. οὔ σε χρὴ Harl. — Metri scilicet causa εἰδέναι σ' οὐ χρὴ scripsit Heath., quem Bothius sequitur, notatus iam a Morstadt. p. 33. not. Verum primus dedit Musgr. Variae lectiones iis debentur, qui de metro solliciti erant. Deinde σήμερον om. Havn. Ne τήμερον scribas, quod auctore Moeride p. 364. Atticum est, usus tragicorum vetat, qui σ amabant. — v. Ael. Dionysium ap. Eustath. ad Il. κ', p. 813, 45. — Eadem forma restituenda est Euripidi Telepho fr. 1. ap. Aristoph. Ach. 440., quam iure suo in τήμερον mutavit comicus. Ceterum verba θανεῖ — κακῶς alteri semichoro tribuere malit Matth., quia Ulixi non conveniant. Hunc sequitur Bothius, qui eidem semichoro etiam duos sequentes versus dat. Male Matth., peius Both. Optime conveniunt Ulixi, insolentia sua milites territuro. v. ad vs. 669. δράσας κακῶς recte vertit interpres: *si quid male feceris*, i. e. si mihi molestus fueris.

667. σύνθημα Ald. rell. ξύνθημα ex Flor. 10. Havn. rec. Matth. rell. πρὶν διὰ στέρνων λόγχην μολεῖν Havn. sed adscriptis litteris α supra λόγχην, β supra πρίν, γ supra μολεῖν. Toti choro tribuit Ald. rell.

668. Truncatum dare malui, cum certa medela non

adesset. Sed id tamen plerosque omnes concessuros puto hunc versum, ut reliquos, in trochaeum tetrametrum restituendum esse. Neque enim curo Bothium, qui in duos disiunxit, et priori suo semichoro tribuit hac forma: *ἵστω!* — (quod Reiskio etiam praeter alia in mentem venit: *στα!* ad Ulixem.) *θάρσει!* (ad alterum semichorum.) *Πέλας ἴθι! παῖε πᾶς τις ἄν!* — Discrepantia haec est: *ΟΔ. ἵστω. θάρσει. ΧΟΡ. πέλας τις ἴθι. παῖε. παῖε πᾶς τις ἄν.* Ald. rell. *τὶς* post *πέλας* omis. Harl. Flor. 10. Havn. Pro *ἴθι* habet *ἴτω* Flor. 1. — *παῖε* semel tantum Harl. Flor. 1. Havn. In fine *τὶς ἄν* omis. Harl. Flor. 10. Havn., neque *ἄν* cum imperativo hic locum habere videtur. cf. Reisig. de partic. *ἄν*. p. 116. Hermann. de *ἄν*. Opp. iv. p. 177. sq. — Matthiaeus pro *ἵστω* cum Heath. et Reisk. *ἴσχε* scripsit, post *θάρσει* voce *πᾶς* inserta, quo talis versus existit. *ΟΔ. ἴσχε, θάρσει πᾶς. ΗΜ. β'. πέλας ἴθι. παῖε, παῖε πᾶς τις ἄν*, quod rec. LDind. Sed ne quid de *ἄν* aliquo ab hoc loco dicam, quod, *ἀνὴρ* pro *τις ἄν* posita, evitari possit, illud *θάρσει*, quid sibi velit non intelligo. Neque Hermanni probabilis est coniectura, non inter semichoria, sed inter cantores singulos diversis distributis sententiis, scribentis p. 307. ap. Lindem. p. 14. *ΟΔ. ἴσχε. ΧΟΡ. Θάρσει. Πέλας ἴθ'. ΟΔ. Οὔπω. ΧΟΡ. Παῖε, παῖε πᾶς. Τίς εἶ. Ἦ σὺ δὴ Ῥήσου; ΟΔ. κατέκτας κτλ.*, cum olim de *ἄν* part. Opp. iv. p. 177. *θάρσει* etiam Ulixi tribuerit. Laudo GDind., quod mutilum dedit versum, quanquam nescio cur *ἵστω* pro tradita lectione scripserit. Me iudice alterius semichori verba sunt *πέλας ἴθι*, quibus accedere iubetur Ulixes; *παῖε πᾶς* vero ab altero ferociore semichoro dicta puto. Iam si quaerimus, quid Ulixi conveniat, videtur chori impudentiam vituperasse, ut in *θάρσει* fortasse *θρασὺς* lateat, quemadmodum suspicatur Morstadt. p. 32 sqq., quanquam ut cum Euripide loquar: *οὗτοι θράσος τόδ' ἐστὶν ἀλλὰ ἡ μεγίστη ἀναίδεια.* Ne nihil vidisse arguar, sensum si sequaris ita fere scripsisse potest Euripides: *ΟΔ. ἴστε δὴ* (vel *νυν*) *θρασεῖς* — (ubi non opus est ὄντες) *ΗΜ. πέλας ἴθι. ΗΜ. παῖε, παῖε πᾶς ἀνὴρ* — aut

ut θάρσει dativus sit: *ΟΔ. ἴστε θάρσει πέλας ἰόντες — ΗΜ. παῖε, παῖε πᾶς ἀνήρ. — ΟΔ. οἶσθ' ὃ δρασείεις; ΧΟΡ. πέλας ἴθι. παῖε, παῖε πᾶς ἀνήρ. Nostin' quid factum eas?* Chor. *Propius ito! ferito* cet. coni. Musgr.

669. Certiora de hoc versu quam de priore dare nobis videmur. ἦ σὺ δὴ Ald. rell., qui totum versum semichoro tribuunt. δὴ omis. Havn. et Musgr. typothetae errore. σὺ σὺ suprascriptum habet Par. G. [aut si crederes Matthiaeo Harl.] Deinde κτανοῦντα Ald. rell. κτενοῦντα Flor. 1. 2. Havn., quod demum Matth. recepit. Posterius semistichium Ulixi tribuit Sam. Petit. Misc. p. 196. sq., probantibus Heath. et Valcken. p. 108., et ita ediderunt Matth. Dindd. Quod valde displicet. Nam quid tandem sibi velint post chori interrogationem: *An vero Rhesum tu interfecisti?* verba Ulixis: non Rhesum sed *qui te ipsum perimet*, (ut vertit Petitus), ego non assequor. Quis enim inaudivit unquam, a mortuo aliquem interfectum iri? Multo melius Musgravius egit, qui Ulixem, se Rhesum esse, fingere, acute vidit. Etenim cum ferocitate terrere non potuisset chorum, ad dolum confugit, seque Rhesum esse simulavit. *Cave Rhesum*, inquit, *interfeceris*, ad quae apte Troiani respondent: *Interfecturus quidem te sum, sed occisurum.* Integra vero sententia esset: σὲ μὲν κτενῶ, ἀλλὰ τὸν κτενοῦντα ἡμᾶς. Etenim aoristus κατέκτας de conatu sine successu usurpatur, et utitur eo Ulixes hastae cuspide tactus; quare non interrogationis signum sed potius exclamationis post hanc vocem est ponendum. De hac vero verbi et maxime aoristi potestate v. Soph. Oed. C. 993. Hermann. ad Soph. Aï. 1105. (1126. ibique schol.) ad Philoct. 1004. Schaefer. ad Plutarch. vitt. T. iv. p. 397. sqq. Welcker. Trilog. p. 467. *) Pflugk. ad Eurip. Androm. 811. Simoni-

*) Male Welckerus versum ex Aeschyli Palamede fr. 167. (ap. schol. Hom Il. Δ, 319.) τίνος κατέκτας ἕνεκα παῖδ' ἐμὸν βλαβῆς; Ulixis verba suspicatur ad Palamedem, qui *minatus sit* Telemachum interficere. Quod cum per se non iusta est accusatio quia omnino Telemachum necare noluit Palamedes, tum non du-

dis fr. cxciv. ed. Gaisf. ap. schol. Eur. Phoen. 207. Id nemo opinor obficiet, vidisse milites iam antea Rhesum et nosse; quare non potuisse hoc dolo Troianos falli ab Ulixe. Nam idem chorus infra vs. 720. se aurigam non posse discernere ob dubiam lucem ait. Idem docet vs. 672. ubi dignosere non possunt milites, quo fugerint Graeci. His constitutis non opus est ea proferre, quae nugati sunt interpretes Sam. Petitus l. l. Heathius, Valcken. p. 108. Beck. p. 450. Morstadt. p. 32. quos, quibus otium est, adeat. Memoranda tamen Musgravii coniectura, quia sensum saltem loci vidit: *ΟΔ. ἦ σὺ δὴ Ῥήσόν γ' ἀτακτεῖς; ΧΟΡ. ἀλλὰ τὸν κτανοῦντα σύ.* Ul. *An tu erga Rhesum insolenter te geris?* Chor. *At tu erga aliquem qui te interficiet.* Idem, *molestum esse* scilicet, *κατέκτας* significare putavit Beck. l. l. not. 22. Quod etiamsi concederes, tamen praegressum *πατὴρ* et alia similia, legitimam significationem esse huic verbo ostendunt. Quae autem apud Matth. rell. obtinet lectio, id solum significare potest, ut interrogent milites: *An vero tu Rhesum interfecisti?* (scilicet nihildum suspicabantur de Rhesi morte); quibus respondeat Ulixes: *Interfeci quidem* (nescio enim, quomodo verti possit: *Non Rhesum, sed alium qui* —), *sed cum te occisurus esset.* Quae ineptissima est sententia. Quare Hermannus p. 307. ap. Lindem. p. 14. et antea de *ἄν* part. Opp. iv. p. 178. aliquem ex choro dixisse putat: *ἦ σὺ δὴ Ῥήσου; ΟΔ. κατέκτας. ΧΟΡ. ἀλλὰ τὸν κτενοῦντα σέ*, addens: *Hastae cuspide tactus exclamat Ulysses, Occidisti. At, respondet Troianus, occisurum.* Ultima recte interpretatus est vir summus. Neque vero debebat *σὲ* orthotonumenon dare (recte idem de *ἄν* part. l. l.), quia non *σὲ* sed *κτενοῦντα* prioribus opponitur. Contra is, quem Petit. rell. statuerunt, si esset sensus, *σὲ* cum accentu scribendum esse vidit Matth. c. Dindd.

---

bium esse videtur, quin haec verba Nauplii sint, qui in fine tragoediae advenerit, ut apud Sophoclem, de quo id demonstravi in scriptiuncula de Sophoclis Aleadis p. 27. sq. nescius, id diu antea a Meinekio ad Euphorion. p. 161. coniectum esse.

Denique non praetereunda est Bothii coniectura, Ulixi totum versum tribuentis, ita interpolatum: μὴ σὺ δὴ (παῖε scil. ex priore versu) Ῥῆσον κατακτάς, ἀλλὰ τὸν κτενοῦντά σε, hoc sensu: *ne tu sane feri, Rhesum interficiens, sed eum qui te interfecturus est.* Quod ut ferri possit, tamen a libris abhorret.

670. τις post πᾶς omis. Harl. Flor. 10. Havn. Verba ἴσχε πᾶς τις quae editores recentiores semichoro alteri tribuunt, cum Aldo rell. et Hermanno ll. ll. Ulixi reddidi. Deinde οὐ μεγῶ Ald. rell. Ad evitandum hiatum, quanquam hic ferri possit, magis vero sententiae causa, οὐ μὲν οὖν scripsi, consensu virorum doctissimorum comprobatum, Reiskii, Musgr., Lachmanni de chorr. systemm. p. 25., L.Dind. T. ii. p. 541., Hermanni ll. ll. Denique pro ἄ, φίλιον ἄνδρα praebent ἄ, ἄ. φίλον ἄνδρα Ald. rell. — φίλιον pro φίλον Harl. θέν᾽ pro θέγγ᾽ Havn. Quod dedi, est ex coni. Musgr., quam recep. Matth. rell.; ἄ vero pro ἄ scripsi cum Dindd. et Hermanno ll. ll. qui θενεῖς praetulit. Cf. quam aliter sentiat Elmsl. ad Heracl. 272. Verba ipsa ἄ, φίλιον ἄνδρα μὴ θένῃς semichoro tribuit Ald. rell. Recte Ulixi iam subtimido dederunt Heath. Musgr. Hermann. et aptissime conveniunt iis, quae idem antea dixerat: ἦ σὺ δὴ Ῥῆσον κατέκτας.

671. Iam Ulixem, se amicum virum esse simulantem, de tessera milites interrogant. Qua audita captos dimittunt, Quibus celerrima fuga ad naves elapsis, hostes fuisse intelligunt Troiani.

672. οἶσθ᾽ ὅποι βεβ. Ald. rell. οἶσθ᾽ ὅπῃ Harl. Flor. 1. 2. Havn. ὅπῃ Flor. 10. qui etiam βεβήκασιν. Illud non intelligo cur spretum sit ab editoribus, cum elegantius etiam videatur. — cf. Hermann ad Viger. p. 789. ed. iii. — et accuratius iis respondeat, quae sequuntur τῇδέ πῃ. Deinde ἄνδρες pro ἄνδρες primus correxit Matth. Denique οὐδέ πῃ κατ. Ald. rell. οὐδὲ κατ. Flor. 10. τὶ δὲ πῇ Harl. τῇδέ πῃ Pariss. E. G. (τῇδε πῇ sec. Musgr.) Flor. 1. 2. Vict. Correxit Musgr. Ceterum posterius semistichium Ulixi tribuunt Harl. et Havn., quos secuti sunt Musgr.

et Bothius; *inepte*, ut recte iudicat Matth. Nam *ἄνδρες* non alii esse possunt, quam Ulixes et Diomedes; quare hi nequeunt interrogari. Ad Graecos vero, qui capti fuerant, respici, carmen chori etiam docet, maxime vs. 675. 677. *τίς ἀνδρῶν ὁ βάς; — χεῖρα φυγὼν ἐμάν.*

673. Verba: *ἕρπε πᾶς κατ' ἴχνος αὐτῶν* Ulixi continuat Havn. idemque verba *ἦ βοὴν ἐγερτέον* et sequentem versum cum Harl. choro universo dat. *ἴχνους* pro *ἴχνος* Flor. 1. *αὐτοῦ* pro *αὐτῶν* Flor. 10.

674. *ἐκ νυκτῶν φόβῳ* Ald. rell. *ἐν νυκτῶν φόβῳ* Harl. Havn., ut legi voluit Aem. Portus. Merito receperunt Matth. rell., excepto Bothio. Musgravius qui defensum ivit vulgatam comparatis vss. 13. 17. non reputavit, dici quidem posse: *ἐκ νυκτῶν*, sed hoc saltem loco ineptum esse *ταράσσειν ἐκ νυκτῶν φόβῳ*, quod est: *terrere timore, qui ex nocte* s. ex tenebris *oritur*. Quod dedimus scholiasta agnoscit, verba *ἐν νυκτῶν φόβῳ* recte explicans *νυκτὸς οὔσης*. Ceterum hos trochaeos quomodo inter duodecim choreutas distribui posse censeat, docebit Morstadt. p. 40. sqq.

675. Semichoro hanc stropham tribuit Ald. rell. Choro recte Havn.

676. *τίς, ὃς μέγα* Ald. rell. *ὁ μέγα* Flor. 10. *ὁ μέγας* Havn. Hinc *δ* recepi, iubente Hermanno p. 307. ap. Lindem. p. 14. Facile causa apparet cur in vulgatum *ὃς* mutatum sit *ὅ*, quod eodem modo reperitur Eur. Hipp. 525., ubi v. Monk. [ad vs. 527.]; cf. Schneidewin. Ibyc. p. 99. Hermann. ad Eur. Bacch. 536. ad Iph. A. 470. et paullulum diversa exempla ap. Pierson. Veriss. p. 74. Accedit, quod haec basis metro dochmiaco magis convenire videtur, quam paeonica.

677. *χέρα* sine necessitate, opinor, legi insserunt metri causa Musgr. Morstadt. p. 41. Hermann. p. 307. ap. Lindem. p. 14.

679. deest in Flor. 10.

680. *ὄρφνας* Ald. rell. *ὄρφνης* Havn., quod recepi

c. GDind. cf. vs. 662., quanquam expectaveris potius accusativum propter versum sq.

681. Pro ἕδρας coniecit ἕδρα Reisk., coniungens διέδρα τάξεων. — τάξεων καὶ φυλάκων ἕδραι sunt *militum et vigilum stationes;* neque enim abundare putaverim hic vocem ἕδρα, ut vs. 8. et 538.

682. Perperam, Thessalos et Locros ob astutiam et perfidiam hic commemorari, persuasit sibi Barnes. Id mihi videtur prorsus alienum esse ab hoc loco, quanquam insulani etiam ob eandem causam male audiebant et contemti erant — v. Pflugk. ad Eur. Andr. 14. — ubi aeque atque Eur. Heracl. 84. sine tali significatione vox adhibetur.

685. τίς (τὶς Ald.) ἦ πόθεν ἦ ποίας πάτρας; Ald. rell. τίς ἦν πόθεν ἦ τίνος πάτρας Flor. 10. τίς ἦν ἢ πόθεν ἐστίν Vict. Havn. — In notis τίς ἦν, πόθεν ἦ ποίας (vel potius τίνος) πάτρας verum videbatur Matthiaeo. Strophico versu (703.) docente Hermannus p. 307. ap. Lindem. p. 14. τίς ἦν; πόθεν; ποίας πάτρας; quod c. GDind. recepi, distinctione mutata.

686. ὁποῖον εὔχεται Ald. rell. non solum metri iactura, sed etiam contra Atticorum consuetudinem, quanquam vulgatam tuentur Lobeck. ad Phrynich. p. 57. not. cf. p. 51. et Heindorf. ad Platon. Lys. §. 21. Charmid. §. 39. p. 170. B. HSt. cf. Plato, qui dicitur, Minoë princ. Andocid. de myster. §. 91. p. 12. HSt. Bremius ad Aeschin. orr. T. i. p. 21. Auctori Alexandrino condonandum censet Max. Schmidt. de pronomine Graeco et Lat. p. 46. Mihi, quod hunc usum attinet, non videntur exempla diversa satis distinxisse viri docti. Nam id iure negari posse arbritror, in vere directa oratione usos esse Atticos pronominibus interrogativis suspensis, quae dicunt. cf. Schaefer. ad Porsoni Phoen. p. 68. sq. not. ed. iii. Sed non huius loci est, accuratius id monstrari, quia legitimum ποῖον praebent codd., de quorum lectione constat, Flor. 10. Havn. — ποῖον δ' εὔχ. Porsonus ad Aristoph. Eccles. 852. cf. eundem ad Eur. Phoen. 892. —

correxit, quod dederunt LDind. Both. et Matth. Gr. Gr. p. 1235. not. u. Praestat coniectura Hermanni p. 307. ap. Lindem. p. 14. *ποῖον ἐπεύχεται*, quam recepi c. GDind. Est enim *ἐπεύχεσθαι* verbum fere proprium in hac re.

687. Pro *τίνος* coniecit *δῆνος* Reisk., quod idem ac *βούλευμα*, *machinatio* esset. Chori personam perperam praefixit Ald. rell.

688. *πάροιθεν* praeferre videtur Lobeck. ad Phrynich. p. 285. not. Sed ubi per metrum licet, libris obsequendum esse in hac re, recte statuit Matthiaeus ad Eur. Andr. Add. ad p. 181. Pflugk. ad Andr. 54. *ἔνερθε* in Rheso est vs. 948. v. rursus Lobeck. ad Soph. Ai. 441. p. 259.

Ibid. *τί μή* omis. Havn. pro quo *τί μήν* Flor. 10. habet.

689. *δοκεῖ γάρ* Flor. 2. De *τί μὴν οὔ* v. ad vs. 940.

690. *θρασύς γ' οὖν εἰς ἡμ.* Vict. *εἰς* etiam Havn. Flor. 10.

691. *τίν' ἀλκήν; τίν' αἰνεῖς;* Ald. rell., quod aptum esset distinctione mutata *τίν' ἀλκὴν τίν' αἰνεῖς; quem ob quam virtutem laudas?* Sed *τίς ἀλκήν;* Flor. 1. 2. Vict. Hinc *τίς; ἀλκὴν τίν' αἰνεῖς;* iubente Hermanno p. 307. ap. Lindem. p. 14. dedi c. GDind. Neque vero prorsus repudiandum, quod in mentem venit Bothio: *τίς ἀλκὴν τίν' αἰνεῖς; τίς ὢν* sc. *ἀ. τ. α. Troianus cum sis, quomodo fit, ut Graeci virtutem praedices?* Ceterum: *Post ἀλκήν*, inquit Matthiaeus, *in Havn. spatium relictum est novae personae indicium, ut in eo codice a versu* 701. [688. nostr. ed.] *personarum nomina omissa sunt, sed spatii relictum, quantum ad ea recipienda idoneum erat.* At aurigae persona praescribitur in Havn. vs. 722. (735. Matth.) 732. (744.) 856. sqq. (866.) cf. 937. (949.)

692. *αἰμύλου* Flor. 10. Vict.

693. *πάρος* contra chronologiam mythicam est v. Vindicc. iii. 44.

694. *πτόλιν* Ald. rell. *πόλιν* Flor. 10. Havn. quod recepi cum Hermanno p. 307. v. ad vs. 676.

Ibid. Ad hunc locum spectavit fortasse Hesychius s. v. *ὕπαφρον*, ubi codex Schowii p. 753.: *τὸ μὴ φανε-*

ρὸν ὕπαφρον λέγουσιν, ἀλλὰ τὸ ὕπαφον (sic) τὸ ὑγρασίαν ἔχον ἐμφερῆ ἀφρῷ· ἔνιοι κρύφιον καὶ ὑπουλον. cf. Zonaras p. 1781. et Tittm. Erotian. p. 374. Franz. Ὑποφρος [lege ὕπαφρος ex Hippocrate ap. Franz. quocum consentit Hesych. et schol. ad Rhesum.] κρύφιος, ubi hac voce bis Sophocles dicitur usus.

695. στολῇ Ald. rell. στολᾷ Havn., quod recepit Matth. rell.

697. κρυφαῖος Ald. rell. κρύφιος ex coni. Morstadt. p. 41. et Hermann. p. 307. recepi c. GDind. — Ceterum in hoc versu desinit Flor. 10.

698. ἀπαιτῶν Havn.

699. κάρα πουλυπίνητ' ἔχων Ald. rell. κρᾶτα πολυπινῆ τ' ἔχων Vict. Havn. κάρα πουλυπινές τ' ἔχων Par. G. ut edid. Barnes. ex coni. Scaligeri. Hinc πολυπινές τ' ἔχων cum rell. ed. Matth. Nescio quo auctore et qua versus mensura πουλυπινὲς Bothius dixerit *κακόμετρον, cum antepenultima huius vocabuli producatur.* Imo si Ionica forma praestaret, etiam accuratius hic versus strophico (681.) responderet.

700. τὴν Ald. rell. τὰν ex Havn. rec. Matth. rell.

701. Ἀτρειδῶν Ald. rell. Ἀτρειδᾶν ex Havn. rec. Matth. rell.

702. Cum ὤν in multis libris (*editis* scil.) deesset, pro ἐχθρός scripsit πολέμιος Canterus. Contra Scaliger ὤν ut Aldus habet addidit.

703. ὄλοιτο δ', ὄλοιτο Ald. rell. ὄλοιτ' ὄλοιτο Havn., quod probante Hermanno p. 307. ap. Lindem. p. 14. recepi cum GDind. Accedit auctor *X. Π.* qui bis p. 259. D. et p. 278. B. habet ὄλοιτ' ὄλοιτο πανδίκως κακεργάτης. Huic versui praeponit Havn. ἡμιΧόρος.

704. Metri causa πρὶν ἢ ἐπὶ γᾶν Φρ. coni. Musgr. v. ad vs. 686.

705. χορ. pro semichoro Vict.

706. μέμφεται GDind. typothetae errore, qui rarissimus in ea editione.

707. τίς λάσκων vetus editio ap. Reisk., unde legi

vult τί σε λάσκων *quibus te verbis incessens.* Quae constructio reperitur Eur. Andr. 671. ubi schol. per λοιδορεῖς explicat. v. Schaefer. ad Gregor. Cor. p. 129. De δυσοίζων cf. ad vs. 792.

708. τί δρᾷς δή; τί τ. Ald. rell. δὴ omis. Havn. Coniectura Beckii (ad vs. 725.) τί θράσσῃ; *quid aestuas?* collato Hesychio θρᾶξαι· ταράξαι, λυπῆσαι. Εὐριπίδης Πειρίθῳ, et infra vs. 850., quibus addi potest Blomf. ad Aeschyl. Prom. Gl. 649., Sophocl. ἐν Ἑλένῃ ἀπατήσει fr. 187. ap. Erotian. p. 180. Pherecrates ap. Athen. vii. p. 306. A. Cratinus ap. schol. Wassenb. ad Hom. Il. β', 56. θράττει με τὸ ἐνύπνιον, Plato Phaedon. p. 86. E. HSt. Suidas v. θράττειν. cet.: haec coniectura, probata a Matthiaeo, obscurata est invento LDindorfii T. i. p. 492. τί δρᾶσαι; quod assensum tulit Hermanni p. 307. ap. Lindem. p. 14. et recepi c. GDind. Recte monuit Dindorfius, τί δρᾶσαι pendere a δυσοίζων, et περᾶσαι sq. vs. dictum esse pro ἐᾶν περᾶσαι. Ceterum quam apta sit hic suspensa oratio, quivis intelligit.

709. καθ' ἡμᾶς περᾶσαι aut est: *ad nos accessisse* et *nostros ordines praeterisse* v. vs. 611. καθ' ἡμᾶς στείχοντα et Lobeck. ad Soph. Ai. 775. aut: *propter nostram negligentiam hostes effugisse* v. Hermann. ad. l. l. Mire Lindemannus vertit: *Daſs auf uns noch losgehn.*

711. ἰὼ semel Ald. rell. — Bis Harl. quod recepi cum GDind. Pro ἡνίοχος in editt. vett., excepta Barnesiana, praefigebatur οἰκέτης. Correxerunt Dindd. v. ad indicem personarum p. 68.

712. Verba ἔα· σῖγα πᾶς vulgo alteri semichoro, alteri reliqua huius versus pars tribuitur. Item vs. 715. verba τίς ὁ στένων praefixum habent semichorum. At vidit iam LDind. T. i. p. 492. aliena ab hoc loco esse semichoria, quem secutus sum cum Hermanno p. 307. ap. Lindem. p. 14. et GDind. Iidem viderunt vs. 713. et 715. tetrametros esse trochaicos.

713. σίγα Ald. rell. σῖγα scribendum esse vidit LDind. Herm. ll. ll. GDind.

Ibid. ὕβριζ᾽· pro ὕφιζ᾽· Ald. rell. et Flor. 1. 2. ἀβρὶξ ex MS. Stephani recep. Musgr. Matth. LDind. Both. et potest huc respexisse Hesychius, qui ἀβρὶξ per ἐγρηγόρως explicat. De voce βρίζειν cf. ad vs. 813. — Multo peiora sunt ἄβριζ᾽, quod dedit Barnes., assentiente Heathio, vel ἅβριζ᾽, quae voces non Graecae sunt. — Veriora monstrant codd. Nam ὕφιζος εἰς βόλον γὰρ ἴσως τις ἔρχεται, Vict. Havn. ὕφισος εὐβόλου γὰρ ἴσως τις ἔρχεται Vatic. ap. Schott. obss. poet. ii, 43. Deinde pro εἰς βόλον c Vict. notatur εἰς βόλη, et βολὴ suprascripto βόλον extat in Par. E. G. Ex Vaticano libro ὕφιζ᾽· ἴσως κτλ. legendum esse iam suspicatus est Schottus — siquidem quod dedit ὕφισ᾽ error librarii est, iudice Barnes. Hoc, quod praeter alia etiam Reiskio in mentem venit, qui *subside* vertit, sensui optime congruit, et probatum ab Hermanno p. 307. ap. Lindem. p. 14. recepi c. GDind. Tamen a scriptura librorum Vat. Havn. Vict. minus abfuerit: σῖγα πᾶς. ὕφεισον: ὡς ἐς βόλον ἴσως τις ἔρχεται, vel σῖγα πᾶς. ὕφεισον· ὡς βόλος γ᾽ ἴσως τις ἔρχεται, quanquam prius magis placet ob similem locum Eur. Bacch. 847. γυναῖκες, ἀνὴρ ἐς βόλον καθίσταται.

714. ὦ pro ἰὼ ἰώ· et coniunctum cum priore parte sequentis versus usque ad συμμάχων Ald. rell. Semichoro tribuit Vict., de quo errore v. ad indicem personn. p. 68. Trimetrum iambicum hic non aptum esse vidit Herm. p. 307. ap. Lindem. p. 14. qui τίς ὁ στένων, singularem antea versum, cum hoc coniunxit. Recte ἰὼ extra versum dedit, sed semel tantum; bis habet Havn., quod admisi c. GDind. Bothius vero pro sua elegantia ὦ συμφ. — στένων iambicum dedit tetrametrum, quanquam in notis verum ei suboluit.

715. Metro versus, quem iambicum trimetrum putavit — v. ad vs. antec. —, offensus Porsonus Θρῃκὶ συμμάχῳ coni. praef. ad Hecub. p. xl. ed. iii. Lips. Deinde verba τίς ὁ στένων perperam tribuebantur semichoro ante LDind. — v. ad vs. 712. Versum vero ita distribui,

ut vulgata iussit, auctore GDind., quanquam fortasse praestat, quod dedit Herm. p. 307. *συμφορὰ βαρεῖα Θρηκῶν. ΧΟΡ. συμμάχων τις ὁ στένων; ecquis sociorum est qui luget?* Idem vero ap. Lindem. p. 14. *συμμάχων τίς ὁ στ.* scripsit. Ingeniose Morstadt. p. 42., *Θρηκῶν* pro glossemate habens, hos versus prioribus adaequavit hoc modo: *ἰώ, δαίμονος τύχα βαρεῖα· φεῦ. Ἆ, σῦγα πᾶς.*, quibus responderent: *ἰώ, συμφορὰ βαρεῖα συμμάχων. Τίς ὁ στένων;* Quanquam versus trimeter iambicus, qui medius est, non potest non displicere.

716. *ἰὼ* semel Ald. rell. Bis dedit Matth. ex codd. opinor, quanquam nihil annotat. Secuti sunt rell.

718. Pro *ἐϛιδὼν* habet *εἰδὼν* Flor. 1. *ἰδὼν* Havn. Vide an *εἰδὼς* scripserit Euripides. cf. ad vs. 642.

721. *ἀμβλώψ* sine discrimine dicitur pro *ἀμβλωπός* — cf. de hac voce et similibus Porson. ad Eur. Med. 1363. et praecipue Lobeck. ad Soph. Ai. 955. p. 409. *βίος ἀμβλωπὸς* reperitur ap. Aesch. Eumen. 955. Neque vero dissimulandum est *αὐλῶπες* pro *ἀμβλῶπες* praeberi a *X. Π.* p. 291. A. *τῶν συμφρόνων τις αὐτὸς εἶ,* (sc. *τίς αὐτὸς εἶ*;) *κατ' εὐφρόνην Αὐλῶπες αὐγαί, κοὔ σε γινώσκω τορῶς.* Tamen ne argutius *αὐλῶπις* Homericum conferamus, aut Hesychianas glossas advocemus, velut *αὐλωπίας· κοιλόφθαλμος, αὐλώπιδι· στενῇ περὶ τοὺς ὀφθαλμούς*, cf. schol. Hom. Od. *χ'*, 19.: haec, inquam, ne commemorem, facit frequentissima confusio litterae *υ* et *β*. v. ad schol. vs. 4. p. 75.

Ibid. κοὔ σε γιγνώκω γ' ὅλως Ald. rell. Pro *γ'* ὅλως praebent *τορῶς* Par. G. Flor. 1. 2. Vict. Havn. et suprascribitur in Harl. Idem suppeditat *X. Π.* l. modo l. et coniectura reperit Reisk. *σημῆναι τορῶς* est ap. Aeschyl. Pers. 479. cf. Eur. Rhes. 77. Ion. 696.

722. sqq. *Ημιχ.* tribuit Havn., quod est *ἡνίοχος*. Pro *Τρωϊκῶν* Scaliger, si fides est Barnesio, corr. *Τρωΐων*. Contra Hermann. p. 307. *Τρῴων* coniecit et ap. Lindem. p. 14., ubi non perspicio, quid sibi velint verba a Lindem. adiecta: *propter anapaestum*. Nimirum, loco

non inspecto, hic agi de iambis videtur cogitasse Lindemannus.

724. V. ad vs. 737.

725. σημήνω Ald. rell. Correxerunt Dindd. Deinde διοπῶν Ald. rell. et duo codd. reg. ap. Brunck. l. laudando. διοπτῶν Vict. Havn. διόπων recte dedit Barnes. v. Brunck. ad Eur. Hippol. fr. xv. (xviii. Dind.) Blomf. Aesch. Pers. gloss. 44.

726. deest in Ald. rell. ᾰ̃ ᾰ̃ ᾰ̃ praebent Harl. et Par. E., in quo adscriptum est περισσόν, quae est metrici nota, his epiphonematis anapaestos violari rati. v. LDind. ad Eur. Hel. 1318. T. i. p. 498. Neglectas has interiectiones a Matthiaeo aeque ac vs. 734., merito recepit LDind. T. i. p. 492., sed quater et περισπωμένως scripta ob numerum anapaesticum. Idem confert similem locum vs. 785. Ceterum v. ad vs. 737.

729. τολυπεύσας, quod loco spurio vs. 747. repetitum legitur, ex rarioribus est vocibus — v. Valcken. p. 97. a. — sed Homero non ignotum. Ad nostrum fortasse Hesychius respexit locum: τολυπεύσας· κατεργασάμενος. cf. schol. Hom. Il. ξ′, 86. ώ, 7. Od. ά, 238. Eustath. ad Il. ξ′. p. 969, 12. ώ. p. 1336, 19. Od. ά. p. 1414, 24. cet.

732. Ἡνίοχος praefigitur in Havn.

734. deest in Ald. rell. ᾰ̆ ᾰ̆ ᾰ̆ ᾰ̆ Vict. ᾰ̆ ᾰ̆ ᾰ̆ Havn. Merito, quae metrici expellere solebant, sed περισπωμένως receperunt Dindd. v. ad vs. 726. et 737.

736. πῶς δ' ἂν Ald. rell. — δ' omis. Havn., probante Matth. in nott. et elecerunt Both. Dindd. ὀλοίμην Ald. ὀλοίμαν ex Flor. 1. 2. Vict. rec. Matth. rell. Reiskius qui πῇς δ' ἂν ὀλοίμην, *peream totus* aut πῶς δ' οὐκ ἂν ὀλοίμην, *quomodo fieri potest, ut non peream* scribi iussit, se rei metricae aeque atque grammaticae ignarum ostendit. v. Monk. ad Eur. Hipp. 208. Alc. 875.

737. Hunc versum Aldina praebet et in margine Par. G. Omittunt Harl. Flor. 1. 2. Havn. Natum ex vs. 729. delevit Tyrwhitt., probante Valcken. p. 97. a.,

et eiecerunt Musgr. et rell. edd. Ego tantum abest, ut genuinum putem, ut ineptum prorsus iudicem. Sed epiphonemata vs. 726. et 734. suadent, haec systemata esse anapaestica, quae sibi respondeant. Etenim non solum primum dimetrum utroque loco monometer sequitur, sed si hoc versu servato transponas epiphonemata, ut vs. 734. sequatur versum 736., syllabarum numerus exaequabitur. Id cum reputarem, nolui omittere hunc versum, qui potest aut locum alius occupasse, aut ex genuino corruptus esse. Magis vero probabile videtur in priore systemate versum subditicium latere. Quare si et hunc versum eieceris et versum 724., eiusque loco epiphonema quod vs. 726. legitur reposueris, et metra et sententia bene procedent. Favet quodammodo, quod ad vs. 726. in uno codice *περισσὸν* legitur adscriptum, quia epiphonema non suo loco positum erat, et ortus esse potest vs. 724., quia sententia non absoluta videbatur. Saltem versus non ita exquisitus est, ut a grammatico nequeat additus esse. Nam si *κοῖτον* excipias rariorem formam pro *κοίτη*, quae tamen praeter Homerum, Hesiodum, alios reperitur etiam apud seriores v. c. apud Parthen. viii, 4. et in epigrammate ap. Boeckh. Corp. Inscr. ii. n. 3344. B. 4. (7.) cf. Hermann. Opp. iv. p. 314., reliqua satis nota sunt verba. Nam *ὑπασπίδιος* ex Soph. Ai. 1408. peti potuit, ubi recte per *ἐνόπλιος* a schol. explicatur, et *νύκτας* et *ὕπνον ἰαύειν* vel ex Homero notum, v. c. Il. *ί*, 325., quo loco utuntur Lucian. de mercede cond. 11., Plutarch. de Alexandri fort. i. pr. — usurpant etiam tragici, ut Soph. Ai. 1204. Eur. Phoen. 1538. cf. Orphic. hymn. lii, 3. et fr. ap. Lobeck. Aglaoph. p. 597. et schol. Arist. Rann. 350.

739. *κέλσαντες* Havn. Iubente Hermanno p. 307. ap. Lindem. p. 14. in fine huius versus, ubi punctum extabat, signum interrogationis c. GDind. posui.

740. V. Vindicc. i, 18.

741. *αὐδᾷς* Havn.

742. *Ἡμῖχ.* Vict. praefigit. v. ad indicem personn.

p. 68. *κἀπὶ τοῖς αἰσχροῖσι πρὸς Ἄλγιστα* perperam coni. Barnes., quo omnis vis loci perit. Cf. locum simillimum vs. 102.

745. *λυπρὸν μέν γὰρ* Havn.

748. *ἕκτορείᾳ* Ald. rell. Ordinem verborum mutant: *Ἑκτορέᾳ χειρὶ εὔνασε* Havn. et *Ἑκτορείᾳ χειρὶ εὔνασε* Vatic. ap. GDind. praef. p. xxi. — *Ἑκτόρεια* primus et solus opinor dedit Bothius, quod ut Buttmannus Gr. Gr. §. 60. annot. 1. p. 239. ed. sec. probat GDind. l. l., qui nollet in textu librum Havniensem secutus esse auctore Hermanno p. 308. Hic enim vir doctus propter Aesch. Pers. 589. *βασιλεία γὰρ διῴλωλεν ἰσχύς*, ubi schol. (vs. 588. Schuetz. et not. 595. Blomf.) *τὰ τοιαῦτα πάντα κτητικὰ μακρὸν ἔχει τὸ ᾱ.*, contendit etiam ap. Etym. M. p. 451, 50. *βασιλεια χειρ* et p. 461, 45. *Πολυδεύκεια χειρ καὶ Ἀγαμεμνόνεια* malo accentu exhiberi. Contra recte monuit GDind. l. l. non videri fidem denegandam libris Etymologici, cum ap. Aristoph. Eccles. 1029. *Διομήδεια* ultima correpta inveniretur. Idem suspectam esse iudicavit auctoritatem libri Havniensis, cum Vatic. *Ἑκτορείᾳ* exhiberet. Adde *Ὑπέρεια κρήνη* ap. Sophocl. fragm. 758., et quae Buttmannus l. l. attulit *τέλει᾽ ἀρά* ex Aeschyl. Sept. [695.] et *Κύκνεια μάχα* ex Pindaro Ol. xi, 15. Boeckh., nec Lobeckius ad Soph. Ai. p. 118. not. 9. hanc improbavit *τύνωσιν*. Videtur vero etiam Hermannus coniecturam suam sprevisse, cum eam ap. Lindem. omiserit.

749. *πεδοστιβεῖ* coni. Morstadt. p. 45. cf. ad vs. 246. Vulgatam etiam defendit *X. Π.* l. ad vs. 756. l.

750. *κόμπῳ δαμ.* Flor. 1. 2. Vict. Eadem varietas est in Soph. Ai. 127. Dict. Cret. ii, 45. *Tum fatigatis ex itinere custodibus et ob id somno pressis, eosque et interius progressi in ipsis tentoriis regem interficiunt.*

752. *πλῆκτρά τ᾽ οὐκ* Ald. rell. et codd. *δ᾽* pro *τ᾽* Havn. *κλῆθρά τ᾽ οὐκ* ex Musgravii coni. rec. Matth. Both. LDind. Quae correctio iusto temerior visa est Hermanno p. 308. ap. Lindem. p. 14. Etenim dicere

Homerum, quem sequatur Rhesi auctor, Il. ψ', 510. *κλῖνε δ' ἄρα μάστιγα ποτὶ ζυγόν* —; motum vero esse tragicum, ut hoc adderet, his in Dolonea [vs. 498.] verbis: *τόφρα δ' ἄρ' ὁ τλήμων Ὀδυσεὺς λύε μώνυχας ἵππους, Σὺν δ' ἧιρεν ἱμᾶσι καὶ ἐξήλαυνεν ὁμίλου, Τόξῳ ἐπιπλήσσων, ἐπεὶ οὐ μάστιγα φαεινὴν Ποικίλου ἐκ δίφροιο νοήσατο χερσὶν ἑλέσθαι* — quem locum contulit iam Barnes., quanquam intellexit, nihil eo probari. Hermannum nollem secutus esset GDind. Nam locis Homericis refutavit nihil eorum, quae contra vulgatam protulit Musgr., qui ad vocem *πλῆκτρα* scripsit: *Non explicant grammatici veteres. Interpres quidem scutica m intelligit, sed frustra. Parum enim intererat, utrum scutica iugo apposita esset, necne. Ex versu* 303. [294.] *colligi potest, colla iugalium sibi invicem sera connexa esse. Χρυσῇ δὲ πλάστιγξ αὐχένα ζυγηφόρων Πώλων ἔκλῃε. Nota hic vocem ἔκλῃε, ut et in loco qui nunc prae manibus est, καθήρμοσθ', et eam quoque de rebus obseratis adhibitam. v. Phoeniss.* 117. [116.] *Hinc sine ulla dubitatione corrigo: κλῇθρά τ' οὐκ ἐπὶ ζυγοῖς Ἵππων καθήρμοσθ'* — *Nonnus lib. xxviii. vs.* 77. *πολυκλήϊστον ὑπὸ ζυγόν. Non sine causa hoc commemorat auriga: neque enim adeo facile abduci potuissent equi, si colla eorum sive inter se, sive currus forte lemoni, sera connexa fuissent.* Adde cum Bothio vs. 550. *δεσμὰ πωλικῶν ἔξ ἀντύγων κλάζει σιδήρου* et vs. 552. *δεσμῶν ἀραγμὸν ἱππικῶν*, unde apparet solitos fuisse veteres annectere serâ currui equos. Et tale quid neglectum fuisse ab auriga totus locus ostendit, ut etiam ap. Homerum solis *ἱμᾶσι δέδεντο* equi *ἔξ ἐπιδιφριάδος πυμάτης* (κ', 475. cf. 499.). Nam facilius etiam abduci potuissent equi, si praesto fuisset scutica. Itaque dono vocem *πλῆκτρον vinculum* sive *seram*, aut *tintinnabulum* ut Barnes. vertit, significare ostenderit aliquis, aut denique Musgravii coniectura ingeniosissima protulerit probabiliorem, hanc servabo.

754. *ἡμᾶς κἀθεδρεύοντας* Flor. 1.

755. *πρύμνησι* Havn. *φαύλως* male interpretatur Bar-

nes. *infeliciter.* Recte Musgr. *temere* sive *negligenter.* cf. schol. Aristoph. Pac. 25.

756. *X. Π.* p. 285. B. *κἀγὼ μελούσῃ καρδίᾳ λήγουσ' ὕπνου Κεῖμαι παιδοστιβής γε χαμαιστρωτία.*

757. Non accepisse pabulum equos Rhesi recentiorum fabula est. v. Vindicc. iii, 38. 39. Ceterum *χόρτος* vox, quae etiam de hominum cibis usurpatur — v. Athenaeus iii. p. 99. F. et ibi intt. — apud Sophoclem corrupta est in fragmento (727.), quod servavit Plutarch. Quaestt. Rom. 71. (T. ii. p. 277. Tauchn.) *Διὰ τί τῶν κυριττόντων βοῶν, ὑπὲρ τοῦ φυλάττεσθαι τὸν ἐντυγχάνοντα, χόρτον τῷ κέρατι προσδέουσιν; ἢ διὰ κόρον καὶ πλησμονὴν ἔξυβρίζουσι καὶ βόες καὶ ἵπποι καὶ ὄνοι καὶ ἄνθρωποι; ὥς που καὶ Σοφοκλῆς πεποίηκε· Σὺ δὲ σφαδάζεις* — cf. Ruhnken. ad Timaeum s. v. p. 243. Toup. ad Longin. *π. ὕ.* xxv. — *πῶλος ὡς εὐφορβίᾳ, Γαστήρ τε γὰρ σοῦ καὶ γνάθος πλήρης. διὸ καὶ Μάρκον Κράσσον οἱ Ῥωμαῖοι χόρτον ἔχειν ἔφασαν.* Alterum versum scribe: *γαστήρ τε χόρτου καὶ γνάθος πλήρης* [*κυρεῖ*].

758. *πρὸς ἀλλ.* Ald. rell. *ἐς* ex Havn. et Vict. recepi c. Dindd. Deinde *μέτρῳ*, quod in Ald. rell. legebatur, corr. Stephanus et Brodaeus.

759. *στρατῷ* Havn. Utrumque probum. Cf. locum simillimum Archilochi fr. 73. Liebel. ap. Eustath. Od. *υ.* p. 1889. *φιλῆτα νύκτωρ περὶ πόλιν πολεύμενε.*

760. In Havn. hoc ordine hi versus leguntur: 760. 762. 761. 765. 766. 767. 763. 764. 768. Etenim librarius eius codicis, qui fons Havniensis erat, propter homoeoteleuton a vs. 761. ad vs. 765. aberrasse videtur, et deinde quos omiserat versus margini adscripsisse, unde postea genuinus ordo perturbatus sit.

761. *κἀνεχωρεῖτον* Par. E. *κἀνεχωρήτην* Vict. Havn.

762. *ἄπυσα δ' αὐτοὺς* Vict. Havn. Deinde *μὴ πλαθεῖν στρ.* Vict. *μὴ πελάθειν τῷ στρ.* Havn. Quod Morstadt., mediam vocis *ἠπύω* semper corripi ratus, coniecce-

rat p. 4. not. 3. ἧῦσα, ipse retractavit praef. p. viii., laudans Eur. Hec. 155. Suppl. 800.

764. οὐδ' ἐγὼ pro οἶδ' ἐγὼ Vict. Havn. fere ut Reisk. scribi voluit: οὐκοῦν οὐδ' ἐγώ τοι πλείονα sc. εἶπον, quod etiam ad οἱ δ' οὐδὲν perperam subaudit.

766. καθ' ὕπνους Havn. δόξα μοι παρεστάθη Soph. Oed. Tyr. 911. γνώμη τινὶ τοιαύτη παρεστήκει Andoc. de myst. 54.

767. οὗς ἔθρεψα Vict. Havn., quod adversatur vs. 347. 601. 771. καὶ διφρηλ. Flor. 1. 2. Havn. ἵπποις legendum videbatur Reiskio et Musgr. praeter necessitatem.

769. Pro ῥάχιν habet ῥοὰν Vict. ῥοὴν Havn. Recte intellexit Heath. *eam dorsi equini partem, quae sessioni* [s. ephippio] *apta est.* Temere Reisk. maluit ἐπεμβεβῶτ' ἐς ἐδρ., quod de duobus lupis sermo esset.

770. θείοντες δ' οὐρᾷ Ald. rell. θείοντε Vict., ut correxit Canter. τρίχα omis. Havn. Si verum est, quod dicit Bothius, lupos non solere cauda verberare, ut leones et tigres, id facile condonabitur poetae Attico, qui nunquam fortasse lupum viderat. Spectatores saltem plerosque omnes non potuit offendere. Neque enim probabilis est explicatio Bothii: *Meminerimus, somnium narrari.*

771. Quod ἀντηρίς vocis significatio huic loco non conveniret, probabiliter ἀρτηριῶν coniecit Musgr., collato Polluce ii, 114, 218., ubi guttur sive asperam arteriam plurali huius vocis enuntiasse veteres dicerentur. Idem contulit Soph. Trach. 1054., quo loco de veste perniciosa Herculis dicitur, πνεύμονός τ' ἀρτηρίας ῥοφεῖ ξυνοικοῦν. Musgravium secutus est Bothius, non nolente Matthiaeo. Contra Hermannus p. 308. ap. Lindem. p. 14. ἀντηρίδες servandum esse et *obices* significare monuit. Quae verba quid sibi velint, intelligitur ex Lindemanni versione: *Die aber schnoben aus dem Schlag Zornmuthig blasend und die Mähnen sträubten sich.* Sed neque eam vocis esse significationem ostendit Hermannus, neque non inepta est. Nam quis tandem equis istis illa nocte stabulum

extructum esse putaverit a dormiturientibus Thracibus, cum ne Troiani quidem tentoria habuisse videantur? Et fac, ut tantam curam pretiosissimis equis adhibuerint, quomodo tandem lupi obices perrumpere poterant et in equile irruere? Denique omnia si concesseris, languebit haec vox adiecta. At errasse Hermannum verumque sensum intellexisse Musgravium, monstrare debebat scholiasta, cuius verba neglexit Hermannus. Nam et Vaticanus et duo Florentini explicant *ἐκ τῶν μυκτήρων ποιὸν ἦχον ἀπετέλουν*, cf. schol. Arist. Equit. 104. *ῥέγκει· ποιὸν ἦχον ἀποτελεῖ τῇ ῥινί*. Itaque, cum non probabile sit, solum verbum *ῥέγκειν* ita a grammaticis explicari, aut hac significatione *ἀντηρὶς* usurpari voluerunt, aut aliam habuerunt lectionem. Prius, quanquam arridet Musgravii emendatio, tutius duxi. Etenim cum Suidas tradat *Ἀντῆρες δέ, ἀντήριδος, καὶ σημαίνει τὴν θυρίδα* [p. 466, 16. Bernh.] eo etiam *τὰς ῥῖνας* sive *nares* significari posse arbitror. Eadem metaphora *θαλάμαι* vocantur nares. Pollux ii, 79. *τῆς δὲ ῥινὸς μέρη, τὰ μὲν κοιλώματα, θαλάμαι, μυξωτῆρες, ὀχετεύματα — —, τὰ δὲ ἔνδοθεν μύξαι τε καὶ θαλάμαι, ὡς εἴρηται.*

Ibid. *αἳ δ' ἔρεγχον* lemma schol. Vat., *ἔρεγκον* lemma schol. Flor. 1. 2., quae est Attica forma auctoribus Thoma Mag. s. v. *ῥέγκω* et schol. Arist. Nubb. 5.

772. *κἀνεχαίτιζον φόβην iubam* coni. Reisk., quem ex parte secutus videtur Lindemannus, qui male vertit: *und die Mähnen sträubten sich*. *Ἀναχαιτίζειν* auctore Sophocle Suidas p. 382, 10. Bernh. per *ἀπειθεῖν καὶ ἀντιτείνειν* explicat. cf. eundem v. *ἀνεχαίτισεν* p. 420, 3. et Hesych. v. *ἀναχαιτίζει — ἀπειθεῖ* (ita enim pro *ἀναπείθει* ut v. *ἀναχαιτίσαντι* pro *ἀνάπεισαντι — ἀπειθήσαντι* vel *ἀνατείναντι* legendum videtur) — *κυρίως δὲ ἐπὶ τῶν ἵππων. Σοφοκλῆς Ἑλένης ἀπαιτήσει.* (fr. 189.). Idem *ἀνεχάϊτισεν, ἠπείθησεν, ἀνεκρούετο, ἀνέτρεψεν.* cf. Monk. ad Eur. Hippol. 1227. Valck. 1233. Elmslei. ad Eur. Bacch. 1070. Sensus igitur est: *timidi resistebant*.

773. *ἀμύνων πώλοις θῆρας* dictum est ut *ἀρῆξαι φό-*

νον τέκνοις ap. Eur. Med. 1275. Cf. Homerum cui usitatissima est structura haec, v. c. Il. *ά*, 456. *Δαναοῖσιν — λοιγὸν ἀμῦναι.* ibid. 341. 398. *ί*, 435. *ἀμύνειν νηυσὶ πῦρ.* cet.

775. *μυχθισμῶν* Ald. rell. *μυχθισμὸν* Par. E. G. Vict. Havn. lemma scholl. Vat. et Flor. 1. 2. Correxerunt iam Musgr. et e coni. Reisk. Ceterum *μυχθισμὸς* quid sit, et schol. explicuit et Aeschylus docet Prometh. 743. *ἀναμυχθίζει.* Verbi *μυχθίζειν*, quod nisi in Anthologia vii. p. 612. se non legisse testatur Blomf. (gloss. 768.), ex Aeschylo (fr. 337.) meminit Eustath. ad Il. *δ'*. p. 440, 25. et ad Od. *ώ*. p. 1965, 49. Siculae originis censet Bergk. *Zeitschr. f. Alterth. Wiss.* 1835. p. 955. scilicet ob Theocrit. xx, 13.

776. *σφαγῆς* coni. Musgr. — *δεσπότου πάρα* scribi iussit Hermannus p. 308. ap. Lindem. p. 14. quod recepit GDind. Non necessaria est mutatio si hanc putes constructionem: *θερμὸς δὲ κρουνὸς νέου αἵματος, δυσθνήσκοντός τινος παρὰ σφαγαῖς δεσπότου, βάλλει με.* Id praetuli, quod correctio, facilis quidem illa, non aptissimum sensum fundit. Nam sive *σφαγαῖς* ad *δυσθνήσκοντος* referes, sententia vi caret, sive ad *βάλλει*, ferri nequit.

778. *ὀρθῶς* Vict. Deinde legebatur *ἀναΐσσω*, quod in *ἀναίσσω* mutaverunt Matth. Both. Alteram formam cum Dindd. praetuli, quam Matth. quoque praebet Eur. Iph. A. 8. v. Pierson. ad Moer. p. 301. Valcken. ad Eur. Phoen. 1388. ad Hipp. 1352. Porson. ad Eur. Hec. 31. Elmsl. ad Soph. Oed. C. 1261.

780. *νείραν εἰς πλευρὰν* Ald. rell. *νείαιραν* Canter. contra metrum, unde ex Scaligeri coni. Barnes. *παίει πάρος νείαιραν εἰς πλ.* dedit, *πάρος prius* vertens. — *πλευροῦ* pro *πλευρὰν* Par. G. Harl. Flor. 1. 2. Vict. Ex *X. Π.* 1220. [p. 274. C.] *νύσσει παραστὰς νειάτην πλευρὰν ξίφει Ἀκμαῖος ἀνήρ. τῆς τομῆς γὰρ ἠσθόμην Πληγὴν βαθεῖαν ὦλκα τραύματος λαβών* — Pierson. ad Moer. p. 268. correxit *παίει παραστὰς νειάτην πλευρὰν ξίφει*, conferens Homericum *νείατον ἐς κενεῶνα* Il. *έ*, 857. cui obsecuti sunt Matth. Dindd. Non persuasit Musgravio, qui acute

monuit *νείμραν* ab Homeri schol. [Eustath. ad Il. *έ*. p. 587, 37.] per *νειάτην* explicari, ut subesset suspicio, ne interpretatio genuinae vocis apud *X. Π.* lateret. Idem merito contendit, nihili esse Piersoni argumentum, qui *νείαιραν γαστέρα* quidem reperiri [Il. *έ*, 539. 616. *π'*, 465.] diceret, neque vero *πλευράν*. Accedit quod *νείατος* Ionicum, *νέατος* solum Atticum videtur. cf. Moerid. l. l. et exempla ap. Seidler. ad Eur. Tro. 206. Quare propius abesse a vero videtur Musgr., qui *νειρὰν εἰς πλευρὰν ξίφει* coni. collatis Hesychio [v. *νειρόν· σφοδρόν, ἔσχατον. νεῖραι· κατάτασαι.*] et Lycophr. Cass. 896. *νειροῖς μυχοῖς*. Contra vero Bothius non apparere dicit, cur *imum* latus ictum sit. Itaque acute scripsit *παίει παραστὰς νεῖραν εἰς πλευρὰν ξίφει ferit ventrem per latus.* Id ita admisi, ut scriberem *παίει παραστὰς νεῖραν ἐς πλευρὰ ξίφει.* Etenim cum omnes libri *πλευροῦ* exhibeant, id facilius corruptum videtur ex *πλευρὰ* (v. intt. ad Gregor. Cor. p. 532.) quam ex *πλευράν*. Adde quod ob praegressum accusativum pronum erat, *πλευρὰν* scribi; et quam odio habuerint neutrum *πλευρὸν* librarii, Porsonus potest docere ad Eur. Or. 217. ad Hec. 814. Pierson. Veriss. p. 69. Elmsl. ad Heracl. 824. cf. quae contradixit Hermann. ad Soph. Ai. 1389. Ceterum dolendum est, quod de librorum lectione, excepto *πλευροῦ*, nihil constat. Fortasse enim confirmaretur, quod ab Euripide scriptum fuisse auguror: *παίει παραστὰς νεῖραν ἐκ πλευροῦ ξίφει, hausit ventrem per latus.* Denique Lentingium, qui p. 75. praeter *νειάτην* ex *X. Π.* etiam *νύσσει* legi voluit, non moror, quia *νύσσειν* verbum sacris scriptoribus praecipue frequentatum esse, iam docuit Morstadt. p. 45. sq.

781. *Ἀχμαῖος ἀνὴρ X. Π.* l. modo l., quod probat Lenting. l. l. Voluit, opinor, *ἀνὴρ ἀχμαῖος*. At quis ex solo *X. Π.* vulgatam tentaverit?

782. *πληγὴν* Havn. et *X. Π.* l. ad vs. 780. l. quod commendavit Lenting. l. l. Sed ita loci tota vis perit, quae ea est, quam coniectura *πληγῇ*, a Bothio recepta, efficere studuit Musgr.: *ex ictu gladii sensi virum robustum esse,*

quippe profundo vulneris sulco accepto. Quod iam intellexit Heath. cf. Matth. Gr. Gr. p. 624. At Lentingio ne ὦλκα quidem, quod pro ἄλοκα suppeditat *X. H.* l. l., respuendum videbatur. De re cf. Blomf. ad Aesch. Sept. 590. Ruhnken. ad Tim. p. 58.

788. φθάσαι pro φράσαι Flor. 1.

789. χερὸς Flor. 1. Havn.

792. δυσοίζου pro δύσοιζ' οὐ Ald. rell. et Codd. Vocem explicat Hesychius. δυσοίζει, δυσοίζειν, ἐδύσοιξα — ὑπονοεῖ, ὑποπτεύειν, ὑπενόησα et hoc sensu supra vs. 707. occurrit. Quare ineptum sensum efficit vulgata, quem bene emendavit Musgr. coniiciendo *μηδὲν δύσοιζ' οὐ πολ. noli suspicari, non hostes haec fecisse*, quod receperunt Matth. rell. Quae emendatio certissima non uno nomine praestat coniecturis Valckenarii p. 108. not. 10. μηδὲν δοιάζου, vel potius μηδ' ἐνδοιάζου πολ. *dubitare omnino noli, quin hostes hoc facinus patraverint*, et Lentingii p. 76. μηδὲν δυσοίζου. πολέμιοι δρῶσιν τάδε. δυσοίζειν vox, monente Musgr., usurpatur ab Aeschylo Ag. 1316. eodem sensu, ubi Blomfield. (gloss. 1287.) confert Eustath. ad Il. ά. p. 127, 11. γίνεται — παρὰ τὸ οἰ οἴζω. Neque eleganter neque recte Lindemannus vertit: *O sei besorgt nicht, dass der Feind dies nicht gethan.*

793. συμφορὰς coni. Lenting. l. l. Male; v. Matth. Gr. Gr. p. 659.

796. ἡμᾶς pro ὑμᾶς Flor. 1. Vulgatam habet *X. H.* l. ad vs. 799. l.

798. Pro ἐξαπώσατε aliud invenisse videtur *X. H.* l. ad vs. sq. l., qui συνήκατε praebet.

799. τῶνδε τὶς Ald. τῶνδέ τις edd. vett. Matth., quod dubitari potest, an praestet ei, quam dedimus lectioni cum Barnes. Schaefer. Both. Dindd. quaeque iam extat in Hervag. 1544.

Ibid. δώσει δίκην Vict. Havn. — τίσει exquisitius videtur, in *X. H.* p. 293. A. etiam obvium, πῶς ὦ μέγιστα πήματ' ἐξειργασμένοι Μύσται μολόντες εἰς τάφον εἰςἴσασαν, Τμᾶς λαθόντες καὶ νέκυν ἀφήρπασαν; Κοὔτ' εἰσιόν-

τας πρὸς τάφον συνήκατε, Οὔτ' ἐξιόντας; τῶνδε τίς τίσει δίκην πλὴν σοῦ; σὲ γὰρ φύλακά φημ' εἶναι τάφου. Ὤφλειν τέθεικας τοῖς βροτοῖς γέλωτά με Πρὸς αἰσχύνῃ δὲ καὶ δίκην τίσω φόνου. Κλέπται σ' ἔλασθον ἐγγελῶντες πολλά μοι.

800. σὲ γὰρ δὴ φημι φυλακά Havn., accentum ex priore ordine servans. δὴ omis. X. Π. l. modo l. ob rationes suas.

801. ἄπληκτος sensu proprio hic usurpatur. Figurate dixit Eupolis Πόλεσιν ap. schol. Arist. Avv. 880. ἄπληκτος ὥςπερ ἵππος, qui calcaribus non eget.

803. εὖ νῦν Ald. rell. Corr. Dindd. cf. locos ap. Elmsl. ad Eur. Med. 580. Deinde ὠμόμοσται Ald. rell. ὀμώμοσται Par. G. Harl., quod iam rec. Barnes. ὀμώμοσται Havn. ὠνόμασται cod. HSteph. ὀμώμοται Atticos semper dixisse, suspicatur Buttmannus Gr. Gr. ii. p. 198. et p. 199. not. *, nostrumque locum corrigendum censet, quemadmodum Elmsl. ut videtur ad Eur. Med. 1263. Ceterum noli putare, Hectorem ex arcana nescio qua doctrina, Iovis filium dici. Nam haec eius genealogia, quantum scio, aliunde non est nota, cum ii, qui deo natum voluerunt, Apollinis dixerint filium, velut Stesichorus et Ibycus: v. Lobeck. Aglaoph. p. 268. Ibycus ed. Schneidewin. p. 132. Kleinius ad Stesichori fragmm. p. 80. Potius Ζεὺς πατὴρ invocatur, quo sensu Eteocles ap. Aesch. etiam Sept. 512. Ζεὺς πατήρ dixit, quippe πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε, quique ὅρκων ταμίας est apud Eur. Med. 169. cf. Dio Chrys. or. xxxvi. p. 447. extr. Mor. de Iove: καὶ δὴ καὶ πατέρα αὐτὸν οὐκ ὀκνοῦσι προσαγορεύειν τινὲς ἐν ταῖς εὐχαῖς. Neque vero Euripides morem vulgarem Phrygum, ad quos Troiani pertinent, secutus est, qui, si fides veteribus, non solebant in iureiurando deorum numina testari. v. Lobeck. Aglaoph. p. 979. not. b.

804. μαράγνα γ' Ald. rell., quod auctore Herodiano ap. schol. Flor. retinui. μάραγνά γ' scripserunt recentiores. Reperitur vox ap. Aeschyl. Choeph. 375. et usus est de scutica Plato com. Cleophonte ap. Polluc. x,

13, 56. — Explicat Rhesi schol. et Photius μάραγνα· μάστιξ. Conferendus, qui saepius vocem illustravit, Hesychius μάραγνα· [vulgo μάραινα] μάστιξ, ῥάβδος, ταυρεία [v. γαυρία]; idem μαράγνᾳ· [sic] τῇ ταυρείᾳ [v. γῇ ταυρ.]. Eadem et σμαράγνα vocabatur, si fides est Hesychio. Ne γ', ut importunum removendum censeas reposito σ', cavet Elmsl. ad Eur. Med. 1263.

Ibid. καρανιστὴς μόρος explicatur a schol. per καρατομηθῆναι. Καρανοῦν ap. Aesch. Choeph. 528. et 705. a schol. per κεφαλαιοῦν (ad vs. 523. 700. Schütz.) explicatur et similiter Hesychius: Καρανούσθω· τελειούσθω et Καρανώσει· κορυφώσει. Magis nostro loco congruit Aeschyli dictum Eum. 186. καρανιστῆρες ὀφθαλμῶρυχοι δίκαι, ubi καρανιστῆρες a schol. (181.) recte explicatur αἱ ἀποκεφαλίζουσαι.

805. μενεῖ Ald. rell. μένει Havn. et e coni. Lenting., quam in notis probat Matth. et rec. rell.

807 — 819. respondere ei carmini quod legitur vs. 441. sqq., primus vidit Hermann. p. 304. et 308.

808. μέγας ἐμοὶ μέγας, ὦ πολιοῦχον κρ. Ald. rell. — ἀγὼν· ante ὦ addidit Hervag. 1544. et ex ea, non monito lectore, Canter. quod ante Hermannum omnes secuti sunt, excepto Bothio, qui Aldum expressit, et deest ἀγὼν in Codd. μέγας μοι μέγας Flor. 1. 2., unde certa potest loco afferri medela. Sed antea, quid Hermannus excogitaverit, expendendum est. Is post alterum μέγας lacunam statuens p. 308., sequacem habuit GDindorfium. Ipsa verba perdita ita fere restitui posse arbitratur: μέγας ἐμοὶ μέγας [θεόθεν ὅδε κλύδων] Ὦ πολιοῦχον κράτος, Τότ' ἄρ' ἔμολεν, ὅτε — quam coniecturam denuo defendit ap. Lindem. p. 12., qui p. 10. ita scribi voluerat: μέγας ἐμοὶ μέγας μοι ὅδ' ἀγών, Ὦ πολ., quod non uno nomine repudiandum videtur. At Hermanni quoque coniectura, etiamsi lacuna statuenda esset, maneret incerta; quare laudo GDindorfium, quod lacunam, quam putavit, non explevit. Nos aliter sentimus. Nam si considero, eodem loco, si Hermanno obsequereris, et in stropha et in an-

tistropha statuendam esse lacunam, id mirum puto, cum nihil ad iustum sensum requiratur in stropha et metra etiam usitatissima sint. Carmen enim a duobus dochmiis incipere verisimile esse, etiam Hermannus iudicavit ap. Lindem. p. 11. Quare videndum est, an integrum etiam antistrophae initium sit. Et fallor aut est ita. Nam ἀγὼν sive κλύδων quod supplent, non mentem poetae exprimit. Sola compellatio Hectoris expectatur, ut Bothius etiam vidit, quam praebent libri, ut vocibus μέγας et πολιοῦχον κράτος Hectorem compellent milites, deinceps, quae sibi dicenda sint, exposituri. Unde facile perspicitur, librorum praestare scripturam μοι, quia pronomen vix desideraretur, si deesset, quanquam aliter ob suas rationes sentit Hermann. ap. Lindem. p. 11. sq. Ad sensum comparari potest Eurip. Troad. 1216. ἔ ἔ· φρενῶν ἔθιγες ἔθιγες ὦ, Μέγας μοί ποτ᾽ ὢν, ἀνάκτωρ πόλεως — ita enim hic quoque sine dubio pro vulgata ἐμοὶ scribendum est. — Praeterea ὦ, quo numeris satisfieret eieci, cum a librario additum videretur, et πολίοχον pro altera forma scripsi, quod neque analogiae repugnat et defensum est ad vs. 166.

809. τότ᾽ ἄρ᾽ ἔμολ᾽, ὅτε Ald. rell. ἆρ᾽ pessime Barnes. Musgr. τότ᾽ ἄρ᾽ ἔμολον Harl. Vict. Havn. quod iure recepit Matth. [ἔμολον iam Musgr.] Hoc cur Hermannus p. 308. et Lindem. p. 11. in ἔμολεν mutandum dixerint, perspicitur ex eorum coniecturis ad vs. antecedentem commemoratis, quae etiam hic libris adversantur. Vocem σοὶ correptam iure dixit Lachmann. de chorr. systemm. p. 36.

810. περὶ pro ἀμφὶ Flor. 1. 2. Vict. Non dixerim ἀμφὶ scripsisse Euripidem; sed cum sequens versus corruptus sit, et libri quid habeant non constet, vulgatam reliqui, quae saltem numeros praestat aptissimos.

811. ναυσὶ quod Ald. rell. et Bothius suppeditant, non monito lectore in ναυσὶν mutavit Matth. quem sequuntur Dindd. Id quanquam libris ducibus factum videatur, nolui admittere, cum ob auctoritatem incertam,

tum quod vulgata servata initium saltem strophico respondet. Deinde στρατὸν omis. Flor. 1. 2., quo ejecto similior strophico fit hic versus, unde vere fortasse correxerit Hermann. p. 309. et Lindem. p. 11. ναυσὶ πυραῖθον Ἄργος. Satius tamen videbatur in re dubia cum GDind. vulgatam corruptam retineri. Accedit, quod vix dici possit: ἄγγελος ἦλθον πυραῖθον Ἄργος.

813. ἐκοίμησ' Havn. et *X. Π.* l. mox l. ἔβριξεν Ald. rell. ἔβριξα Par. E. G. Flor. 1. 2. ἔβρισ' Havn. et Vict. c. n. *al.* ἔβριξα. ἔβριξα, quod coniectura repererant Scaliger, Reisk., Heath. recep. Musgr. rell. Immerito tertiam personam tuetur Barnes., ὄμμα subiectum dicens. Hunc tamen sequitur Hermannus, metricis, opinor, ductus rationibus, p. 309. ap. Lindem. p. 11., ita locum corrigens οὔτ' ἐκοίμισ' οὔτ' ἔβριξεν, οὐ τὰς Σιμ., omisso μά. Cui, ut libros taceam, vel id obstat, quod, quantum scio, κοιμίζω nunquam *dormire*, sed semper *consopire* significat, unde apparet, ὄμμα nullo modo subiectum esse posse — cf. Heath. Quare sola apta est prima persona. Certam medelam affert auctor tragoediae Christianae, qui saepius hoc versu utitur, semel tectius et emendando loco non apte, p. 285. A. πάσῃ γὰρ ὄμμ' ἄγρυπνον εὐφρόνῃ στρέφεις, praeterea p. 293. C. ἐγὼ γὰρ ὄμμ' ἄγρυπνον εἶχον εὐφρόνῃ, Κοὔτ' ἔβρισ' οὔτ' ἐκοίμησ', οὐ νὴ σὴν κάραν et p. 285. B. οὔτ' ἔβρισ' οὔτ' ἐκοίμησα σφοδρῶν γόων Σῶν κλύουσα. Hinc ἐκοίμησ' recipi posset, quod cum βλέφαρα et simill. saepissime coniungitur. cf. Soph. Oed. T. 1222. κατεκοίμησα τοὐμὸν ὄμμα, ubi itidem plures codd. sed contra metrum κατεκοίμισα praebent. At obstat ratio antistrophi, ut infra ostendam. Eadem, ut ἔβρισ' cum libris optimis, quibus accedit *X. Π.* reponatur, postulat. Βρίζειν vero teste Athenaeo viii. p. 335. A. οἱ ἀρχαῖοι λέγουσι τὸ καθεύδειν. Hesych. βρίζω· καθεύδω [vulgo κηδεύω]. βρίζει· ἐσθίει· πιέζει· κύει· καθεύδει· ἐνθ' οὐκ ἂν βρίζοντα [ἴδοις Ἀγαμέμνονα δῖον Hom. Il. δ', 223.]. cf. schol. Rhes. et Eustath. et scholl. ad Homeri locos. Aeschyl. Choeph. 897. Ag. 275. Eum. 280. Ac-

ristum βρῖξαι Homerus tuetur Od. ι, 151. μ', 7. ἔνθα δ' ἀποβρίξαντες ἐμείναμεν ἠῶ δῖαν, Hesych. βρίξαι, ὑπνῶσαι, νυστάξαι, ἔβριξαν, ἐκοιμήθησαν cet. Tamen ἔβρισα, qui proprie est aoristus verbi βρίθω, etiam verbo βρίζειν fuisse, cum utriusque verbi ostenderit affinitas, tum Hesychius βρισθείς· ὑπνώσας. Quare hanc librorum auctoritate sustentatam lectionem recepi. Ea vero antistropho congrua est, si voces ἐκοίμισ' et ἔβρισ' cum X. Π. transpones. Neque enim negandum videtur, ἔβρισα correpta penultima dici potuisse, quod suadent Hesychii glossae βρίσσαι et βρισθείς, et accentus vocis βρῖξαι, quem ita codices et editores diligentissimi praebent. Accedit vocis etymologia, quae non facta est παρὰ τὴν βορέαν καὶ τὸ ἵζειν, ut contracta sit ex βορίξαι v. Etym. M. p. 126. extr. cf. p. 213, 34., sed ex βρί, qui est sonitus, quem stertentes edunt. Itaque si ἔβρισ' pyrrhichius est strophico antistrophus accurate respondebit:

οὔτε πρὶν οὔτε νῦν τιν' ἀνδρῶν
οὔτ' ἔβρισ' οὔτ' ἐκοίμισ'· οὐ τὰς —.

Nam μὰ syllaba, quam in νὴ mutat X. Π., facile carere possumus.

814. Σιμοεντίδας Ald. rell. Σιμοεντιάδας recepi ex coni. Hermanni p. 309. ap. Lindem. p. 11., quia postulat strophicus et metrorum ratio, ob quam nolui vs. 448. σοῦ scribere, quod ne probabile quidem est a librariis in σέθεν mutatum esse. Accedit emendationis facilitas; nam eadem medicina idem Hermannus sanavit Aesch. Pers. 964., ubi Σαλαμινιάσι pro librorum scriptura Σαλαμινίσι vel Σαλαμινῖσι certo restituit. Quare miror GDindorfium emendationem non recepisse.

815. ὦ ἄνα Ald. rell. ὦναξ Flor. 1. 2. quod recepi c. Matth. rell. praeter Bothium. Metro corrupto subvenire studuit Hermannus p. 309. ap. Lindem. p. 11. scribens: μή μοι κότον, ὦναξ, Τόδε θῇς, ἀναίτιος γάρ. In his γάρ, quod, ut ait Matth., in Barnes. excidit, quam tamen temere secuti sunt Matth. LDind., recte ex editt. antiquis restitutum est cum Bothio et GDind. Reliqua in-

certa sunt. Nam strophae (449. 450.) metra usitata sunt, et sola antistropha corrupta videtur. *Κότον πράσσειν* Aeschyl. dixit Phrygibus fr. 243. *πόνον τίθεσθαι* Aesch. Eum. 226. *κότον σκήπτεσθαί τινι* Eum. 800. Fortasse scribendum est: *μὴ κότον ὦνάξ μοι ἀφῇς*, vel, si hoc dici nequeat pro *iram evomere*, *ἐφῇς*. Si prius placuerit, *α* ab altera lectione *ὦ ἄνα* facile absorberi potuit, postquam *μοὶ* locum mutaverat.

816. *ἔγαγε* pro *ἐγὼ* Ald. rell. *ἐγὼ* Flor. 1. 2. Id recepi c. GDind., indicio versus corrupti non praetermisso. — Hermannus vero p. 309. strophici causa (480.) *ἐγὼ* omnino eiecit, post *πάντων* lacuna posita. Quam lacunam ut expleret Lindem. p. 11. coni. *πάντων, ὧν ἐπίμομφος*. Strophicus non videtur corruptus; sed correctio prorsus incerta.

817. *εἰ* Ald. rell. *ἦν* ded. Matth. rell. Cum non constet de libris, ego *εἰ* retineo, quod etiam sensui aptius videtur. Nam cum *ἦν* proprie ita ponatur, ut sperandum esse indicet, fore ut, quod ex conditione aptum est, eveniat, ea non potest esse militum sententia, qui simpliciter dicunt *si audiveris*, incertum relinquentes, auditurus sit necne. Hoc me indice *εἰ* cum coniunctivo significat. Aliter Hermannus ad Soph. Oed. Col. 1445. statuit et ad Oed. Tyr. 198. ed. iii. Deinde *παράκαιρον* pro *παρὰ καιρὸν* scripsi, quod non egere videtur commendatione. Tum *ἔργ' ἢ λόγον* Ald. rell. *ἔργον ἢ λόγον* ex Vict. Havn. rec. Matth. rell.

818. *γᾶ* pro *γᾶς* Ald rell. Correxit Barnes. — *γᾶς με ζῶντα* falso Flor. 1. 2. Vict. *γᾶ* vel *γᾶς* deest in Havn.

819. *οὐ γὰρ παραιτοῦμαι* Flor. 1. 2. Vict. ubi *γὰρ* ex sequenti *παρ* ortum videtur. Ceterum quo huic versui responderet, stropha (453.) correcta est. Simili modo *οὐ παραιτοῦμαι* in fine sententiae absolute posuit Andoc. de myst. 32.

820. *Ἥμιχ.* praescriptum habet Vict. v. ad indicem personn. p. 68.

821. ὑφαιρῇ Ald. rell. ὑφαιρεῖ Havn. ἀφαιρῇ et πλάττων pro πλέκων X. Π. ad sq. vs. laudatus. Illud etiam ap. Lysiam in Alcib. i. §. 25. p. 142. HSt. deteriorum librorum scriptura est pro ὑφῃρημένῳ — v. Foertsch. Obss. critt. in Lys. oratt. p. 35. —; hoc πλάττων quanto prius sit, quam πλέκων vix est, quod moneam. v. Valcken. ad Eur. Hipp. 73. cf. Eur. Andr. 66. Iph. A. 579. ubi v. Hermann. (vs. 580.) Ion. 1410. cet.

822. οὐδὲν Havn. et X. Π., qui cum p. 258. C. dixisset σὺ ταῦτ' ἔδρασας, σὸν προδοὺς εὐεργέτην plenius p. 293. C. loquitur: Σὺ τοῦτ' ἔδρασας· οὐδὲν ἂν δεξαίμεθα, Γνώμην δ' ἀφαιρῇ τὴν ἐμὴν πλάττων λόγους. Ἀλλ' οὖν μακροῦ σοι καὶ σφοδροῦ δέῃ λόγου, Ὅτῳ με πείσεις μὴ λέγειν ψευδηγόρως.

823. οἱ μαθόντες Ald. rell. Harl. et MSS. Matth. οἱ παθόντες MSS. HSteph. οἱ θανόντες Canter. Barnes. Musgv., quorum hic praefert οἱ μαθόντες, quod vertit: *Nec qui audiunt, nec qui vulnerati sunt*, quem secuti sunt Matth. Both. Ego παθόντες scripsi cum Dindd., quod ut sit emendatio tantum Stephani, quae est coniectura Beckii, tamen ob sensus dexteritatem meretur recipi, et ob facilem litterarum π et μ confusionem. Quid enim librorum lectio sibi velit, equidem explicare nequeo. Musgravii saltem versio inepta est, nec melius res cessit Liedemanno interpretato: *keinen andern finden wir; Nicht die dies hören, noch die schwer Verwundeten.* Qui enim possunt οἱ μαθόντες *superstites* esse? Opponuntur *mortui* et *vulnerati* ut vs. 836. παθεῖν vero ponitur absolute, ut *mala pati* significet, quae utrum mors an alia calamitas sint, ex locis ipsis intelligi debet. v. Plutarch. praecept. polit. xxviii. (p. 105. T. v. Tauchn. cf. Matth. Eur. fragmm. p. 39.) ubi tragici Cassandra: Ἥκουτα γάρ μ' ἔθηκε θεσπίζειν θεός; Καὶ πρὸς παθόντων καὶ κακοῖσι κειμένων Σοφὴ κέκλημαι, πρὶν παθεῖν δὲ μαίνομαι. Aeschyl. Ag. 250. Δίκα δὲ τοῖς μὲν παθοῦσιν μαθεῖν Ἐπιβρέπει τὸ μέλλον, quem locum olim tentavit infeliciter Matthiaeus Observv. critt. p. 1. cf. Soph. Oed. C. 1017.

824. *μακροῦ δεῖ σοί γε καὶ σοφοῦ* aut *δεῖ γέ σοι καὶ σοφοῦ* λ. si fides est Beckio, non violato scilicet metro coni. Reisk. Qui quod *σοὶ* opus esse putavit, id confirmat *X. Π.* l. ad vs. 822. l. Recte Valcken. ad Eur. Hipp. 23. tuitus est vulgatam. cf. Longin. fragm. viii, 9. p. 202. Weisk. — *μακροῦ γὰρ δεῖ* maluit Hermann. p. 309., quod inventum deseruit ap. Lindemann.

827. *φονεύειν* Havn.

830. *λέξεις* Havn., qui fortasse legit: *οὐ γάρ τι λέξεις*, ut est vs. 386. *μὴ γὰρ ἔτι λέξεις* male coni. Reisk.

831. *τί δ' ὑπερβ.* Flor. 1.

832. *ἦλθ' ἄν* coni. Beckius p. 451. not. 3. et Lenting., quod recepit Bothius. Non opponam Elmsleii canonem ad Eur. Med. 416. not. p., non solere Atticos vocalem ε tertiae personae ante particulam *ἄν* elidere, quia haec regula omni ratione destituitur, quanquam eam explicare conatus est Hermannus ad Soph. El. praef. p. xiv. sq. et Reisig. de part. *ἄν*. p. 138. Alia potius coniecturae opponenda sunt, quae tantum abest, ut ab usu loquendi exigatur, ut prorsus inepta sit. Nam *τίς δ' ὑπερβαλὼν λόχους Τρώων ἐφ' ἡμᾶς ἄν ἦλθεν, ὥστε καὶ λαθεῖν;* sublata interrogatione idem est atque *οὐδεὶς δὲ ὑπερβαλὼν λόχους ἦλθεν ἄν, ὥστε καὶ λαθεῖν*. Quod sensum efficit non aptum huic loco. Verti enim debet: *Nemo superatis Troianorum stationibus venisset, ita ut etiam lateret.* Quod non congruit menti aurigae, qui dicere nequit *nemo venisset*, quo significantur venisse aliqui, sed dicendum erat: *nemo venit*; *si vero venisset, minime latuisset.* Quod librorum scriptura praestat. Nam plane diversus est locus huius fabulae vs. 839. sqq., nec verba *ὥστε καὶ λαθεῖν* postulant, ut *ἦλθεν ἄν* scribatur. Sunt enim negligentius adiecta, cum dici potuisset: *εἴ τις ὑπερβαλὼν λόχους Τρώων ἐφ' ἡμᾶς ἦλθεν, οὐκ ἂν ἔλαθεν.*

835. *μολόντων, ὡς σὺ* Ald. rell. *καὶ σὺ* Par. A. ap. Markland. ad Iph. A. 173. *τίς τέθνηκε συμμάχων τῶν σῶν*, non coniungi posse, probe vidit Reisk., sed male coni *τῶν σῶν μολόντων πολεμίων, ὡς σύ γε λέγεις*. Ut supra

Rhesus dixerat vs. 425. *τὰς ἐμὰς ἀμύστιδας* et infra dicitur vs. 853. *τοὺς σοὺς Ὀδυσσέας*, ita hic *τῶν σῶν πολεμίων* cum ironia dicitur, ut simul significetur, non venisse hostes; *quos tu saltem venisse praedicas.* cf. Eur. Hipp. 113.*) *τὴν σὴν δὲ Κύπριν, quae, quanquam maximopere commendas, apud me non valet.* Heracl. 285. *τὸ σὸν γὰρ Ἄργος*, ubi Elmsl. explicat: *Argos illos, quos tantopere praedicas.* Nec nostratibus hic pronominis usus inauditus. Praeterea nemo negabit, elegantius repositum esse a me *ὧν* pro *ὡς*, quod etiam Bothius hyberbati causa mutavit. Neque vero cum eodem scribi potest: *τίς τέθνηκε, σύμμαχον τὸν σὸν μολόντων, ὧν σὺ πολεμίων λέγεις;* quia Rhesus et Thraces etiam *σύμμαχοι* essent; quod admodum friget. Est vero ex locis ipsis diiudicandum, qui socii intelligendi sint, ut vs. 826. *σύμμαχοι* Thraces sunt, vs. 843. ceteri socii exceptis Thracibus. *τῶν σῶν* ad *πολεμίων* pertinere etiam intellexit Morstadt p. 44. sed falsis rationibus usus.

836. *μείζονα* coni. Elmsl. ad Eur. Heracl. 544., quanquam vulgatam tenet in Censura Promethei Blomf. ad vs. 630.

838. *Ἀχαιοὺς οὐδὲν αἰτ.* Vict. et sic Havn. a correctore.

839. *αὖ* pro *ἄν* Havn. et lemma schol. Vat. Sed ipse scholiastes *ἄν* habuit.

840. *Ῥῆσον*, non probante Musgr., et contra codd.

---

*) Quae sequuntur in Hippolyto senis verba: *ἡμεῖς δέ, τοὺς νέους γὰρ οὐ μιμητέον, Φρονοῦντες οὕτως, ὡς πρέπει δούλους λέγειν, Προσευξόμεσθα τοῖσι σοῖς ἀγάλμασι, Δέσποινα Κύπρι* — ea quominus intelligerentur, obstabat prava distinctio. Quare coniecturis virorum doctorum omissis, ita certissime interpungo: *ἡμεῖς δέ, τοὺς νέους γὰρ οὐ μιμητέον, Φρονοῦντες, οὕτως ὡς πρέπει δούλους λέγειν Προσευξόμεσθα κτλ.* — *φρονοῦντες* absolute positum *prudentes* significant: *Ego, quandoquidem prudens sum, ut servum decet te colo.* cf. v. c. Eur. Med. 1329. *ἐγὼ δὲ νῦν φρονῶ, τότ' οὐ φρονῶν, ὅτε σε* — *ἠγόμην.* Add. Pherecrates Chirone ap. Stobaeum Serm. cxvi, 12. Dicaeogenes ap. eundem lxxix, 33. *θεὸς μέγιστος τοῖς φρονοῦσιν οἱ γονεῖς.*

et scholiastam, coni. Toup. Emendd. in Suid. T. i. p. 166. Lips. ἐξεῦρ' ἂν Lenting. p. 109. pro ἐξεῦρεν.

841. τοῖς θανοῦσιν Havn. οἵδ' ἀφιγμένοι τὸ πάμπαν ἦσαν pro οὐδ' ἀφ. Ald. rell. οὐδ' ἀφιγμένοι τὸ πάμπαν ἦσαν coni. Reisk. vertens: *prorsus nunquam huc venissent*, contra usum. — οὐδ' ἀφιγμένον tres MSS. Musgr. Flor. 1. 2. Vict. Havn. Primus hanc lectionem veram, ut Reisk. etiam concessit, quamque recep. Musgr. rell., Piersonus restituit Veriss. p. 82. ad Moerid. p. 174. ex Etymol. M. p. 439. pr. Ἥισμεν· . . . ἀντὶ τοῦ ᾔδειμεν· καὶ Σοφοκλῆς — — ἦστε — — ἀντὶ τοῦ ᾔδειτε. Εὐριπίδης Ῥήσῳ· οὐδ' ἀφιγμένον τὸ πάμπαν ἦσαν, ἀντὶ τοῦ ᾔδεισαν. τὸ πάμπαν servat Cod. Lugd. Bat. ap. Piers. et Zonaras p. 1009.; editum Etymol. τὸν πᾶνα habet. Accedit Suidas, qui hoc versu, non nominato auctore, utitur v. ἦσαν· [T. i. p. 1703. Gaisf.] ᾔδεσαν, ἐγίνωσκον· Οὐδ' ἀφιγμένον τὸ πάμπαν ἦσαν. Denique Dio Chrysost. or. lv. p. 561. extr. Mor., a Piersono indicatus, de Dolone: καὶ γὰρ τοὺς ἵππους ἐμήνυσε τοὺς Θρᾳκικοὺς καὶ τὸν Ῥῆσον, ὃν οὐδεὶς ᾔδει ἀφιγμένον. De reliquis v. ad vs. sq.

842. ἦσαν Ald. Harl. ἴσαν Par. E. G. Vict. et e coni. HStephani Canter. ἦσαν iam Barnes. dedit, et ita Heath. rell. et Pierson. et grammatici ll. ad pr. vs. l. Accedunt glossae librorum Paris. ἴσαν· ἠπίσταντο. et Flor. 2. ἦσαν· ἠπίσταντο. V. de confusione imperfecti verborum εἶναι et εἰδέναι Bergk. in *Zeitschr. f. Alterth. Wiss.* 1835. p. 957. sq. Oratio non ligata praecipue convenit turbato aurigae animo. Quare repudiandae sunt coniecturae Reiskii et Toupii emendd. in Suid. T. i. p. 166. Lips., ob l. l. Dionis κτανοῦσ', ὃν οὐδ' ἀφιγμένον τὸ παμπαν ἦσαν, probante Musgr., scribentium contra usum Atticorum, ι dativorum pluralis non elidentium — v. Lobeck. ad Soph. Ai. p. 350. sqq. ubi de plurali agit p. 355. — et Hermanni, qui insolentiore cum crasi p. 309. ap. Lindem. p. 14. scribendum putat κτανοῦσιν, οἳ οὐδ' ἀφιγμέ-

νον κτλ. Ceterum, nescio quam ob causam, *ἀλλὰ μηχανὴ τάδε* legendum videbatur Musgravio.

844. *Ἀχαϊκὸς* Ald. rell. Corr. Matth. rell.

845. *πλημμ. οἶδα κλ.* Flor. 1. 2. Vict. — Iidem libri etiam *πλημμελὴς* habere videntur, quanquam certo dici nequit.

846. *αὖ ἀρχοίμεθα* Havn. sed *ἂν ἀρχοίμεθα* lemma schol. Vatic., ita ut coniici liceat, altero loco erratum esse ab editore. *δ' ἄρ' ἀρχ.* Ambros., quod non spernendum videtur, siquidem altera etiam lectio *αὖ* iis debeatur, qui indicativum verbi invenerant, ut ex scholio, ubi *ἡμῶν* scribi nolim, licet divinari.

848. *X. Π.* p. 258. C. *τίς γὰρ ἂν ἄλλος ποτὲ Ἔδρασεν ἢ βούλευσε δυσμενὴς ἀνήρ.*

850. *δέδοικά γ' αὐτὸν* Ald. rell. *δέδοικα δ' αὐτῶν* Havn. *δέδ. δ' αὐτὸν* Flor. 1. 2. Vict. Ambros., ut corr. Lenting. p. 77. laudans Eur. Med. 37. add. Arist. Nubb. 493. et recepit Matth. rell. Structura minime rara offensus Hermannus p. 309. ap. Lindem. p. 15. interpungi iubet: *δέδοικα δ' αὐτόν, (καί τί μου θράσσει φρένας), μὴ καὶ Δολ. κτλ.* Ego certe nescio, cur non pendere possit *μὴ* a *θράσσει* aeque bene, quam a *δέδοικα.*

851. *κατέκτανεν* pro *κατακτάνῃ* malit scribere Matth.: *ne occiderit*, non, *ne occidat*, conferens Gr. suam Gr. §. 420. not. 5. [potius §. 520. p. 1001.] Non persuasit Hermanno l. l. Recte; nam quem efficere studet sensum Matthiaeus, is coniunctivo inest.

853. *Ἡνίοχ.* praefigit Vict. pro vulgata *Οἰκέτης* et sic in sqq. *οὐκ εἶδα* Flor. 1. — *X. Π.* p. 293. B. *οὐκ οἶδα μύστας, οὓς νέκυν κλέψαι λέγεις.* p. 294. A. *οὐκ οἶδα τοὺς σοὺς οὓς νεκροῦ φῶρας λέγεις.*

855. *σὺ δὴ νομ.* Havn. Speciose *X. Π.* p. 294. B. *σὺ γοῦν νόμιζε ταῦτ', ἐπείπερ σοι δοκεῖ.*

856. Hectori, 857. 858. *Ἡνιόχῳ* tribuit Havn.

857. Frigidus et ineptus cum visus esset Valckenario, Musgravius coniecit: *μὴ νύσσ' · ἄλις γὰρ τῶν τεθνηκό-*

τῶν ἄχος, vertens: *Ne cruciа me; sufficit enim dolor, quem ob mortuos sentio.*

858. ποῖ δὲ τρ. Ald. rell. Matthiaeus in notis vidit scribendum esse ποῖ δὴ τρ., ut emendassent Porson. Advers. p. 227. Erfurdt. ad Soph. Ai. p. 629. add. Elmsl. ad Eur. Her. 595. Obsecuti sunt Both. Dindd.

859. ὁ μαῖκος pro οἶκος Ambros.

860. κηδεύσωσιν Havn. X. Π. p. 272. A. τίνες σε κηδεύσουσιν ὦ τέκνον χέρες.

861. Si λήξεις λέγων; scribas, magis vivus erit dialogus.

863. X. Π. p. 258. C. ὄλοιθ' ὁ δράσας, ἡ δίκη δ' ἐφίσταται, quorum hoc nescio an praestet multis nominibus.

864. λάζοισθ' Ald. rell. et X. Π. p. 278. C. Λάζοισθ' ἄγοντες εἰς καινὸν λοιπὸν τάφον, Χωρεῖτε. λάζυσθ' Par. E. Flor. 1. 2. Viet. Havn. quod rec. Musgr. rell., probante Porsono ad Eur. Med. 1213. et ita iam Reisk. cf. Hermann. ad Eur. Iph. A. 1236. Elmsl. ad Eur. Med. 1185. Deinde ἄγοντες δ' αὐτὸν, ut prior scribi inusserat Morstadt. p. 46. not., coni. Hermann. p. 309.; omisit vero apud Lindem. Conferre potuit Aristoph. Lysistr. 209. Λάζυσθε πᾶσαι τῆς κύλικος, ὦ Λαμπιτοῖ· λεγέτω δ' ὑπὲρ ὑμῶν μί' ἅπερ ἂν κἀγὼ λέγω. Mihi imperativus, nulla adiecta copula, valde praestare videtur. cf. Eur. Bacch. 509. Neque vero cum Bothio puncto post λάζυσθ' deleto et post ἐμοὺς exclamationis signo posito, λάζυσθε ἄγοντες coniunxerim, ut dictum sit pro λαβόντες ἄγετε.

865. ὅπερ pro ὅπως Flor. 1. μὴ καλῇ Havn. — οὕτως δ' ὅπως coni. Reiskius, quod ita probat Valcken. p. 110. not. 11., ut οὕτως θ' ὅπως scribendum dicat, comparans Eurip. Phoen. 1660. λάζυσθε τήνδε κεἰς δόμους κομίζετε. Iidem videntur punctum post λάζυσθ' delevisse. V. ad vs. antec.

866. τοῖσιν ἐν τέλει, *magistratibus*, coni. Musgravius. At finguntur rex et senatus Troianus in muro, ut apud Homerum. Neque enim οἱ ἐν τείχει *magistratus urbani*

esse possunt, qui opponantur castrensibus, ut voluit Bothius.

867. *σημῆναι* Ald. rell. Correxerunt Dindd. Ceterum abundantia, quae est in verbis *σημῆναι κελεύειν*, defenditur loco alio Eur. Heracl. 488. *χρησμῶν γὰρ ᾠδὰς φησι σημαίνειν ὅδε, Οὐ ταῦρον οὐδὲ μόσχον, ἀλλὰ παρθένου Σφάξαι κελεύειν*, ubi duarum interpretationum ab Elmsl. (491.) propositarum sola prior vera est. *Demophon dicit oracula indicare*, vel *postulare, non ut taurum aut vitulum, sed ut virginem mactandam curet*, vel *mactari iubeat.*

868. *λαοφόρους πρὸς ἐκτροπάς* Ald. rell. *λαοφόρου* Par. E. Harl. Flor. 1. 2. Vict. *λεωφόρους* formam Atticam ex coni. Valcken. p. 110. not. 11., probata a Musgrav., restituit Matth. rell. Ceterum mirari licet, omnes editores sprevisse codicum lectionem. Fuisset quidem facile, scribi *λεωφόρου πρὸς ἐκτροπῆς*, cum et soleant Doricas formas intrudere librarii et *πρὸς* cum genitivo verbi *θάπτειν* naturae magis conveniat. Alterum tamen exquisitius, cum in verbo *θάπτειν* simul eundi insit notio: *θάπτειν βάντας πρὸς ἐκτροπάς*, cf. v. c. Demosth. in Eubulidem p. 1320, 21. R. *θάψαι τὴν μητέρα εἰς τὰ πατρῷα μνήματα*. Quare nullus dubitans dedi *λεωφόρου πρὸς ἐκτροπάς*. Nam quemadmodum ap. Aeschinem c. Ctesiph. p. 83, 26. HSt. *τὰς ἐκτροπὰς αὐτοῦ τῶν λόγων ἐπιτηρεῖτε* significat: *diverticula orationis custodite* h. e. *aberrationes et exitus*, ita *λεωφόρου* sc. *ὁδοῦ ἐκτροπαὶ* sunt *diverticula ad viam publicam sita*. Eodem sensu *μόχθων ἐκτροπὴν* dixit Aeschylus Prom. 913. *calamitatis refugium*. Itaque noli lectionem tueri, elegantiorem ratus, quae codicibus adversatur, et quod sensum attinet vix ferri potest. Nam nisi *ἐκτροπὴ* ipsam *viam* significet, quod vix probaverit Hesychius *ἐκτροπαί· τρίβοι*, sed viae aberrationem sive locum sepulturae destinatum, hic non apte *λεωφόρος* vocetur. Mortuos vero haud procul a viis publicis sepeliri solitos fuisse, docet Kirchmann. de funerr. Rom. ii, 22. p. m. 177. sqq. cf. Eur. Alc. 835.

869. τίς ποτ' εὐτ. contra metrum coni. c. Reiskio Valcken. p. 112. not. 12.

870. *Τροίαν ἄγει πάλιν εἰς πένθη* Ald. rell. et codd. *ἀνάγει* Ambros. et ita emendarunt Heath. Valcken. p. 112. not. 12. Porson. Adverss. p. 278. Etiamsi non accederet codex, ob facilitatem praestaret haec emendatio Musgravii coniecturae *κατάγει*. Usurpatur vero saepe de fortunae vicissitudinibus *ἀνάγειν* ut Soph. Ai. 131. Eur. Hel. 932. Plutarch. Pericl. c. xxxv. Deinde *πένθος* ex Ambros. ob praestantiam codicis recepi et quia singularis videtur exquisitior. cf. Monk. ad Eur. Alc. 103.

871. *ἄλλό τι φυτ.* Ald. rell. contra metrum. *ἄλλο τε* Havn. *ἄλλοτε* Vict. *δαίμων ἄλλος, τί φυτ.* ex coni. Tyrwhitti, probata a Musgr., rec. Matth. Dindd. Recte. Nam neque Bothii inventum probabile est, scripsisse Euripidem *ἄλλῳ τι φ.*, quod interpretatur: *alii quid pariens seu tribuens, velut nunc Graecis occiso Rheso,* neque verum vidit Valcken. p. 112. not. 12. *δαίμων ἕτερόν τι φυτ.* coniiciens, *ἕτερον* per euphemismum *τὸ κακὸν* dici monens. Itidem Heathii coniectura repudianda *ἄλλο τι φιτύων*, quod probat Morstadt. p. 22. sq. ita, ut *φιτύσας* praestare dicat, vulgatam ex glossa ortam ratus. Ceterum *δαίμων ἄλλος* per euphemismum hic dici, facile credimus Lobeckio ad Soph. Ai. p. 277.

874. *τὸν νεόκμητον νεκρὸν* Ald. rell. et Flor. 1. 2. Vict. quam lectionem revocavit Matth. rell. — *τὸν νεόκμητον* omisso *νεκρὸν* Herv. 1. *τὸν νεόδμητον*, itidem omisso *νεκρόν* Herv. 2. Brub. Canter. Barnes. *τὸν νεόδμητον νεκρὸν* Havn. MSS. Musgr. et ipse Musgr. *νεόδμητον* etiam *X. H.* p. 278. C. *Αἴρειν φοράδην τὸν νεόδμητον χρεών.* — *νεοδμὴς* et *νεόδμητος recens nupta* dicitur ap. Eur. Med. 1366. 623. Itaque cum *δαμῆναι* de interfectis saepissime adhibeatur, nescio cur lectionem, quae potiorem auctoritatem prae se fert, repudiemus. *ἐν χεροῖν* Ald. rell. *ἐν χειροῖν* Matth. rell. Haec vox corrupta et in editionibus omissum *νεκρὸν* coniecturarum ansam dedit viris doctis. *ἐνὶ χεροῖν* coni. Heath. in fine versus *ξεῖνον* vel

simile quid exeidisse ratus, sapequam eleganti metro; itidem Valcken. p. 111. not. 12. τὸν νεόδμητον Ῥῆσον χειροῖν maluit. Si quid veri latet in omissa voce νεκρόν — et defuisse in uno saltem codice possit probare lectio νεόδμητος, quae ab Hervagianae 2. editore ex codice sumta videtur; accedit quod X. Π. eam non agnoscit — haec, inquam, si suspicioni faveant, deleverim verba νεκρὸν ἐν χειροῖν, quae ex glossemate facile potuerunt nasci. Lubenter tamen in ea, quam dedi, acquiesco lectione.

875. πέμπω Havn. πενθεῖ coni. Valcken. p. 111. not. 12. ἄναξ φοράδην πελάζει in Eur. Androm. 1166. legitur φοράδην κομίζεσθαι est ap. Achill. Tat. i, 13. v, 7. φοράδην ἐλθεῖν ap. Demosth. in Conon. p. 1263. R. De rebus scenicis expositum est in Vindicc. ii, 56.

876. deest in Flor. 1. 2. Vict. σῆμα pro πῆμα coni. Musgr. et recepit Both. Idem aut δεῖμα scribendum videbatur Reiskio.

879. οἰκτρῶς ad θανόντα pertinere non monuissem nisi vertisset Lindemann.: *Meinen kummervoll geliebten Sohn.*

881. X. Π. p. 258. C. αἰσχρύς τε μύστης ἀξίαν τίσει δίκην.

882. Ialemus, qui est ἡ ἐν πένθεσι ᾠδή — cf. Excursum ii. extr., vocatur αὐθιγενής, quod scholiasta explicat τῷ εὐθὺς γενομένῳ θρήνῳ. Haec interpretatio Schneidewino in Welckeri Novo Museo Rhen. T. ii. Fasc. i. p. 119. ad variam lectionem ὠθυγενὴς respicere videbatur, quanquam potest his verbis, quae Hermanni quoque sententia esse videtur Opp. T. v. p. 195., etiam librorum scriptura explicata esse. Nam luctus genuinus eo differt a ficto, quod ille sponte et recta prodit, hic simulando aegre efficitur. αὐθιγενὴς vero non est *domesticus*, ut statuit Bothius et Lindemannus duce Barnesio, qui ita scribit: οἰκεῖος· αὕτη γὰρ ἦν τοῦ τεθνεῶτος μήτηρ. τοὐναντίον δὲ ὕστερον ὁ χορὸς ὀθνείῳ ἰαλέμῳ ὀλοφύρεται. λέγει γάρ· ὅσον προσήκει μὴ γένους κοινωνίαν ἔχοντι (vs. 890.), sed est *dolor genuinus*, γνήσιος, ut vinum merum vocavit

Anaxandrides in Protesilao vs. 68. ap. Athen. iv. p. 131. F. et αὐθιγενὴς κυπάρισσος dixit Eurip. Cretens. fr. 2, 6. cf. αὐθιγενεῖς συστάσεις ap. Longin. π. ὕ. viii, 1. quae debentur naturae neque exercitatione comparatae sunt. Ceterum in honorem Ialemi — Apollinis et Calliopae, ut dicat Asclepiades,*) filii — threnorum genus appellatum

*) Liber Asclepiadis Tragilensis, ex quo locus ap. schol. sumtus sit, non prorsus certus est. Welckerus pro corrupta libri scriptura in Novo Museo Rhenano T. ii. Fasc. i. p. 120. solos litterarum ductus secutus coniecit: Ἀσκληπιάδης ἐν τοῖς περὶ δουλοσύνης θεοῦ πλείους κτλ. Sed is liber Asclepiadis ignotus est. Quare multo aptius est, quod dedi duce Hermanno Opp. T. v. p. 192. ἐν τοῖς Τραγῳδουμένοις, quodque litteris traditis non valde adversatur. Nam, monente Hermanno, ex sexto sive ultimo huius operis libro haec hausta sunt, teste schol. Pindari ad Pyth. iv, 313., quem locum iam attulerat Welckerus, καὶ Ἀσκληπιάδης ἐν ἕκτῳ Τραγῳδουμένων ἱστορεῖ Ἀπόλλωνος καὶ Καλλιόπης Ὑμέναιον, Ἰάλεμον, Ὀρφέα, ubi Lini nomen grammaticus omisit, quia hoc ad sententiam suam probandam non opus habuit. cf. schol. Apollon. Rh. i, 23. εἶναι δὲ Ὀρφέα κατὰ μὲν Ἀσκληπιάδην Ἀπόλλωνος καὶ Καλλιόπης, et Tzetzes introduct. in Hesiodi Opp., teste Werfero in Actis Monacenss. T. ii. p. 516. non nominato auctore Asclepiadem secutus. Eodem spectare videtur Suidas s. v. Ὀρφεὺς Κροτωνιάτης ἐποποιός, ὃν Πεισιστράτῳ συνεῖναι τῷ τυράννῳ Ἀσκληπιάδης φησὶν ἐν τῷ ἕκτῳ βιβλίῳ τῶν Γραμματικῶν. Saltem non mirum est Τραγῳδούμενα vocari Γραμματικά, et videtur Asclepiades illo in libro varios Orpheos enumerasse. Potius mirarer si et Tragilensis Asclepiades et Myrleanus, qui traditur περὶ Γραμματικῶν scripsisse, uterque in eodem sexto libro de Orpheo egisset. Quare licebit dissentire a iudicio Werferi, a Suida Myrleanum commemorari censentis l. l. p. 535. Deinde quod verba Asclepiadis attinet ea varie tentata sunt a viris doctis. Lin. 4. et 5. πρεσβύτατον et νεωτάτῳ pro comparativis scribendum dixit Hermannus l. l. Contra Welckerus comparativos defendere videtur; recte me iudice. Nam in huius aetatis scriptoribus tam saepe talia reperiuntur, ut nos avocent a corrigendo. V. v. c. Vit. Eurip. in calce Bacch. ab Elmsl. ed. καὶ υἱοὺς κατέλιπεν τρεῖς, Μνησαρχίδην πρεσβύτερον, ἔμπορον· δεύτερον δὲ Μνησίλοχον, ὑποκριτήν· νεώτερον δὲ Εὐριπίδην; cf. Diodor. Vatic. p. 25, 24. Dind. Ἀνάγαρσιν ὄντα πρεσβύτερον τῶν σοφιστῶν, ne alios commemorem. Posses etiam cogitare de diversis Linis et Orpheis; at haec coniectura audacior videtur, cum nesciamus, quo consilio haec verba scripserit Asclepiades. Quae sequuntur lin. 5. sqq. ita supplet Welckerus: ἐπιθυμίαν καθαρμάτων καὶ μαντευμάτων ἐμπεσεῖν καὶ περὶ τὴν μουσικὴν ὑπεργενέσθαι πάντων. οὐ μὴν τοιοῦτό γε πάθος τῶν ἑτέρων γενέσθαι. Alium sensum Hermannus constituit: ἐπιθυμίαν ὀλεθρίαν ἀποβῆναι, ἣν αὐτῷ τῶν

esse ialemum, Pindari auctoritate a scholiasta probatur*), qui poetae huius fragmentum corruptissimum servavit, complurium virorum doctorum medicinam expertum, de quo disputavimus in Excurs. ii.

883. *ὀλοφύρομ'. ᾧ* Ald. rell. *ὀλοφύρομαι* sine *ᾧ* ut videtur, Flor. A. (sic), vel potius 1., quod puto dare voluisse Matthiaeum. Idem Flor. 2. Vict. — *ᾧ* omisit hinc Bothius. Recte *ὀλοφύρομαι, ᾧ* Matthiaeus scripsit cum Dindd,, quod secutus sum, mutato tamen *ᾧ* in *ᾧ*, auctore Lachmanno de chorr. systemm. p. 20.

885. *ποτὶ γᾶν* coni. Hermannus p. 309. — *ἔκιλσας ποτὶ γᾶν* idem ap. Lindem. p. 15., voce *ὀδὸν* typothetae opinor errore omissa. v. ad vs. 895.

886. *ἦ* pro *ἢ* Havn. Particulam omitti iubet Hermann. p. 309. ap. Lindem. p. 15. ob antistrophum (896.).

887. *ἀπομεμψαμένας* Ald. rell. Flor. 1. — *ἀπομεμψαμένας* Flor. 2. Vict. *ἀποπεμφομένας* Havn. *ἀποπεμψαμένας* MSS. Musgr. Harl. Hoc recepit Musgr., quod *ἀπομέμφεσθαι* vix Graecum esset, quem secuti sunt Matth. Both. LDind. Sed vix recte Musgravius *ἀποπέμπεσθαι abominari* esse dixit, ut Eur. Hec. 72. Nam vel hoc loco significat *cum horrore propulsare*, quae non aptissima est sententia eius loci, quem explicamus. Quod Reiskius coniecerat *ἀπὸ μεμψαμένας*, quodque melius esset, quam *ἀπὸ μεμφομένας*, si vere dixisset Elmsl. ad Med. 209. facilius *ψ* in *φ*, quam *φ* in *ψ* mutari a librariis, et mihi olim in mentem venerat et scribendum dixit Hermannus p. 309. ap. Lindem. p. 15. Cui lectioni quam maxime adversa-

---

ἐπιτηδευμάτων ἐμπεσεῖν, οὐ μὴν τοιοῦτό γε πάθος, οἷον λέγουσί τινες γενέσθαι. Neutrum probabilitate commendatur; quare meliorum expers vulgatam reliqui. Denique ut id adiiciatur, rursus hic locus probat, quod demonstratum ivit Werferus l. 1 p. 495. sqq. Tragodumena Asclepiadis opus fuisse pedestri sermone conscriptum.

*) Si quid video id *solum* ex Pindari versibus probare studet scholiasta, Ialemi in honorem id genus carminum lugubrium appellatum esse, cui nomen ialemo erat. Id quod in Excurs. ii. pr. probatum ivimus.

tur, quod particulae δὲ nullum μὲν respondet, quare τε scripsit Hermannus vs. sq. Praeclare vidit GDind. praef. p. xxii. codicum discrepantiae communem originem esse veterum scribendi rationem ἀπὸ μὲμ φαμέναϛ. Id recepi. Quibus constitutis hic erit verborum ordo: ἐμοῦ μὲν ἀποφαμέναϛ πορευθείϛ, πατρὸϛ δὲ ἀπαντομένου — *me quidem vetante profectus, patre vero prohibente.*

888. ἀπό τ' ἀντ. Hermann. ll. ll. ἀπαντομένου δὲ πατρ. β. coni. Musgr. metri causa, quem sequitur Bothius. v. vs. 898.

889. τέκνον, ὤμοι μοι. Havn.

890. δέον γε pro προϛήκει X. Π. l. mox. l.

891. λύπην Havn. X. Π. p. 272. C. ὅσον δέον γε μὴ γένουϛ κοινωνίαν Ἔχοντα μύστην, τοῦτον οἰκτείρω κἀγώ, unde ne in voce λύπην simile quid illius mystae latere putes, aut aliud mutes, vetat alter locus p. 275. C. ὡϛ γὰρ προϛήκει μοι γένουϛ κοινωνίαν Ἔχοντι κἀγὼ τὸν νέκυν τιμῶ φίλον.

892. Οἰνείδαϛ Vict. Οἰνίδαϛ Havn. v. Seidler. ad Iph. Taur. 408. Troad. 249. Elmsl. ad Eur. Med. 806.

893. Λαιρτίδαϛ Ald. rell. Λαρτιάδηϛ Havn. Λαρτιάδαϛ recte Heath., quem sequuntur Matth. rell. Λαρτίδαϛ maluit Musgr. et dedit Bothius. At valde dubium est, desit ὦ in strophico (883.) necne.

895. ἀριστοτόκου Flor. 1. 2. Havn. ἀριστόκου Vict. Formam epicam ἀριστοτόκοιο, quae quidem sola Aldi niti videtur auctoritate, non ferendam ratus Hermannus p. 309. ap. Lindem. p. 15., codicum lectionem ἀριστοτόκου adoptavit, strophico versu (885.) emendato. Sed cum nulli stropha obnoxia sit dubitationi, et facile perspiciatur, cur rarior forma mutata sit a librariis, Aldum secutus sum cum editoribus, donec sententiam suam explicuerit vir praestantissimus accuratius. Scribit enim: *nec profuerit, quod haec forma non plane inusitata est tragicis: quod moneo eorum causa qui exempla ab exemplis distinguere negligunt,* nec certiora dedit in censura Medeae Elmsl. vs. 807. Ipse olim ad Orphica p. 724. ex tragi-

cis huius generis nonnulla attulit. Ut igitur ποταμοῖο ap. Aesch. Pers. 864., quod auctoribus Burnoio et Hermanno scribitur, diversi sit generis, tamen quomodo differat ἀρυπόροιο Aesch. Pers. 110., equidem non perspicio. cf. exempla ap. Elmsl. ad Eur. Med. p. 207. extr. Ox. Neque vero nego, si quis strophicum corruptum esse evicerit, probabilemque invenerit medelam, me haud invitum libros secuturum esse hoc loco.

896. ἄ, θ' Ἑλέν', ἃ πρ. Ald. rell. quod restitui voluit Reisk. ἃ θ' Ἑλένα γ' ἃ πρ. Scaliger, si fides Barnesio. ἃ θ' Ἑλένα πρ. recte Barnes., Matth. rell. et sic Flor. 1. 2. Havn., nisi quod λιποῦσα iidem praebent. Constructionem hanc vult Matthiaeus: Ἑλένη τε ἣ ἔπλευσε, quod adoptavit Bothius. Non assentior. Nam cum dicit Musa: *Pereant Ulixes et Diomedes, quaeque Helena Troiam venit*, ad notam de Helenae εἰδώλῳ fabulam respicere videtur poeta, quam post alios ipse tractavit in cognomini tragoedia. cf. Serv. ad Virg. Aen. i, 651. ii, 592. et Pflugk. procemio Helenae Eurip. Discernit igitur hanc Helenam a Iovis Ledaeque filia. Neque vero negari potest, ingeniose Morstadtium p. 54. sqq. Ἑλένα pro glossemate habere, praesertim cum basis dactylica respondeat strophici (886.) spondiacae. Quare coniecit ἃ τ' ἀνδρὸς προλ. — Hermannus denique, huius vestigiis insistens, ἃ τε προλιποῦσα δόμον coni. p. 309. ap. Lindem. p. 15. stropha etiam correcta.

897. πλασθεῖσ' pro πελασθεῖσα ob metrum scilicet coni. cum Barnesio Heath. Quam temere docet Buttm. Gr. Gr. T. ii. p. 208. sq. At si hic quidem in libris reperiretur altera forma, qua confusione nihil est frequentius, v. Pflugk. ad Eur. Andr. 25. et infra vs. 905. — eam dicerem Doricam pro πλησθεῖσα. *Phrygiarum nuptiarum cupidine impleta.* Sed genitivum verbo πλάθειν coniunctum satis defendit Musgr. collatis Soph. Oed. T. 1100. Trach. 17. Phil. 1327.

898. σε omis. Flor. 1. 2. Vereor, ut hic locus sine libris restitui possit. ὑπ' auctore Heathio metri causa de-

lendum dixit Matthiaeus, quanquam ne sic quidem metra constarent. Idem *κατὰ Τροίας* non optimum esse, praegresso *ὑπ᾽ Ἰλίῳ* intellexit. Id non evitavit Barnes. ex antiquis editionibus *ὑπ᾽ Ἰλίῳ* cum *πλαθεῖσα* coniungens: *accedens ad Ilium*, pro quo Morstadt. p. 55. *ὑπ᾽ Ἴλιον* ex linguae legibus dedit, puncto post hanc vocem posito. Contra Bothius *ὑπ᾽ Ἰλίῳ ὤλεσε μέν σε Τροία*, puncto post *πλαθεῖσ᾽* posito scripsit, et Reiskius: *ἃ τε — — — Φρυγίων λεχέων πλεύσασα πόθοις Ἔπ᾽ Ἴλιον, ὤλεσε μέν*, quae commemorasse sufficiat. Acutius locum illustravit Hermannus p. 310. ap. Lindem. p. 15., qui *ὑπό τ᾽ Ἰλίῳ ὤλεσε μὲν τὰ Τροίας Φίλτατα, μυριάδας τε π.* dedit. In his *ὑπό τ᾽ Ἰλίῳ* verum videtur, cum ob strophicum, tum quia *ἔπλευσε* et *ὤλεσε* copula opus habet; etiam *σὲ* aliquis potest adscripsisse, quo *τὰ φίλτατά* accuratius significaret. At ipsum illud *τὰ Τροίας φίλτατα*, si Rhesum intellexit Hermannus, frigidum est, sin Troianos caesos, expectaveris potius de Rheso locuturam fuisse Musam. Quare non ita scripsisse videtur Euripides. Accedit, quod strophico adversetur coniectura, nisi scripturus erat Hermannus: *ὑπό τ᾽ Ἰλίῳ ὤλεσεν τὰ Τροίας φίλτατα*. Saltem metra non elegantissima sunt. Sensum puto: *teque miserrimo fato perdidit et multos alios*. Itaque cum metra dactylica sint logaoedica, nec stropha corruptionis subeat suspicionem, ita sententia poetae potest refingi: *ὑπό τ᾽ Ἰλίῳ ὤλεσεν σέ τ᾽ οἰκτρῶς, φίλτατε*. Id unum certum est, si *σὲ* servatur, id orthotonumenon esse, ut dederunt Dindd.

899. *μυριάδας πόλεων* aut *μυρίας πόλεις* contra metrum coni. Reisk. *μυρ. πόλεις* coniunxit etiam Matth. et Bothius. Idem placuit Hermanno p. 295., qui *φύσεις μυριάς* ap. Aeschyl. Pers. 926. comparat. Mihi haec videtur constructio: *καὶ πόλεις ἐκένωσε μυριάδας ἀνδρῶν ἀγαθῶν*. Locus ubi Elmsleius de hac re egit, cuius oblitum se fatetur Matthiaeus, est ad Eur. Bacch. 744. Neque tamen non vituperanda est audacia Elmsleii, qui Baccha-

rum versum ad Rhesi exemplum, quod ne certum quidem est, corrigi malit.

900. ἦ Havn. v. vs. 256. et Elmsl. ad Eur. Med. 566.

901. παῖς Flor. 1. — τῆς ἐμῆς ἥψω φρενὸς solus Lindemannus potuit vertere: *Hast du mir das Herz gerührt.*

904. διαῤῥοὰς Ald. rell. Cum nullae Strymonis essent διαῤῥοαί, LDind. p. 492. coni. διὰ ῥοάς, quod recepi c. GDind., cum περᾶν utramque constructionem admitteret. Hoc enim habes v. c. Aesch. Pers. 501., illud ib. 509. 799. Sept. 378. cf. Eur. Troad. 1151. Vulgatam defendit Hermannus, *canales* interpretatus, sed deseruisse videtur ap. Lindem. — Ad hunc versum respicit. schol. ad vs. 341.

905. ἐπλάσθην Ald. rell. ἐπλάθην Par. G. Havn. quod iam Musgr. recepit. De πλαθῆναι pro πλησιάζειν v. Buttmann. ad Soph. Phil. 677. Vocem φυτάλμιος similiter usurpavit Sophocles fr. 957. προσῆλθε μητρὶ καὶ φυταλμίῳ πατρί. adde Hesych. φυτάλμιος Ζεύς, ζωογόνος et φυτάλμιος Ποσειδῶν ap. Plutarch. conviv. vii. sapp. xv. p. 369. T. i. Tauchn. cf. Blomf. ad Aesch. Ag. 318. et Reisig. ad Soph. Oed. C. praef. p. xlix.

906. εἰς Ald. rell. ἐς ex Havn. Matth. rell.

907. ἐξησκημένοι Flor. 1. 2. Vict. Dicere potuit poeta etiam ἐξηρτυμέναι, quod proprium est rhapsodorum. v. Zimmermanni *Zeitschr. f. Alterthumsw.* 1835. p. 86.

909. κείνῳ — κἀκτυφλώσαμεν Ald. rell. δεινῷ ex coni. Valcken., quem cf. ad Eur. Hipp. 921., recepi c. Dindd. Bothius κλεινῷ etiam scribi posse censet, sed vulgatam tenet. δεινῷ, κεινῷ, καινῷ proposuit Musgr. maxime vero commendat χαύνῳ, conferens Aristid. iii. p. 675. [Canter.] σοφιστοῦ νόμῳ καὶ χαυνότητι. Θρῃκὶ omis. Havn. qui etiam κἀτυφλώσαμεν suppeditat, quod demum a Dindd. rèceptum est. Ceterum certamen Musarum cum Thamyride vel ex Homero notum est Il. β', 594. et prae ceteris illustravit Sophocles in cognomini fabula. De poena vero diversa tradiderunt veteres. Nam Homerus

vs. 599. dixit Musas eum cantu privatum reddidisse πηρόν, quod per τυφλὸν explicat Eustath. p. 298. sq. et schol. cf. Dio Chrys. or. xiii. p. 225. pr. Mor. Sed seriores poetae eum in Orco etiam poenas luere finxerunt, ut tradebatur in Minyade ap. Pausan. iv, 33, 7. ix, 5, 9. Contra Plato Rep. x. p. 620. A. HSt. eum lusciniae vitam elegisse dicit apud inferos.

910. Hesych. δεννάζων· λοιδορῶν et ἐδέννασεν· ἐχλεύασεν, ὕβρισεν fortasse ex hoc loco. Descendit vox ab ὁ δέννος (Herodot. ix, 107.) quod contumeliam significat. cf. Hesych. δεννόν· κακολόγον. Eustath. ad Homer. Il. ή. p. 668, 47. Tzetz. ad Lycophr. 774. Verbo utitur Soph. Antig. 759. ubi v. Brunck. (ad vs. 755. Herm.) Ai. 243. ubi v. schol. et Lobeck. Theognid. el. 1211. Bekk. et infra vs. 936.

911. κἀπεὶ δ' ἐτέχθην pro κἀπεί σε τίκτω X. Π. l. ad vs. 913. l.

913. δ' ἐς οὐ βροτείαν ἐσχάραν Ald. rell. Sed δέ γ' οὐ pro δ' ἐς οὐ Harl. et ἐς χέρα pro ἐσχάραν Havn., unde confirmatur Reiskii coniectura βροτείαν εἰς χέρα. Quod dedi Dindd. praebent. Vulgatam tenuerunt reliqui, nisi quod auctore V. D. in Edinb. Rev. n. 37. p. 78., ut refert Matth., βρότειον dedit Bothius, ob Porsoni canonem. Idem probat Hermannus p. 310., quanquam videtur ἐς χέρα recepisse. Sed recepta emendatione, omnino non violatur usus tragicorum, a quibus utraque forma usurpabatur. Vulgatam tamen in codice suo invenit etiam X. Π. p. 276. C., cuius non gravabor longiorem ῥῆσιν apponere. Ἦ πολλὰ μὲν ζῶν, πολλὰ δ' εἰς Ἅιδου μολὼν Παγκράτορος παῖ τῆς ἐμῆς ἤψω φρενός — Ὕβρις μέν ἤ τ' ἔσφηλε πάντων μητέρα — Τεκεῖν μ' ἔθηκε παραδόξως σ' ὦ τέκνον — Κἀπεὶ δ' ἐτέχθην πατρὸς οἶμαι σοῦ κρίσει, Τρέφει με πατὴρ οὐ βροτείαν ἐσχάραν. — Ἔνθ' ἐκτραφεῖσαν χερσὶν ἀγγέλου ξένως — κτλ. Ego, quanquam video, vulgatam explicari posse, tamen Reiskii coniecturam etiam sine codice sequerer. Eadem confusione turbatum videtur Sophocl. Αἰχμαλωτίδων fr. 36. ap. Steph. Byz. v.

Βωμοί — τὸ τοπικὸν βώμιος καὶ κατὰ παραγωγὴν βωμαῖος. Σοφ. Αἴχμ. Καὶ βωμαῖον ἐσχάρας λαβεῖν. Scribe ἐς *χέρας* et supple in fine *θεόν* aut *κ. β. αὐτὸν ἐς χέρας* l. Dicitur aliquis ex ara deum sustulisse, fortasse Aeneas.

914. *δρυμοὺν* pro *Στρύμων* Havn.

921. *ἥ τε μυρία γερουσία* Ald. rell. *αἵ τε μυρίαι γερουσίαι* tres MSS. Musgr., in his duo ap. Hardion. p. 48., Flor. 1. 2. Vict. Havn. et *X. Il.* vs. 1376. quem v. ad vs. sq. Hoc, auctoribus Hardion. l. l. et Valcken. p. 104. not., recep. Musgr. rell.

922. *ἔπεισ' ἀνελθεῖν* Ald. rell., quod Matthiaeus propter *ἥ τε μυρία γερουσία* scribi *necesse* fuisse, falso contendit. Aeque enim conveniens erat pluralis, cum *πρεσβεύματα* etiam commemorantur. Sed *ἔπεισαν ἐλθεῖν* Par. E. G., sive duo codd. Hardion. l. l., Vict. Havn., quod cum Hard. Valck. ll. ll. recep. Musgr. rell. Idem praebet *X. Il.* p. 277. A. *οὐ θνητὸν ᾤμην σ' οὐδ' ἐδείμαινον θανεῖν Ἀλλά σε — Πρέσβευμά θ'* (sic) *αἵ τε μυρίαι γερουσίαι — Θανεῖν ἔπεισαν κἀπικουρῆσαι γένει.*

923. *καὶ τοῦδ', Ἀθάνα, παντὸς* vulgo distinguebatur; *Ἀθάνα* nominativum tuentur Ald. rell. et Dindd. v. ad vs. 925.

925. *ἔδρασε. δράσας* Ald. rell. Verba *οὐδὲν δ' Ὀδ. — ἔδρασε δράσας* — Musgr. Valcken. p. 112. Matth. Both. parenthesin voluerunt, cui rationi nostra praestat, ut *Ἀθάνα* nominativus sit. Ex parte secutus est Lenting., qui p. 77. scripsit: (*οὐδὲν δ' — ἔδρασε·*) *δρῶσα μὴ δόκει λ.* et similiter Barnes. *ἔδρασε. δρῶντας μὴ δόκει λ.* Puncto post *τόκος* posito, *ἔδρας, ἔδρας γάρ· μὴ δ. λ.* scripsit Reisk., et *τόκος ἔδρασ'· ἔδρασας, οὐ* (sic) *δόκει λ.* Heath. Deinde *μὴ δόκει* ab Hebraismi crimine defendit, teste Matthiaeo, Huschkius ad Tibull. i, 9, 23. et rursus absolute posuit Eur. Hipp. 119. *μὴ δόκει τούτων κλύειν.* Beckius vero iniuria totum versum spurium iudicavit p. 452. not. 6., quem librarius supplevisset, cum ad vs. 924. *αἴτιοί εἰσιν* subaudiendum esse non intellexisset. At agnoscit *X. Il.* bis, p. 259. B. *ἔκλεπτες ἀεί· μὴ δόκει λελῆθέναι*, et disertius p. 278. A. *ἔδρας, ἔδρασας, μὴ δόκει λε-*

ληθέναι, quod miror nemini in mentem venisse. Vera distinctio est iam in Hervag. 1544., quam receperunt Dindd. Recte Matthiaeus: *quanquam sua manu interfecit Rhesum, tamen non suo consilio, per se ipse hoc fecit* Diomedes. Ceterum in Cod. Havn. post hunc versum spatium sequitur, 19. versiculorum capax, nulla vero lacuna; sed ea, quae sequuntur ab alia manu scripta sunt.

926. σὰν pro σὴν Havn. Athenas intelligi nemo est, quin videat. Sed Barnesius ad Thraciam refert.

927. χρώμεθα pro κἀπιχρ. Havn.

928. φάνας Ald. rell.; φανάς, ut recte alibi scribitur ap. Euripidem, auctore Lobeckio Aglaoph. p. 239. restitui c. GDind. cf. Herodian. π. μον. λέξ. p. 18, 22. Idem Lobeckius de δεῖξαι voce in mysteriis usitatissima et de eius significatione conferendus est p. 49. sqq. p. 205. sqq. Ceterum X. Π. p. 277. C. *Μυστηρίων τε τῶν ἀποῤῥήτων φανὰ Ἔδειξε πατὴρ — Λὐτανέψιος — Σεμνὸν πολίτην κἀπὶ πλεῖστον ἄνδρ' ἕνα Φανέντα φοῖβον.*

930. τοῦδ' οὕνεκα κτείνασα Ald. rell. τοῦδ' ὃν γελᾷς κτείνασα Reisk., probante Musgr. τοῦδ' ὃν νῦν (sic) ἔκτεινας σύ Heath. — τοῦδ' οὖν κατακτείνασα Havn., unde Bothii coniectura τοῦδ', ὃν κατακτείνεις σύ firmatur, quam recepi c. Matth. rell.

931. σὲ μὲν pro σεμνὸν Flor. 1. — Versus ita interpretandus: *Musaeumque sanctum civem, eundemque imprimis excellentem virum.* Non potest ullo modo de tertio cogitari, ut iam Heathius intellexit. cf. Vindicc. iv, 13.

932. Φοῖβον (cf. X. Π. ad vs. 928. l.) σύγγονοί τ' ἠτήσαμεν. Havn.

934. X. Π. p. 277. B. κἀγὼ δὲ μισθὸν τῶν ἀφερτάτων πόνων Ἐν ἀγκάλαις κρατοῦσα νεκρόν σ' ὦ τέκνον — Θρηνῶ, σοφιστὴν δ' ἄλλον οὐκ ἐπάξομαι. Sensus ultimorum verborum est, *non advocabo mihi interpretem alium*, sc. qui me certiorem faciat de auctore caedis filii. v. Vindicc. iv, 7. 8.

935. Pro στρατηλάτης A. Portus coni. διφρηλάτης, Valcken. p. 94. not. τροχηλάτης, quod probat Hermann.

p. 310. ap. Lindem. p. 15. Alterum utrum legendum dixit Musgr., aut scribendum *Θρῃκὸς ἁρματηλάτης*, quod etiam eidem Porto in mentem venerat. Sed ita quomodo textus corrumpi potuerit, non intelligo. Olim cogitabam scribi posse: *Θρῃκὸς ἀστραβηλάτης*, quod est *ὀνηλάτης* secundum Grammat. ap. Bekker. Anecdd. p. 455, 15. et Hesych. v. *ὀνοκίνδιος*, fortasse etiam de equis usurpatum — ut *ἀστράβη* ap. Bekker. Anecdd. p. 205, 3. (cf. p. 454, 18.) *σκεῦός τι* dicitur *ἐπὶ τῶν ὄνων ἢ τῶν ἵππων ἢ τῶν ἡμιόνων ἐπιτήδειον*. cf. Hesych. s. v. *ἀστράβη*. Omnino vero v. interpp. ad Demosthenis Midian. p. 558. Reisk. et prae ceteris Buttmanni excurs. vii. adde Aeschyl. Suppl. 285. Lucian. Lexiphan. 2. c. schol. Lysias xxiv. *ὑπ. τ. ἀδυνάτου* 11. — aut censebam esse emendandum *Θρῃκιος στρατηλάτῃ*. Quanquam hodie neutrum placet. Meriones dicitur ap. Homerum Il. *κ'*, 58. *Ἰδομενῆος ὀπάων*, et tamen vs. 196. cum praestantissimis consilia capit. Idem valet de Hectoris et Achillis aurigis. Quidni igitur Rhesi quoque auriga princeps fuerit? apud Homerum saltem ipse Hippocoon *βουληφόρος* audit.

937. Choro continuat Havn. *ᾄδειν* Ald. rell. *ᾄδη* Havn. quì iungit *τάδ' οὐδὲν* et in fine (sic) *μάντεων* pro *μάντεως* praebet. *οὐ μὲν* pro *οὐδὲν* Flor. 1. Potius expectares *οὐδέ*, nisi amarent tragici *ἀσυνδέτως* annectere enuntiata. cf. 864. *λάζυσθ'*. — *ᾄδη* vero iam Heath. ex canone Dawesii legi iussit et recepit Matth. rell. cf. Pierson. ad Moer. p. 173. sq.

940. Matthiaeus: *Τί μὴν οὐ*, inquit, *legitur etiam supra vs.* 702. [689.] *hac vi alibi haud facile usurpatum, multo minus mediae sententiae interpositum.* Ego saltem, quanquam non exempla huius usus habeo, cum rationi non adversetur, nescio quid sit singulare. Nam cum *τί μὴν* ita fere usurpetur, ut confirmationem contineat, *Quid impedit quominus hoc ita sit?* vides sensum huius loci esse: *Cum hostes instarent, quid impediebat, quominus cunctarer non mittere legatos.* Cum vero duplex negatio affirmatio sit, idem est, ac si dixisset poeta: *quid impediebat, quo-*

minus mitterem? sive: *cum hostes instarent, misi legatos.* Quare vereor, ut alterum locum recte interpretati sint viri docti. Nam cum semichoro quaerenti: *Ulixesne hoc fecit an alius quis?* responsum esset: *Fortasse: siquidem ex prioribus facinoribus licet fieri coniecturam,* pergunt priores: *Credisne igitur Ulixem fuisse?* Quibus respondetur: *Minime ego quidem. At audax quidem est,* illi dicunt. Tum hi quaerunt: *Quis tandem? cuius virtutem praedicas? Ulixem,* aiunt. Tum iidem qui supra *τί μὴν οὔ;* dixerant: *Ne furis magno aestima nequitiam.* Unde perspicitur noluisse alterum semichorum Ulixi hanc laudem tribuere.

943. *σ'* pro *γ'* Flor. 1. Havn. *ἐφήδομαι* pro *συνήδ.* malebat Valcken. p. 113. not. 13. Vulgatam post Brunck. ad Eur. Hipp. 1295. (1286.), Toup. em. in Suid. T. ii. p. 214. Lips. Porson. ad Eur. Med. 136. Monk. ad Hipp. 1281. defenderunt. Alia via ingressus est Reisigius ad Oed. Col. p. clxix. sq., qui non probat explicationem grammaticorum, in qua viri docti acquieverant, *συνήδομαι* per *ἐφήδομαι* explicantium, sed: *Ratio illorum locorum,* inquit, *haec est, ut gaudium* (*τὸ συνήδεσθαι*) *negetur, non ut affirmetur; qua negatione res non laeta et gaudio utriusque indigna ostenditur.* Quare *οὐ συνήδομαι* pro *συμπενθῶ* accepisse videtur, quae fere etiam Hermanni est sententia ad Soph. Oed. C. 1339. At haec explicatio cum fortasse adhiberi possit in locis, quibus negatio additur, tamen tales obstant, ubi negatio deest, cuius generis is est, quem ex Polluce et cod. restituit Bekker. Isocrati de Pace p. 176. C. §. 87. Verum, ni fallor, vidit Schaeferus ad Medeam l. l. p. 26. *neque una cum inimicis Medeae laetor malis huius domus,* sed cave nostro loco *κτανόντι* aut *θενόντι* pro *θανόντι* scribas. Ita ap. Platon. Menex. p. 247. HSt. §. 20. *καὶ μὴ ξυνοδύρεσθαι* non *ἡμῖν* supplendum est, sed *τοῖς ὀδυρομένοις.* Contra ap. Plut. Aristid. c. iv. p. 320. extr. in voce *συνάχθομαι* praepositionis nulla inesse videtur vis.

945. *ξυμπονῆσαι* Havn. pro *ξυμπυρῶσαι.* Mirum est

etiam ap. *X. Π.* p. 277. B. variam reperiri lectionem. *πέπλοις δ' Ἰοσὴφ εὐπρεπῶς ἀμφιάσαι Ἕτοιμός ἐστι, πρὸς δὲ καὶ τεῦξαι τάφον καὶ ξυγκενῶσαι μυρίων χλιδὴν μύρων.* Usurpatur in hac re *συνθάπτειν* Eur. Alc. 149. *κόσμον ἐνθήσω τάφῳ* Iph. T. 632., ubi de re v. Musgr. *κόσμον ἐξάπτειν* Troad. 1208. *πέπλοις συστέλλειν* ib. 378. *συγκαταθάπτειν* et *κατακαίειν* Herodot. v, 92, 7. cf. Soph. Oed. C. 1410. Archiloch. fr. 54. Lieb. Lysias in Eratosth. 18.

946. *κατέρχεται* perperam coni. Lenting. Potius scribendum esset *ἀποίχεται*, ut Aristoph. Ran. 83. — cf. quae collegit Pierson. Veriss. p. 54. add. Soph. Oed. C. 574. —, si de re praeterita sermo esset.

947. *μελαγχεῖμον* Ald. rell. *μελάγχειμον* Havn. *μελάγχιμον* recte Barnes. rell. v. Brunck. ad Aesch. Prom. 299. Blomfield. gloss. Pers. 306. Choeph. 11. Sept. 499.

949. *τὴν καρπ.* Flor. 1.

950. *ὀφειλέτης* Havn. Nescio cur dictum putet Matthiaeus pro *ὀφειλέτις δέ μοι οὖσα ὀφείλει φαίνεσθαι.* Nihil aliud quam *ἐστὶ* subaudiendum; *ὀφειλέτις δέ μοί ἐστι* (i. q. *ὀφείλει*) *φαίνεσθαι τιμῶσα.* Atque Matthiaeum errasse, ut nunc video etiam Lobeckius monuit ad Soph. Ai. 590., qui haec dicta putat pro *ὀφείλει τιμᾶν.* Neque vero assentior viro praestantissimo, Euripidem haec ex Aiace Sophoclea expressisse. *ψυχὴν ἀφεῖναι X. Π.* p. 258. A. non ex hoc loco, ut videtur. Utrumque probum, quanquam Gregorianum magis vulgare.

953. *οὐ γὰρ ἔτ' αὐτόν π.* Ald. rell. *οὐ γὰρ ἐς ταὐτόν π.* MSS. Steph. Par. E. Vict. Havn. Recep. Musgr. rell. *ἔσται τὸ λοιπόν X. Π.* p. 284. A.

955. *τῆσδ' ὑπαργ.* Ald. rell. At Thracia non exhiberi potuit in scena; quare recipienda Musgravii coniectura *τῆς ὑπ.*, quam Bothius admisit et inbente Hermanno p. 310. ap. Lindem. p. 15. rec. GDind. De divinis Rhesi honoribus v. Vindicc. v, 27. sqq.

956. *ἀνθρωποδαίμων* vocem agnoscit Suidas (p. 374. T. i. Gaisf.) *Ἀνθρωποδαίμονες· Δαίμονες ὄντες ἀν-*

θρώπειόν τε ἠμπέσχοντο σῶμα καὶ ἀνθρωποδαίμονες γεγενημένοι τῷ τρόπῳ τούτῳ ξύμπασαν κατέσεισαν τὴν οἰκουμένην, quae verba ex Procopii hist. arcan. p. 56, 25. ed. pr. (p. 56. Eichel.) petita esse et Procopii editor annotavit Nicolaus Alemannus p. 138. et Kuesterus ad Suidam. Non extat alio loco vox, et adhibuit eam Euripides alia significatione. Ceterum βλέπων φάος recte interpretatur Matth. *vivus.* v. si tanti est Aesch. Pers. 299. Eum. 746. cf. Herm. opp. T. vi, 2. p. 97. Klotz. ad Tyrtaeum p. 43. Nam matri quidem dicitur vs. 952. tanquam mortuus et non vivens esse futurus, sed re vera clam vivere in Thraciae recessibus. Parum apte Gruppius Ariadna p. 301. fin. vertit *Feuer blickend.* Non magis arridet Lentingii coniectura κείσετ' οὐ βλέπων φ., ut νύχιος antistes intelligeretur, qualis esset Phaethon ap. Hesiod. Theog. 990.

957. Βάκχου προφήτης, ὅς τε Ald. rell. Bacchi prophetam Rhesum dici arbitratus cum Heathio ὅς τε pro ὅς dictum putavit Matthiaeus, pro quo, utpote in trimetris, ὅς γε, *quippe qui* scribi mallet. Videtur vero coniunxisse: Βάκχου, ὅς, quia reperitur ap. Eur. Hecub. 1267. ὁ Θρῃξὶ μάντις Διόνυσος, ubi v. schol. 1243. Matth. Recte vero Musgravius: Ex σεμνὸς τοῖσιν εἰδόσιν, inquit, *intelligitur, huius, quisquis erat, dei vulgo non agnitum adoratumque fuisse numen. Retulerim igitur non ad Bacchum.* Quanquam hoc non ita obstat, ut vidit etiam Matthiaeus, qui verbis σεμνὸς τοῖσιν εἰδόσιν nihil nisi *mysteria* Bacchica significari monuit. cf. Seidler. ad Eur. Iph. T. 560. Pergit Musgr. *Retulerim igitur non ad Bacchum — sed ad Lycurgum Edonum, qui in antro montis Pangaei teste Apollodoro* [iii, 5, 1. ? cf. praesertim Soph. Antig. 955. sqq.] *incarceratus, nihilominus a Thracibus et quidem coniunctis cum Baccho sacris colebatur. v. Strabon. p.* 471. *A. Par.* [T. iv. p. 194. Tzsch.] *Similia de Lycurgo, quem tamen Arabem facit, Nonnus* [xxi, 155.] *p.* 369. *Falck.* cf. etiam schol. Aristoph. Equ. 543. Ita sine dubio vulgata explicanda est, neque ὅς τε pro sim-

plici ὃς dici potuit, v. ad vs. 217. p. 126. sqq. — neque ὅς γε scribendum est, ut Matthiaeo placuit. Sed ὅς τε non dictum esset pro καὶ ἐκείνου, ὅς, ut statuit Bothius, sed pro ἐκεῖνός τε, ὅς, hoc sensu: *occultus in Thraciae montibus Rhesus erit Bacchi propheta, illeque, qui Pangaeum montem habitat,* sive *aeque atque ille, qui.* Hanc olim secutus sum interpretationem in dissertatione de Rheso p. 17., cum non meminissem, Hermanni coniecturam ex libris petitam esse. Quare nunc libris obsecutus retracto. Nam vere praebent ὥςτε pro ὅς τε Vict. Havn., quod distinctione mutata auctore Hermanno p. 310. ap. Lindem. p. 15. de Aeschyli Lycurg. Opp. v. p. 23. recepi cum GDind., probante Welckero p. 643. Unde aptissima prodit sententia: *Rhesus numen erit, quemadmodum* Lycurgus, *Bacchi sacerdos, sanctus deus Pangaeum habitat.*

958. *X. Π.* p. 284. A. ἅπασι σεπτὸς τοῖσιν εἰδόσιν θεός. cf. vs. antec.

959. θαλασσίου Flor. 1. 2. Musgravio auctore ῥᾷον pro βαιὸν scribendum dixit Valcken. p. 113. not. 14. At ῥᾷον φέρειν de luctu moderato tam usitatum est, ut mirari liceret, si rarius librarii substituissent. Tuetur vulgatam etiam *X. Π.* 1772. [p. 284. A.] πένθος δὲ βαιὸν ὄντι μητρὸς ἐκ θνατᾶς Κείσθω· τὸν ἐκ κείνης γὰρ ἦν θανεῖν χρέως, qui secundum versum rursus ibidem usurpat: Φανείς, τὸν ἐκ κείνης γὰρ ἦν θανεῖν χρέως. Reiskio βαιοῦ legendum videbatur pro διὰ βαίου χρόνου; at tum πένθος οἴσω friget. Hoc evitares, si cum Barnesio et Bothio ᾄσω pro οἴσω scriberes; quae coniectura immerito admodum probatur Morstadtio p. 56. Nam quanquam aptus est sensus: *brevi autem luctum marinae deae canam,* Attici tamen futurum ᾄσομαι formabant. v. Pierson. ad Moerid. p. 38. Monk. ad Eur. Alc. 159. Sensus verborum ut Matth. vidit, est: *luctus Thetidis mihi levis erit,* quod dicit Musa, ut Thetidis dolore suum lenitum iri demonstret, quatenus dulce est socios habuisse malorum. cf. Timoclem ap. Athen. vi. p. 223. Etenim ut Euripi-

des Alc. 336. dixit: *οἴσω δὲ πένθος οὐκ ἐτήσιον το σόν, Ἀλλ᾽ ἕς τ᾽ ἂν αἰὼν οὗμὸς ἀντέχῃ*, ita *βαιὸν πένθος* est *brevis luctus*, sive *levis*. *πένθος συνοίσω* idem dixit ib. 370. Ceterum non sine causa iniectam esse Achillis mortis mentionem, suspicatus sum Vindicc. v, 8.

961. *θρήνους* Vict. σ᾽ omis. Flor. 1. 2. Fluxerunt haec aut ex Homero, qui de Achillis funere dicit Od. ω, 60. *Μοῦσαι δ᾽ ἐννέα πᾶσαι ἀμειβόμεναι ὀπὶ καλῇ Θρήνεον*; aut ex Aethiopide ap. Proclum Chrest. p. 478. *ἔπειτα Ἀντίλοχόν τε θάπτουσι καὶ τὸν νεκρὸν τοῦ Ἀχιλλέως προτίθενται· καὶ Θέτις ἀφικομένη σὺν ταῖς Μούσαις καὶ ταῖς ἀδελφαῖς θρηνεῖ τὸν παῖδα*. cf. Pindar. Isthm. vii, 57. ne seriores commemorem Tzetz. ad Lyc. 275. Quint. Smyrn. iii, 592.

962. *Ἀχιλλέα* Ald. rell. *Ἀχιλλῆ* scripsi, ut *Ὀδυσσῆ* supra vs. 692., non nolente Lobeckio ad Soph. Ai. 104. Ceterum corrige in textu typothetae errorem, *Θέτιδος* reponens.

963. *ἥ σ᾽ ἀπέκτεινε* Ald. rell. *ἀπέκτανε* Barnes. et tres MSS. Musgr. *ἥ σ᾽ ἀπέκτανεν* Flor. 1. 2., ut edid. Matth. Both. *ἀπέκτανε* dedi cum Musgr. et Dindd. *ἀπέκτονε* praetulit Pierson. ad Moerid. p. 31., quod non prorsus displicuit Elmsleio Med. vs. 774. not. Merito obloquitur Hermannus in censura p. 373. Lips. De aoristo *ἀπέκτανον* v. Vindicc. iii, 61.

966. *εἴ τις* pro *ὅστις* et *καλῶς* pro *κακῶς* Havn.

967. *θάψοι* Havn. Sententia paullulum est callidior. Verte: *Qui vos novit, sine liberis vivet, neque ut ii, quibus liberi sunt, eos sepeliet.* *οὐ θάψει* fere est, quod *felix erit, carens funere liberorum.* v. Pflugk. ad Eur. Med. 88. Adde ipsum Euripidem, qui explicat Hypsipylae fr. vi. *ἔφυ μὲν οὐδεὶς ὅστις οὐ πονεῖ βροτῶν, Θάπτει τε τέκνα.*

968. *οὕτως* Havn. et *X. Π.* p. 284. A. ut videtur: *ἡμῖν μὲν οὕτω νῦν τετίμηται φίλος. Ὅς δ᾽ εἴ τι πράσσειν, ὡς θεός, θέλων σθένει, Καιρὸς πάρεστι· φῶς γὰρ ἡμέρας τρίτης Οὐ μακράν ἐστι.*

971. *συμμάχους δ'* Ald. rell. *θ'* Flor. 1. 2. quod, probante Matthiaeo in nott., recepi c. Dindd.

972. *πληροῦντ'* Havn., quod praeferrem disiunctum, si alia accederet auctoritas. Musgravius saltem infinitivum requirebat, sed satis infeliciter coniecit *πληροῦν τ' ἄντυγας ξυν.* aut *κληδοῦν τ' αὐχένας ξυν., πληροῦν αὐχένας* est *iuga collis equorum imponere.* Ceterum de hac imperativi forma *ἄναχθε*, epicis poetis imprimis usitata, v. Buttmann. Gr. Gr. ii. p. 79. Matth. Gr. Gr. p. 434.

973. *πόνους* Ald. rell. *πανοὺς* ex Reiskii certissima emendatione rec. Musgr. rell. Usus est Sophocles voce *ἐν Ἑλένης γάμῳ* fr. 192. Aristoph. fr. 666. cf. exempla ap. Pierson. Veriss. p. 4.

974. *καὶ* pro *ὡς* Flor. 1. *ὑπερβάλλων* Ald. rell. *ὑπερβάλλον* Havn. Aoristum ex Lentingii coni. recepi c. Both. et Dindd.

975. *αἴθων'* Havn.

976. *X. Π.* p. 284. A. *Πέποιθα, πᾶσιν ἡμέραν ἐλευθέραν Ἀκτῖνα τὴν τριταίαν ἡλίου φέρειν.* p. 288. A. *πέποιθα πᾶσιν ἡμέραν ἐλευθέραν Ἀκτῖνα τὴν στείχουσαν ἡλίου φέρειν.*

978. *στείχομεν* Vict. Quod etsi defendi potest, tamen vulgata praestat. Eadem confusio Eur. Iph. A. 16.

979. *καὶ* omis. Havn. *ξυμμαχίαν* idem habet.

980. *νίκαν* Ald. rell. Correx. Dindd.

EXCURSUS I.

AD SCHOLIUM VS. 244. LIN. 25. SQQ.

Qui satis fuimus verbosi in scholio emendando et explicando, iidem novam disputationem ad ultima eius verba sustinemus addidisse. Placuit vero haec in calcem libri reiicere, quia non, ut illa, necessaria sunt scholio intelligendo, sed solam opportunitatem praebent ad ea, quae olim de Sophoclis Aleadis scripsi partim emendanda partim defendenda. Accidit enim, quod vix sperandum fuerat, ut libellus meus in censuram vocaretur eamque Welckeri, viri in his rebus spectatissimi. Qui cum intellexisset, me nolle pro certis venditare incerta, nec iurare in verba sua malle quam ipsum iudicare, non indignum me censuit vir doctus, cuius spiritus reprimeret satis iniqua censura, in Zimmermanni *Zeitschrift für Alterthumswissenschaft* 1835. p. 1091. sqq. expressa. Quam cum anno demum postquam excusa est liceret inspicere, elapsam ratus respondendi occasionem tempori committendum duxi iudicium. Accedebat, quod probe intelligebam, non multos fore quibus ideo improbarer, quod non essem secutus modum Welckeri in mythis tradendis, vera cum falsis omnibus miscentem, quodque de tetralogiarum ratione et de fine tragoediae iudicassem aliter, atque iucundum esset Welckero. Nam quanquam ii laudandi potius quam vituperio obnoxii videntur, qui mythologiae artiumque fontes et naturam investigare student, tamen ii semper vapulabunt, qui somnia sua pro certo affirmant. Quod saepissime in Welckero notatum est merito. Qui vir cum sit et ingenii et doctrinae copiis instructissimus, tamen levitatis dum alios facit reos, ipse non potest levissimus non videri. Quis enim vituperetur iure, quod cunctatus sit sequi eo, quo introeuntes videat plurimos, exeuntem neminem?

Sed haec hactenus; *μαθοῦσιν* enim *αὐδῶ*. Consilium vero meum ut abiicerem, amicorum effecerunt preces quorundam, quibus largitus sum, ut hac oblata opportunitate et quae ipse scripsissem et quae oblocutus esset Welckerus rursus examinarem. Legimus enim in fine scholii ad vs. 244., ubi sermo fuerat de oraculo, quod iusserat aliquem ex Agamemnonis posteris *ἐπὶ τὸν ἔσχατον Μυσῶν πλεῖν*, lin. 25. sqq. additum: *εἰσὶ δὲ οἳ Τηλέφῳ γενέσθαι τὸν χρησμὸν τοῦτον. μαντευομένῳ γὰρ αὐτῷ περὶ γονέων, ἐπὶ τίνας ἂν τόπους πλανηθεὶς ἐξεύροι τοὺς αὐτοῦ γονεῖς, τὸν θεὸν προστάξαι, ἐλθεῖν ἐπὶ τὸν ἔσχατον Μυσῶν. ἀφικόμενον δὲ εἰς τὴν Τευθρανίαν, νέμεσθαι γὰρ τὰ χωρία ταῦτα Μυσούς, ἐπιτυχεῖν τῇ μητρί.* Addunt lexicographi: *τάσσεται δὲ ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν δυσχερῆ ἐπιτασσομένων.*

Non arbitror haec ex tragoedia hausta esse. Nam me quidem iudice talis lusus tragicam dignitatem dedecet. Tragici, ni fallor, erat aliam quancunque excogitare causam, cur in Mysiam appulerit Telephus, quam dei responsum tale in usum adhibere, quod despexerant etiam Cometae socii, *μικρὸν περφρονητικέναι λέγοντες αὐτοῦ τε καὶ τοῦ Μυσοῦ ἔσχατου* (schol. Rhes. vs. 244. l. 21.), quodque vix satyricis aptum fuit. Neque vero indignum est, quod quaeratur, quam ob causam in Mysiam tetendisse fictus sit Telephus a tragicis. Nam tragicos quoque eam ornasse fabulam, documento sunt dramata Aeschyli et Sophoclis, quibus *Μυσοῖς* inscribitur, ne alios commemorem poëtas, quorum incertior est fama.

Fuerunt, qui infantem Telephum una cum Auge matre a Nauplio fingerent traditos Teuthranti Mysiae regi, ut Alcidamas, de quo loco statim dicam. Alii iuvenem Telephum in Mysiam statuerunt venisse et hoc ii videntur secuti, qui dramata *Μυσοί* scripserunt. Sed sciri nostra magis interest, cur Arcadiam, ubi educatus erat, Telephus reliquerit, quam qua ratione Mysiam et matrem repererit. Causam vertendi soli scholiasta commemorat l. l. parentium investigationem, quocum consentit Hyginus fab. c. *Telephus, Herculis filius, ex responso quaerens matrem*; sed tragicis etiam aliam fuisse, suspicari licet propter eundem Hyginum fab. ccxliv. de iis loquentem, qui cognatos suos occiderint: *Telephus, Herculis filius, Hippothoum et Nerea, aviae suae filios*, ubi alterius nomen excidisse videtur, siquidem Neaera Alei uxor vocatur a Tzetza ad Lycophr. 206., ut scribendum sit: *Hippothoum et . . . . . , Neaerae aviae suae filios*, quanquam alio loco, qui de Argonautis est fab. xv., Hyginus habet: *Amphidamas et Cepheus Alei et Cleobules filii de Arcadia*. Illum vero locum, ut Hygini plurima, ex tragoedia aliqua petitum esse, gravissimo testimonio confirmat Aristoteles Poët. xxiv. p. 1460, a,

32. Bekk. (*προαιρεῖσθαί τε δεῖ ἀδύνατα εἰκότα μᾶλλον ἢ δυνατὰ ἀπίθανα· τούς τε λόγους μὴ συνίστασθαι ἐκ μερῶν ἀλόγων ἀλλὰ μάλιστα μὲν μηδὲν ἔχειν ἄλογον, εἰ δὲ μὴ ἔξω τοῦ μυθεύματος, ὥσπερ Οἰδίπους τὸ μὴ εἰδέναι πῶς ὁ Λάϊος ἀπέθανεν, ἀλλὰ μὴ ἐν τῷ δράματι, ὥσπερ ἐν Ἡλέκτρᾳ οἱ τὰ Πύθια ἀπαγγέλλοντες,) ἢ ἐν Μυσοῖς ὁ ἄφωνος ἐκ Τεγέας εἰς τὴν Μυσίαν ἦλθεν.* Mutum vero hunc, qui in Mysis dramate ex Tegea in Mysiam venerit, Telephum esse certissime evicit Tyrwhittus ad Aristotelis locum ex Alexide et Amphide, quorum ille *ἐν Παρασίτῳ* ap. Athenaeum x. p. 421. D. de parasito dicit:

Δειπνεῖ δ' ἄφωνος Τήλεφος, νεύων μόνον
πρὸς τοὺς ἐπερωτῶντάς τι.

Amphis vero *ἐν Πλάνῳ* ib. vi. p. 224. E., de piscariis loquens omnem eximit dubitationem:

Οὓς ἂν ἐπερωτήσῃ τις, — — — — —
— — — — ἔκυψεν ὥσπερ Τήλεφος
πρῶτον σιωπῇ· καὶ δικαίως τοῦτό γε,
ἅπαντες ἀνδροφόνοι γὰρ εἰσιν ἐνὶ λόγῳ.

Sensus vero verborum Aristotelis non alius est, quam expressit Tyrwhittus l. l. *Cum haec expiatio a quovis etiam statim peti posset, ratio certe desideratur, cur Telephus tam longum iter inexpiatus adeoque mutus perficere maluerit.* Quod immerito a Welckero vituperatur p. 1095 Nam ut largiar, non a quovis expiationem peti potuisse, tamen Aristoteles saltem ineptum censuit, quod Telephus se non ab alio potius expiandum curasset. Quare non Tyrwhittus sed Aristoteles notandus erat Welckero.

Haec diserta testimonia in scriptione mea non commemoraveram, quippe qui nihil curassem eo tempore minus, quam ut colligerem omnia quae de Telepho extarent. Sed postquam eo delatus sum, diu ante lectam Welckeri censuram in schedis notaveram. Neque vero id causae meae nocuit. Nam eum attuleram locum, qui primarius est, ipso Welckero iudice (p. 1093.), quemque rursus examini virorum doctorum censui subiiciendum, quia coniecturis suis inquinatum corrupit Welckerus. Legitur vero in Ulixe Alcidamantis T. v. p. 670. Bekk. p. 185. HSt. *Ἄλεῳ γὰρ τῷ Τεγέας βασιλεῖ ἀφικομένῳ εἰς Δελφοὺς ἐχρήσθη ὑπὸ τοῦ θεοῦ, ὅτι αὐτῷ ἔκγονος ἐκ τῆς θυγατρὸς εἰ γένοιτο, ὑπὸ τούτου δεῖν τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ ἀπολέσθαι. ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ Ἄλεως διὰ τάχους ἀφικνεῖται οἴκαδε καὶ καθίστησι τὴν θυγατέρα ἱέρειαν τῆς Ἀθηνᾶς εἰπών, εἴ ποτε ἀνδρὶ συγγενήσεται, θανατώσειν αὐτήν. τύχης δὲ γενομένης ἀφικνεῖται Ἡρακλῆς, στρατευόμενος ἐπ' Αὐγέαν εἰς Ἦλιν καὶ αὐτὸν ξενίζει ὁ Ἄλεως ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Ἀθηνᾶς. ἰδὼν δὲ ὁ Ἡρακλῆς τὴν παῖδα ἐν τῷ νεῷ, ὑπὸ μέθης συνεγένετο. ἐπεὶ δὲ κύουσαν*

αὐτὴν ᾔσθετο ὁ πατὴρ Ἄλεως, μεταπέμπεται τὸν τούτου πατέρα (Nauplium, Palamedis patrem) πυθόμενος πορθμέα τε αὐτὸν εἶναι καὶ δεινόν. ἀφικομένου δὲ τοῦ Ναυπλίου δίδωσιν αὐτῷ τὴν παῖδα καταποντίσαι· ὁ δὲ παραλαβὼν ἦγεν αὐτήν. καὶ ὡς γίνονται ἐν τῷ Παρθενίῳ ὄρει, τίκτει Τήλεφον. ἀμελήσας δὲ ὧν ὁ Ἄλεως αὐτῷ ἐπέστειλεν, ἄγων αὐτὴν ἀπέδοτο καὶ τὸ παιδίον ἐς Μυσίαν Τεύθραντι τῷ βασιλεῖ.

Hinc conieceram, fuisse qui traderent Auges fratres interfectos esse a Telepho, quia solerent rata fieri oracula, ubi effugere ea vellent homines, non oblitus Laii et Oedipi fatum. Quae coniectura iusto timidior visa est Welckero p. 1093., certissimum rato, fuisse qui Alei filios interfectos tradidissent a Telepho. Quod ut largiar hodie, diserte enim tradit Hyginus et homicidam vocant Telephum tragicus apud Aristot. l. l., Alexis et Amphis, tamen reliqua quae pro certis posuit Welckerus minime sunt certa. Nam in *Sophoclis* fabula a *Telepho* interfectos esse Aleadas, quis tandem tradidit aut quis probare potest dubitanti? Quare etiamnum, quidquid obloquatur Welckerus, non poenitet me, quod locutus sum dubitantius. Et id quidem concesserint plerique omnes, Alei filios in illa tragoedia interfectos esse, quanquam ne id quidem traditur; sed utrum ipse interfecerit Telephus an Hercules aut alii, mihi quidem videtur satis obscurum. Contra Welckerus non posse cogitari nisi de *Telepho* interfectore (p. 1094.) contendit; nam quominus Aleadae putarentur ab *Hercule* interfecti, obstare oraculum, neque pati dignitatem *dei* Herculis, ut filii adversarios interfecisset. At non dixeram *deum* Herculem interfecisse Aleadas, sed diserte inter deum et heroëm distinxeram p. 25. Et ab *heroë* Hercule liberorum suorum inimicos puniri, insigni exemplo ostendit Hercules Furens, quae cum ista scriberem ante oculos versabatur. Quam ubi legerit, intelliget Welckerus, me non adeo fuisse vituperandum, quod dubius haesi, utrum Hercules an Telephus Aleadas interfecisset. At obstat oraculum. Minime quidem illud. Nam quis tandem tradidit, nosse Sophoclem, aut in usus suos convertisse?

Ita iudicaveram olim. Hodie vero ne alterutrum quidem satis certum videtur. Nam scrupulum iniicit Agathonis fabula Telephus, cuius meminit Athenaeus x. p. 454. D. locos quosdam recensens poëtarum, qui litterarum ductus iambicis versibus circumscripserint: τὸ δ' αὐτὸ πεποίηκε καὶ Ἀγάθων ὁ τραγῳδιοποιὸς ἐν τῷ Τηλέφῳ. ἀγράμματος γάρ τις κἀνταῦθα δηλοῖ τὴν τοῦ θησέως ἐπιγραφὴν οὕτως·

> Γραφῆς ὁ πρῶτος ἦν μεσόμφαλος κύκλος,
> ὀρθοί τε κανόνες ἐζυγωμένοι δύο,

Σκυθικῷ τε τόξῳ τὸ τρίτον ἦν προσεμφερές·
ἔπειτα τριόδους πλάγιος ἦν προσκείμενος,
ἐφ' ἑνός τε κανόνος [ἧσαν] ἐζυγωμένοι δύο·
ὅπερ δὲ τὸ τρίτον ην τελευταῖον πάλιν.

Satis mira Thesei est mentio iniecta in Telepho fabula, neque facile expediri possit hic locus. Suspicari tamen licet in Agathonis fabula non Herculem ultum esse filium sed Theseum. Quod novaverit Agatho, quia apud Sophoclem has partes egisset Hercules. Quo rursus confirmetur, haud esse veri dissimile apud Sophoclem ab Hercule interfectos esse Aleadas. At ne iterum Welckerus nos dicat nescire, quae leges sint tragoediae, admonemus eum Sophocleae Oedipi alterius, Euripidearum Heraclidarum, Supplicum et si quae aliae sunt.

Iam redeo ad Welckerum. Qui tantum abest ut tam caute egerit, ut prorsus incerta et falsa pro veris non habuerit solum sed etiam dixerit sine haesitatione. Nam cur quaeso Alcidamantis verba laudata corrupta censuit et emendanda, nisi ut coniecturis suis satis incertis novas easque absurdissimas superstrueret? En bella emendatio quae legitur p. 1093.! *ἀμελήσας δὲ ὧν ὁ Ἄλεως αὐτῷ ἐπέστειλεν ἄγειν αὐτὴν καὶ ἀπέδοτο καὶ τὸ παιδίον ἐς Μυσίαν Τεύθραντι τῷ βασιλεῖ.* Quae omnia falsissima sunt. Nam 1. non significant verba, quod voluit Welckerus: Aleum, postquam natus est Telephus, neglecto oraculo et iis quae mandaverat Nauplio, Teuthranti, Mysiae regi et Augen et Telephum tradidisse. Quis enim Graecae linguae vel mediocriter peritus ita emendaverit? Nam si Aleus esset subiectum, quod dicunt, saltem ita scribendum erat: *ἀμελήσας δὲ ὁ Ἄλεως, ὧν αὐτῷ ἐπέστειλεν ἄγειν αὐτήν, καὶ ἀπέδοτο κτλ.* 2. Vulgata sanissima est, nec ullam corruptionis movet suspicionem. At Welckerus saltem non intellexisse videtur, quare eius tarditatem duxi sublevandam. Verte: Nauplius vero *neglectis iis, quae mandaverat ei Aleus* (scilicet *καταποντίσαι* Augen gravidam), *in Mysiam traiectam Augen cum Telepho vendidit Teuthranti regi.* 3. Analogiam, quam Welckerus tantum non omnibus locis optimam dicit ducem, prorsus neglexit. Conferendus erat scholiasta Sophoclis Ai. 1297. *Ἔφη-κεν ἑλλοῖς ἰχθύσιν. Ἡ ἱστορία ἐν ταῖς Κρήσσαις Εὐριπίδου, ὅτι διαφθερεῖσαν αὐτὴν (Λερόπην) λάθρα ὑπὸ θεράποντος ὁ πατὴρ Ναυπλίῳ παρέδωκεν ἐντειλάμενος ἀποποντῶσαι· ὁ δὲ οὐκ ἐποίησεν ἀλλ' ἐνεγγύησε Πλεισθένει.* Ut in Cressis non obsecutus est Nauplius sed Plistheni tradidit Aëropen, ita in ea fabula, quam tradidit Alcidamas, non obsequitur Aleo Nauplius sed Teuthranti vendidit Augen cum filiolo.

At tali coniectura nituntur reliqua. Nam postquam Alcidamantis verba corrupit, inde, quo omnia miscerentur, argumentum

Sophocleae fabulae constituit. Negligentiam enim Alei fundm dixit huius tragoediae p. 1093. Qui cum dei iusso minus severe obtemperasset, sed post primos conatus strenue parendi severitatem remisisset et aliud remedium quaesivisset, adduxisse filiis suis sortem, et quia semper apud Sophoclem oracula eventum haberent, ita certissimum esse, in hac fabula Aleadas interfectos esse ab Auges filio. Hanc esse tragoediae καταστροφήν *). At non fuit haec incuria Alei tragoediae summa, quia tradit Alcidamas alia atque censet Welckerus. Deinde ne constat quidem, utrum Sophocles illo oraculo usus sit, necne. Si vero erat Alei aliqua negligentia, ea posita est in eo, quod non ipse interfecit nepotem, sed aliis mandavit, aut quod non ita custodivit Augen, ut cum viro concumbere non posset. Similiter Laii erat peccatum prius, quod genuit Oedipum, alterum quod non ipse interfecit sed necandum commisit aliis. At multo maior etiam error est Welckeri, qui ne animadvertit quidem rationes suas falso esse subductas. Nam etiamsi concederemus, eum esse sensum verborum Alcidamantis, quem statuit Welckerus, et continere rheteris verba argumentum Sophocleae fabulae, quomodo potest Telephus a cerva nutritus esse, ut ipsa docent fragmenta et educatus esse in Arcadia, ut mecum statuit Welckerus p. 1096., si ab Aleo infans cum matre traditus erat Teuthranti Mysiae regi? Unde liquet Welckerum non solum coniecturarum libidini se dedisse, sed ne recte quidem conclusisse. Patet quo haec redeant. Ostendisse mihi videor, satis incertum esse argumentum Aleadarum, Welckerumque, dum timiditatem mihi exprobrat, non semel turpissime lapsum esse. Itaque sic videtur statuendum de Sophoclis fabula. Cum Aleo deus respondisset, filios suos ab Auges filio interfectum iri, videtur Aleus filiam Palladis fecisse sacerdotem eamque poenas maximas minatus vetuisse viro nubere. Sed compressa est ab Hercule ebrio. Gravidam tradiderit Aleus Nauplio in mari demergendam. In itinere vero pepererit Telephum in monte Parthenio. Quo relicto et a cerva nutrito, ipsa pervenerit ad Teuthrantem, a Nauplio tradita. Tum post interfectos Aleadas etiam Telephus in Mysiam perrexit.

*) Ne Welckero iniuriam facerem nolens, ipsa eius verba apposui. *In der Sorglosigkeit des Aleos, der den Ausspruch des Apollon nicht buchstäblich nahm, sondern nach dem ersten Versuch sich streng darnach zu richten nachliefs, und einen Ausweg suchte, liegt der Grund einer Tragödie, und so gewifs als bei Sophokles Orakelsprüche bestimmt in Erfüllung gehen, so sicher ist, dafs seine Aleaden durch den Sohn der Auge den Tod gefunden haben: diefs die Katastrophe.*

Itaque tres habemus fabulas: *Augen, Aloadas, Mysos,* quibus quarta accedit *Telephus.* De his deinceps exponam.

Aleadae, Mysi, Telephus Sophoclis sunt fabulae; at Auge ei tribuitur a nemine. Suspicatus igitur eram p. 26. sqq. Augen fortasse alio nomine latere, cumque duae Nauplii commemorarentur, altera *πυρκαεύς* altera *καταπλέων,* illam censui complexam fuisse naufragium Graecorum circa Euboeam, hanc Auges historiam; neque hodie lectis iis, quae opposuit Welckerus p. 1102., coniecturae poenitet. Ac primum quidem per esset mirum, si Sophocles, qui totam Telephi fabulam ornavit, de natalibus eius nil prodidisset, neque Auges historiam illustrasset, quam probabile est in Mysis egisse. Sed ut hoc quidem minus certum sit argumentum, rursus quaerendum est, quid fuerit argumentum eius fabulae, quae *Ναύπλιος καταπλέων* dicta est. Brunckii coniecturam, quae nititur Tzetzae aliquibus locis, quos attuli p. 26. et 28., adde schol. Eur. Orest. 422. not. 3. Matth., et ipse refutavi p. 28. et repudiavit Welckerus p. 1102. Restat igitur Welckeri opinio, quam minime probabilem dixeram l. l., eandem fuisse fabulam, duplici nomine inscriptam, atque esse *Ναύπλιον καταπλέοντα Nauplium domum navigantem.* Quod licebit dubitare. Nam obstat non solum, quod Nauplii reditus et fax in Caphareo edita tempore sunt disiuncta, sed praesens etiam ineptum est, nec nomen indicat fabulae argumentum. Cur enim altero nomine opus erat, cum *πυρκαεὺς* inscriberetur aptissime? Accedit, quod me iudice, fabula simpliciter *Ναύπλιος* vocata esset, nisi ab altera discerneretur. Quodsi Welckerus monuit p. 1102., nuncupatam esse *Ναύπλιον καταπλέοντα,* ut ne confunderetur cum Nauplio *τῷ ἐπὶ Τροίᾳ,* cuius partes fuissent in Palamede, rursus obiiciendum est, satis fuisse distinctas, si altera *ὁ ἐπὶ Τροίᾳ,* altera *πυρκαεὺς* vocaretur. Neque extitit unquam fabula Sophoclis Nauplius *ὁ ἐπὶ Τροίᾳ,* sed fuit Nauplii persona pars Palamedis, ut mihi concessit Welckerus; cf. ad Rhesum vs. 669. not.

Vidimus igitur Welckeri opinioni obstare fationem grammaticam, inscriptionemque esse prorsus inutilem, nisi diversa fuerunt dramata, neque exprimere argumentum fabulae Accedit quod a nemine laudatur *Ναύπλιος καταπλέων ἢ πυρκαεύς,* quanquam saepius utraque fabula commemoratur. At hoc argumentum nihili faciet Welckerus saltem, quippe qui me vituperaverit p. 1101., quod Aleadas et Telephum diversas putassem, quia non extaret titulus *Ἀλεάδαι ἢ Τήλεφος,* idque casus ludibrio tribuerit; idem scilicet, qui, ut refert p. 1092., Aloadas, quam tum statuit, tragoediam habuerit, quod non citaretur *Ἀλωάδαι σάτυροι.* Quare meo iure diversas esse fabulas statuisse videor. Sed altera restat quaestio, coniectura mea de argumento Nauplii *καταπλέοντος*

verane fuerit necne. Atque ego quidem etiamnum sentio ut olim, meaque omnium quae hactenus prolata sunt maxime censeo probabilia, ut concessit censor in *Litterar. Zeitung* 1835. n. 16. p. 280. sq. Neque minime causae meae favet, quod ipse coniecturam admodum vocaveram dubiam (p. 28. et 32.), dum Welckerus sua quasi de tripode proferat. Quare, ubi quis veriora docere visus fuerit, facile retractabo sententiam. Sed quae Welckerus opposuit, ea iudico admodum levia. Nam primum monuit *καταπλεῖν* non significare *navigare* sed *navigando redire*. Quod non verum est. Nam proprie eum dicunt *καταπλεῖν, qui ex alto mari in portum tendit*, similiter ut *καταβαίνω* is creditur, qui ex editiore loco in inferiorem pergit. Deinde vero simpliciter pro *navigare* adhibetur, ut Nauplius *καταπλέων* idem sit atque *πορθμεύς*. Res ex solis Demosthenis confici potest indicibus. Proprie locutus est orator *κ. Ζηνοθ.* p. 886. *ὅθεν ἐξέπλευσε τὸ πλοῖον, ἐνταῦθα καὶ καταπλεῖν*, ubi verti quidem potest *redire*, sed proprie dictum est pro *ex mari appellere*; cf. *π. Ἀπάτου* p. 932. *εἰς τὸ ὑμέτερον ἐμπόριον οὐ καταπλέουσιν*. Sed pro simplici *πλεῖν* vel *ἀποπλεῖν* ab eodem dicitur *καταπλεῖν ἐπὶ τὴν χρίσιν π. Τιμόθ.* p. 1188. cf. epistola Philippi qui dicitur apud eundem p. 162 *λῃστὰς καταπέμπειν*, ubi est *καταπέμπειν piratas in mare emittere*; add. *καταχθῆναι* pro *ἀχθῆναι* ap. Demosth. *π. Φορμ.* p. 941. extr.

Sed facile vel sine exemplis is, qui Graecos scriptores ipse evolvere didicerit, credet asserenti, saepe *κατὰ* in compositis nil novi verbis addere. Itaque id quidem non obstabit coniecturae meae, et erit *Ναύπλιος καταπλέων* aut *Nauplius nauta* (*πορθμεύς*) aut *Nauplius in terram exiens*, quae interpretatio non minus est idonea. Maiorem autem veri speciem alterum habet, non esse Nauplii personam tanti momenti, ut possit ab eo nuncupata esse fabula, quae Auges res complexa sit. Id vero tum demum probari posset, si superstes esset fabula. Sed cum nesciamus, utrum Nauplii persona sine momento fuerit necne, talia nullam vim habent. Si vero Sophocles meditatus est Augen eamque Nauplii nomine inscripsit, id expectari potest ab ingenii Sophoclei ubertate, ut tales partes Nauplii fecerit, ut non *κωφὸν πρόσωπον* fuerit, sed primas egerit. Idem vero, ut sum promtissimus ad errores abiiciendos, largior Welckero p. 1104. contendenti, me non satis recte fabulae argumentum constituisse.

Possem ad Aleadas transire, nisi ea quae p. 28. sq. de diversis Naupliis disputavi, tam acerbe exagitasset Welckerus p. 1102. sq., ut nequeam silentio praetermittere. Nam ut concedam, me non satis circumspecte locutum esse, tamen vel hodie plures fuisse Nauplios arbitror, et locos a me allatos id signifi-

care, quod voluí contendo. Atque Apollonius Rhodius i, 133. sqq. — quem locum non attuleram, quia ad Heynii notam provocaveram, unde petivit Welckerus — inter duos saltem Nauplios distinguit, quorum priorem Amymones filium dicit, alterum sextum ab hoc Clytonai filium, qui cum Argonautis navigaverit. Sed heroëm Nauplium unquam extitisse in veterum opinione, praefracte negat Welckerus, ideale, ut vocant, hoc nomen ratus, et Nauplium nil nisi *nautam* esse. At obstat genealogia Pherecydis, quam servavit schol. Apollonii Rh. iv, 1091. *ἦσαν γὰρ ὁ Αἰγυπτος καὶ ὁ Πολυδέκτης Ἀνδροθόης τῆς Κάστορος καὶ Περιστένους τοῦ Δαμάστορος τοῦ Ναυπλίου, τοῦ Ποσειδῶνος καὶ Ἀμυμώνης, ὡς Φερεκύδης ἐν πρώτῳ*, et idem docet stemma ipsius Apollonii l. supra l. Nam ut reliqua nomina Naubolus et Clytonaus ob navigandi peritiam ficta sint, eandem explicationem non patiuntur Lernus et Proetus. cf. Servius ad Virg. Aen. ii, 81. Interpp. Maii ib. vs. 82. Itaque Apollonius saltem, qui ex antiquioribus hausit, *duos heroës Nauplios* novit, Amymones filium et Argonautam. Tertius denique est pater Palamedis; qui cum belli Troiani tempore superstes dicatur, non potest idem habitus esse cum Argonauta, quanquam confunduntur a quibusdam scriptoribus.

His praemissis ad Welckerum redeo. Attuleram p. 29. Strabonis locum viii. 6, 2. [T. iii. p. 211. Tzsch.] *Μετὰ δὲ τὸ Τημένιον ἡ Ναυπλία τῶν Ἀργείων ναύσταθμον· τὸ δ' ἔτυμον ἀπὸ τοῦ ταῖς ναυσὶ προσπλεῖσθαι. Ἀπὸ τούτου δὲ πεπλάσθαι φασὶ τὸν Ναύπλιον καὶ τοὺς παῖδας αὐτοῦ παρὰ τοῖς νεωτέροις· οὐ γὰρ Ὅμηρον ἀμνημονῆσαι ἂν τούτων, τοῦ μὲν Παλαμήδους τοσαύτην σοφίαν καὶ σύνεσιν ἐπιδεικνυμένου, δολοφονηθέντος δὲ ἀδίκως, τοῦ δὲ Ναυπλίου τοσοῦτον ἀπεργασαμένου φθόρον ἀνθρώπων περὶ τὸν Καφηρέα. ἡ δὲ γενεαλογία πρὸς τῷ μυθώδει καὶ τοῖς χρόνοις διημάρτηται. δεδόσθω γὰρ Ποσειδῶνος εἶναι, Ἀμυμώνης δὲ πῶς, τὸν κατὰ τὰ Τρωϊκά ζῶντα;* Habes locum totum, de quo Heynius ad Apollodor. ii, 1, 4. p. 274. ed pr. scripsit: *de duobus Nauplüs hic et alibi confusis v. Strabon. viii. p.* 566. 7. Et recte quidem. Quod vero ego scripseram, serioribus temporibus omnia in unum Nauplium collata esse, ut traderet Strabo, *) id verissimum quidem est, sed paullo obscurius enuntiatum. Volui dicere, iam Strabonem intellexisse, patrem Palamedis non posse Amymones filium esse. Atque hanc fuisse meam sententiam, facile apparebat ei, qui Strabonis locum adscriptum intelligeret. Quod non cadit in Welckerum, qui scribat p. 1102. extr. sq. Strabonem, qui cum veteribus scriptoribus reliquis omnibus patrem Palamedis non

*) En verba mea ipsissima: *Denn es wurde in späterer Zeit fast alles auf einen übergetragen, wie Strabon berichtet.*

discernat a filio Amymones et Neptuni, potius hanc verissimam et facillimam interpretationem ex criticis Homericis, ut cuiuis liceat, afferre: *Nauplium una cum filiis Palamede, Oeace, Nausimedonte demum post Homerum fictum esse* — Palamedem addit Welckerus fortasse iam ante Homerum in fabulis Euboeïcis extitisse —; *occasionem fingendi Argivorum portum Nauplium praebuisse, qui vocatus sit ἀπὸ τοῦ ταῖς ναυσὶ προσπλεῖσθαι; genealogiam vero praeter quod fabulosa sit* — neque enim verosimile videri, Nauplium propter Nauplium portum excogitatum esse — *etiam temporum rationibus adversari. Nam ut concedatur, Nauplium Neptuni filium esse, quomodo tandem Amymones filius esse possit, cum belli Troiani tempore vixerit.* *)

In his primum mendacium est, quod Welckerus Palamedis patrem ab omnibus scriptoribus dixit Amymones filium perhiberi. Contradicit schol. Eurip. Orest. 54. *Ναύπλιος λιμὴν ἐκλήθη ἀπὸ Ναυπλίου, ἀνδρὸς Ἀργείου, υἱοῦ Ποσειδῶνος καὶ Ἀμυμώνης, εὑρόντος πρώτου τὰ ναυτικά. ἔστι δὲ καὶ ἕτερος ἀνὴρ Ναύπλιος, πατὴρ Παλαμήδους. κτλ.* Ita etiam Varro statuit apud Interpp. Maii ad Virgil. Aen. ii, 82. Deinde nescio, quomodo probabilis vocari possit eorum opinio, qui a portu Nauplia et Nauplium fictum putent et filios eius Palamedem, Oeacem et Nausimedontem. Denique Strabonis locus non recte redditus est. Neque enim Strabo *μυθώδες* vocat id, quod ipse cum auctoribus suis probat, nomen Nauplii a portu Nauplia fictum esse, sed *τὸ μυθῶδες* est, quod Nauplius *Neptuni* dicitur filius. Quare ita verte locum: *Nauplii vero genealogia praeterquam quod fabulosa est* (quia Neptunus Nauplii ferebatur pater) *etiam in temporum rationem peccat.* Sic demum Strabonis locus intelligi potest et testabitur id, quod volui, non posse Amymones filium Palamedis patrem esse ob temporum rationes.

Sequitur Apollodori testimonium, quod legitur in bibl. ii, 1.

*) Praestat ipsa verba Welckeri adiicere: „Strabon der darin mit allen Alten übereinstimmt, dafs der Vater des Palamedes kein Anderer sei als der Sohn des Poseidon und der Amymone, sondern gerade dieser sei, führt vielmehr diese gesunde und klare Erklärung, aus Homerischen Kritikern, wie zu erwarten steht, an: Nauplios sei sammt seinen Söhnen (nämlich Palamedes und *Οἴαξ* und *Ναυσιμέδων*) erst nach Homer erdichtet worden (Palamedes war vielleicht schon vorhomerisch in Euboeischer Sage) und zwar nach dem Seehafen der Argeier Nauplia, der *ἀπὸ τοῦ ταῖς ναυσὶ προσπλεῖσθαι* benannt sei; die Genealogie zu dem Fabelhaften (dafs von Nauplia ein Nauplios gebildet worden) sei auch chronologisch fehlerhaft; denn zugegeben, dafs Nauplios Poseidons, wie könne er der Amymone Sohn sein, wenn er zur Zeit des Troërkriegs lebte?"

extr. *Ἀμυμώνη δὲ ἐκ Ποσειδῶνος ἐγέννησε Ναύπλιον· οὗτος μακρόβιος γενόμενος πλέων τὴν θάλασσαν τοῖς ἐμπίπτουσιν ἐπὶ θανάτῳ ἐδυσφόρει. συνέβη οὖν καὶ αὐτὸν τελευτῆσαι ἐκείνῳ τῷ θανάτῳ, ὅπερ ἄλλων τελευτησάντων ἐδυσφόρει. πρὶν δὲ τελευτῆσαι ἔγημεν ὡς μὲν οἱ Τραγικοὶ λέγουσι Κλυμένην τὴν Κατρέως, ὡς δὲ ὁ τοὺς Νόστους γράψας Φιλέραν, ὡς δὲ Κέρκωψ Πεισόνην. καὶ ἐγέννησε Παλαμήδην, Οἴακα, Ναυσιμέδοντα.* De hoc loco dixeram p. 29.: Imprimis tragicos videri confundendorum Nauplorum auctores extitisse, ut liqueret ex Apollodori loco. Quae verba ita exagitavit Welckerus p. 1103. *Apollodorus*, inquit, *ne verbum quidem de Nauplii a tragicis confusis habet; sed id solum narrat, eos Nauplii uxorem alio nuncupasse nomine ac duo poëtae epici ante eos.**) Sed id ipsum est, quod volui. Non dixeram, *tradere* aut *narrare* Apollodorum, a tragicis confusos esse Nauplios, sed *liquere* ex Apollodoro. Quomodo autem liqueret ex istis Apollodori verbis, non intellexit Welckerus; quare nunc explicabo. In codicibus pro *Κατρέως* legitur *καστρέως*, in editionibus *Ἀτρέως*, ut apud schol. Eurip. Or. 422. Matth. extat *Ναυπλίου καὶ Κλυμένης τῆς Ἀτρέως ἐγένοντο Παλαμήδης καὶ Οἴαξ.* Sed vix dubitari licet an hic etiam reponendum sit *Κατρέως*, siquidem Apollodorus scribit iii, 2, pr.: *Κατρέως δὲ τοῦ Μίνωος Ἀερόπη καὶ Κλυμένη κτλ.*, unde patet Nauplium et Plisthenem sive Atreum sorores in matrimonium duxisse, ut diserte testatur Apollodor. iii, 2, 2., quod etiam innuit Suidas v. *Παλαμήδης*, ubi Palamedes *ἀνεψιὸς* vocatur Agamemnonis. Itaque si Nauplium Amymones filium *tragici* maritum fecerunt Clymenes, apparet eos Palamedis patrem confudisse cum antiquo Nauplio; cum vero id ex Apollodoro discamus, aptissime dixisse mihi videor: *liquere* ex Apollodoro, confundendorum Nauplorum tragicos extitisse auctores. Sed aliud etiam confusionis vestigium etiamnum extat apud Euripidem Oreste, ubi vs. 431. sq. fingitur Oeax, Palamedis frater Argivus, quemadmodum antiquus ille Nauplius Argivus dicitur. Itidem conlici licet ab Euripide Cressis confusum esse utrumque Nauplium.

Haec igitur et Nauplium heroëm fuisse arguunt, et plures fuisse Nauplios, scilicet Amymones filium et Euboeae regem, Palamedis patrem; fortasse tertium etiam Argonautam, quem cum

---

*) Ego haec scripseram: *Besonders sollen die Tragiker zu der Vermischung Anlafs gegeben haben, wie aus Apollodoros hervorgeht;* quibus opposuit Welckerus: *Apollodor sagt kein Wort von Vermischung durch die Tragiker, sondern nur dafs diese das Weib des Nauplios anders nennen, als zwei epische Dichter vor ihnen gethan.*

Amymones filio confundit Orpheus qui dicitur Argon. 200., diversum vero ab hoc statuit etiam Varro apud Interpp. Maii ad Virg. Aen. ii, 82., cui Argonauta idem est atque Palamedis pater. Restat, postquam nos tam saepe castigavit Welckerus immerito, ut iure nobis Welckerus vapulet. Nam ubi illa Apollodori verba de Nauplio supra laudata *τοῖς ἐμπίπτουσιν ἐπὶ θανάτῳ ἐδυσφόρει* explicare studet, praeter alia satis mira etiam Suetonii locum contulit diversissimum vit. Neron. 39., ubi *Nauplii mala* commemorantur, quae Welckerus de periculosa nautae vita interpretatus est. Ineptissime. Nam Isidorus apud Suetonium narrat Neronem Nauplii mala bene cantitasse, quae verba hoc unum significare possunt, ut intelligatur Nauplii de caede filii lamentatio, qualis in tragoedia, fortasse in Palamede erat. Ita sanus quisque mecum interpretabitur. Quare neque olim neque nuper explicuit Welckerus illud *ἐδυσφόρει* apud Apollodorum, et iure mihi videor dixisse p. 29. non explicatam esse Nauplii fabulam etiam a Welckero, quae verba laesisse videntur virum doctum, sed minime prolata erant laedendi causa. Denique verbis Luciani, quae p. 29. attuli, nihil aliud volui, quam Nauplium navigatorem, de quo Apollonius: *ὃς περὶ πάντων ἐκαλύπτο ναυτιλήσιν*, tantam famam esse adeptum, ut vel in Orco eius nomen finxerit Lucianus. Ita et Welckerus Luciani locum interpretetur et alius quivis mea verba intellexerit.

Sed haec hactenus. Nam satis diu moratus sum in refutandis Welckeri inanibus opprobriis. Transeo ad Aleadas, quae in libris etiam Aloadae et Aleuadae dicitur. De hac confusione rursus in commentario ad Rhesum disputavi p. 157. not. Sed ob Welckerum adiiciendum est, me etiamnum non intelligere, cur Aloadae non potuerit tragoedia scribi. Non aptum esse argumentum tragoediae Welckerus contendit p. 1092., idque facile demonstrari posse. Utinam demonstrasset! Reliqua, quae de Aleadis adiicere possim, quia incerta sunt, praetereo; nam et supra incerta esse omnia ostendi, et infra apparebit, nil certi posse statui de Aleadis, quia non satis noverimus Mysorum argumentum. Id tamen adiecisse iuvat, immerito me reprehensum esse a Welckero p. 1099., quod p. 25. chorum Telepho dixissem faventem. *Chorus*, inquit vir doctus, *oportet ex civibus constiterit Igitur favebant Aleadis.* At docent haec verba, minime perspexisse Welckerum indolem chori; nam ex praeceptis veterum criticorum: *chorus bonis faveatque et consilietur amice.* Itaque non favent Aegistho in Aeschyli Orestea et in Electris Sophoclis Euripidisque, aliis. Neque enim volo Euripidis Medeam advocare, ubi id ipsum iure videtur vituperari, quod Corinthiae mulieres a Medeae partibus stant.

Pauca verba de Mysis et Telepho restant. Nam si possemus certo demonstrare, quale fuerit argumentum Mysorum Sophocleae, inde in Aleadas aliquid lucis redundaret. Quanquam ne ita quidem prorsus verum iudicium de Aleadis ferri possit. Nam cum incertum sit utrum ex trilogia eadem fuerint Aleadae et Mysi, necne: si non fuerunt, in Aleadis potuerunt Auges fratres occisi esse ab Hercule, et tamen in Mysis fingi ipse Telephus Aleadarum caede inquinatus. Haec igitur praemittenda videbantur, ut ne quis, etiamsi Sophocleae Mysorum argumentum sibi perspexisse videretur, certo de Aleadis etiam se iudicare posse confideret, utque rursus intelligeretur, me rectius egisse dubitantius loquentem, quam Welckerum, qui omnia ut certissima proferret. Et de Aeschyli Mysis satis nobis constare iudicavit Welckerus p. 1094. sqq., ubi eius argumentum ex opinione sua descripsit. At ne haec quidem pars ab iniuria mea libera est. Nam p. 1096. Aeschyleae Mysorum argumentum incertum a me dictum esse contendit. At illo loco, quem citat (p. 19.) non de *Mysis* Aeschyli pronuntiavi, sed de *Telepho*, non posse eius argumentum ex fragmentis cognosci. De qua quanquam hodie aliter sentio — v. coniecturam meam Vindicc. v, 32. sq. — tamen mirari libet Welckeri tarditatem, qui ne parvum quidem libellum accurate perlegerit. Cuius negligentiae rursus aliud extat vestigium p. 1100; neque enim de *Aleadis Sophoclis* sed de *Telepho Euripidis* locutus sum. *) Sed etiamsi dixissem neque Aeschyleae neque Sophocleae Mysorum indolem, hodie ex fragmentis posse cognosci, recto usus essem iudicio, quippe qui scirem, solis coniecturis nil effici, si ne probabiles quidem essent.

At Welckerus somnia sua pro vero non dubitavit affirmare, utque nil temeritatis abesset, etiam fragmentum, quod Strabo diserte dixit ex Myrmidonibus esse, Aeschyli Mysis, auctore Pauwio scilicet, tribuit, quo argumentum Mysorum eliceret. Sed quia GDindorfius etiam ita statuit, hic quidem ante lectam Hermanni dissertationem, rem denuo examinare licebit. Refert Strabo xiii. p. 616. [p. 422. sq Tzsch.] *ῥεῖ δ' ἐκ τοῦ Τήμνου ποταμὸς Μύσιος, ἐμβάλλων εἰς τὸν Κάϊκον ὑπὸ ταῖς πηγαῖς αὐτοῦ. ἀφ' οὗ φέρονταί τινες εἰπεῖν Αἰσχύλον κατὰ τὴν εἰσβολὴν τοῦ ἐν Μυρμιδόσι προλόγου·*

Ἰὼ Κάϊκε Μύσιοί τ' ἐπιῤῥοαί.

*) Haec sunt Welckeri verba: *Nach den Mythen und der Poësie ist es schlechthin unmöglich, daſs die Aleaden und Telephos im Achaeerheer zusammengemischt werden konnten. Daher ist es eine unnöthige Vorsicht, hier der Ortsveränderung in einigen Tragödien zu gedenken.*

Haec, finito chori carmine, Achillis putavit verba Hermannus Opp. v. p. 139. *Illius in orationis exordio, inquit, optabat ille fortasse, ut in Mysia ad Caïcum amnem substitisset, nec comitatus ad Troiam esset exercitus Graecorum.* Quod quamvis non prorsus probem, tamen immerito obiecit Welckerus, potius ut domi aut Aulide remansisset, optare debere Achillem, quia ex Mysia Graeci a Telepho turpissima fuga repulsi essent. Sed oblitus est, narrari Graecos quidem reliquos victos esse omnes a Telepho, sed hoc ab Achille superato et vulnerato totam Mysiam vastatam esse a Graecis; v. paroemiogr. v. *Μυσῶν λεία* et alios plurimos. Itaque hoc quidem non obstat; sed me iudice, non aptum est tale votum Achilli et dubitanter etiam Hermannus locutus est. Quare eam potius ob causam haec prolata putem verba ab Achille, ut Graecis ingratum animum inculcaret, quippe qui immemores essent auxilii a se ad Caïcum et Mysium confluentes praestiti. Neque adversantur Strabonis verba *κατὰ τὴν εἰςβολὴν τοῦ ἐν Μυρμιδόσι προλόγου*, recte ab Hermanno l. l., quidquid obloquatur Welckerus, explicita. Nam prologum, propter Euripidis consuetudinem, primam histrionis orationem iambicam veteres vocabant. Ceterum huc non referendus est, si quid video, scholiasta Arist. Ran. 1437. ubi talorum ludus ex Myrmidonibus Aeschyli commemoratur; multo aptior erat Telephus Euripidea. Praeterea non dixit scholiasta haec ex principio fabulae hausta esse. Id tamen Welckerus miro modo exornavit p. 1095., non reputans ille, dubitanter locutum esse Hermannum l. l. p. 137.

Videmus igitur nil obstare, quominus hic versus ex Myrmidonibus credatur. Sed ut sit ex Mysis, eo non magis Mysorum argumentum constituitur. Nam maneret incertissimum, utrum Telephi an sacerdotis vel cuiuscunque essent haec verba; neque si sciremus, cuius essent, multum probarent. Itaque ad duo fragmenta transeundum est, quae sola ex Aeschyli Mysis afferuntur. Horum prius apud Photium et Suidam extat v. *Ὀργεῶνες — ἤδη δὲ μεταφέροντες καὶ τοὺς ἱερέας οὕτω καλοῦσιν. Αἰσχύλος ἐν Μυσοῖς τὸν ἱερέα τοῦ Κάικου προσεπών·*

Πόταμοῦ Κάικου χαῖρε πρῶτος ὀργεών·
εὐχαῖς δὲ σώζοις δεσπότας παωνίοις.

cf. Harpocrat. v. *Ὀργεῶνας*. Id quidem apertum est ab aliquo verba fieri ad Caïci sacerdotem. Sed utrum is qui alloquitur, famulus sit Telephi, cui ipsum ob caedem patratam loqui non liceat, ut Welckerus putat p. 1094. sqq., an aliud potius, id dubitationi maxime est obnoxium. Nam id saltem mirum, qua ratione famulus et Telephus noverint Caïci sacerdotem; tum, ut hoc edocti sint a Myso aliquo, non intelligitur cur ad expiandum

Telephum opus sit sacerdote, cum ab aliis expiatio peti potuerit; denique nullae *εὐχαί*, opinor, in expiatione erant. Itaque videndum est, an potius a famulo regis Teuthrantis haec verba pronuntiata sint, de quo Hyginus scribit fab. c. *Teuthrantem regem in Moesia, Idae Apharei filius regno privare voluit. Quo cum Telephus, Herculis filius ex responso quaerens matrem cum comite Parthenopaeo venisset, huic Teuthras regnum et filiam Augen in coniugium daturum promisit, si se ab hoste tutasset. Telephus conditionem regis non praetermisit: cum Parthenopaeo Idam uno proelio superavit. Cui rex pollicitam fidem praestitit, regnumque et Augen matrem inscientem in coniugium dedit.* Quam fabulam si consideramus, potest Teuthrantis famulus a Caïci sacerdote petivisse, ut votis suis tutaretur Teuthrantem ab Ida. Neque obstat vox *παιώνιος* quae nil est nisi *salutaris*. Aesch. Pers. 605. *βοᾷ δ' ἐν ὠσὶ κέλαδος οὐ παιώνιος*, ubi Blomfieldii vid. nota. Restat etiam alia explicatio, ut famulus voluerit sacerdotis vota fieri pro Telepho Achillis hasta vulnerato.

Sed quidquid est, illos versus incertiores esse, quivis intelligit; quare vituperandus Welckerus, quod tam certo de iis iudicavit. Neque apertius est alterum fragmentum apud Stephanum Byz. v. *Οἶος*· *πολίγνιον Τεγέας. Αἰσχύλος Μυσοῖς.* Nam quanquam facile liquet, hanc dici Telephi patriam, tamen non constat, utrum adveniens Telephus, se Oeo venire dixerit, an ob aliam causam hoc oppidum commemoratum sit. Comparari potest et debet Aristotelis locus laudatus *ἢ ἐν Μυσοῖς ὁ ἄφωνος ἐκ Τεγέας εἰς τὴν Μυσίαν ἦκων*, sed hactenus non probatum est, Aristotelem Aeschyli Mysos intelligere, nec Welckerus quidquam praesidii coniecturae attulit. Nam et plures poetae praeter Aeschylum et Sophoclem *Μυσοῖς* docuisse videntur — cf. Graefenh. ad l. l. p. 193. sq., et probabilius est Sophoclem intelligi, quia reliqua exempla ex Sophoclis fabulis petita sunt. Neque obstat id fragmentum, quod ex Sophoclis Mysis servavit Strabo viii. p. 356. [p. 142. Tzsch.]

Ἀσία μὲν ἡ ξύμπασα κλῄζεται, ξένε,
πόλις δὲ Μυσῶν Μυσία προσήγορος.

Monuit quidem Welckerus haec ipsius esse Telephi verba, quia si famulus Telephum comitatus quaesivisset, is qui interrogatus erat non *ξένε* sed *ξένοι* dixisset, unde appareret caedem iam expiatam esse. Sed futilia haec esse, quivis intelligit. Nam si unus interrogat, apertum est, uni aptissime responderi. cf. v. c. Soph. Oed. C. 37. et ubivis. Nec reliqua fragmenta quidquam probant.

Manet igitur incertum, donec alia inveniantur fragmenta, quomodo Mysos ornaverint Aeschylus et Sophocles, atque utrius

sit fragmentum apud Aristotelem. Sed etiamsi quis ostendere posset in Mysis Sophoclis expiatam esse Telephi caedem, ne inde quidem necessario sequeretur, ut in Aleadis ipse Telephus fratres Auges interfecisset; quamvis probabile esset. Itaque gratulamur nobis, quod coniecturas nostras modestius protulimus; dolemus vero quod Welckerus id, quod maxime laudandum erat, vituperavit et tam confidenter ubique locutus est, ut Adrastream non posset effugere. Superest Telephus. Hanc licebit etiam post Welckerum p. 1101. diversam ab Aleadis putare, cum probabile sit, etiam sanationem Telephi tractatam esse a Sophocle. Nec poenitet eam satyricam habuisse ob ipsum argumentum, quod a tragoediae dignitate, me iudice, abhorret. Quodsi Geelii commentatio de Euripidis Telepho, quam mihi commendat Welckerus, alia suaserit, facile sententiam retractabo; at donec hanc legere licuerit aut Welckerus docuerit meliora, quod non fecit, eam tuebor, quippe qui neque alius in verba iurare soleam, et multo minus Welckerum temere sequar, quem toties tam turpiter lapsum viderim. Denique addo ex Sophoclis Telepho, cuius unum tantum fragmentum superest, posse etiam verba petita esse, quae ex Sophocle servavit grammaticus ap. Bekker. Anecd. p. 347, 30. *Ἀείζων πένθος ἐρεῖς, ὡς Σοφοκλῆς ἀείζων ἔλιχος*, quaeque Bergkius (*Zeitschr. für Alterthumswiss.* 1835. p. 963.) ex Sophoclis Philocteta superstiti petita putavit, GDindorfius vero (ibid. 1836. p. 12.) etiam ex Philocteta Troïco esse posse monuit.

EXCURSUS II.

AD SCHOLIUM VS. 882. LIN. 7. SQQ.

Cum scholiorum Amatii diligentia protractorum reliquae partes inquinatae sordibus suis iacerent, non tulit, quae est virorum doctorum consuetudo, ut summi Pindari fragmentum corruptissimum negligeretur. Quare et ob praestantiam poetae, et quia ea, quae non integra supersunt, magis nos solent allicere, quam ea, quae vix auxilii indigere videntur, hoc quidem fragmentum trium exercuit virorum doctorum acumen, *Schnei-*

dewinum *) dico, *Welckerum* **), *Hermannum* ***). Et Schneidewini quidem hoc maximum videtur meritum, quod primus huic fragmento manum emendatricem attulit, Welckeri, quod accuratius codicis vulgavit apographum, Hermanno laus debetur, rectius et Pindaro dignius, quam antea factum fuerat, locum constituisse.

Ipsum scholium ita legitur in editionibus †) secundum Amatii apographum. *Ἄλλως. Ἰαλέμω ..... λεγονπαρωνομᾶσθαι ἐπὶ τιμῇ ἰαλέμου, τοῦ ἀπόλλωνος καὶ καλλιόπης· ὥς φησι πίνδαρος· ἔντι μὲν χρυσαλακάτου τεκέων ..... ἀοιδαὶ ὥ ..... παιάνιδες· ἔντι ..... ελλοντες· ἐκ κισυ ῀. στέφανον ἐκ διο ..... αιόμεναι. τὸ δὲ κοιμίσαντῷ ..... ἀποφθιμένων· ἁ μὲν ἀχέταν λίνον αἴλινον ὑμνεῖν. ἁ δὲ ὑμέναιον· ἐργάμοισι χροϊζόμενον ..... συμ̄ πρῶτ .. λάβεν· ἐσχάτοις ὕμνοις· ἁ δὲ ἰάλεμον ὁμοβόλῳ νούσῳ. ὅτι παῖδα θέντοι σθένος υἱὸν οἴαγρον:* —

Haec, denuo collato codice ab Ambroschio, secundum litteras ad Welckerum d. ii. Iun. 1832. datas ††) ita corrigenda sunt. Monuit Ambroschius hodie codicem magis etiam mutilatum esse, et evanuisse nonnulla prorsus, quae eo tempore, quo usus esset codice Amatius, adhuc extitissent. Discrepantiam vero hanc esse. Post *τεκέων*, quae Schneidewini fuerat et Welckeri coniectura, periise *Λατοῦς*, eiusque pauca quidem sed certa vestigia superesse; *παιάνιδες* non tam longo distare intervallo ab *ὡϊ* vel *ὡϋ* — ita enim habere codicem pro *ὥ*; de sequentibus misere habitis hodie tantum apparere: *.. λλοντες ἐκισῦ — στέφανον*, sed *ἐκισῦ* non prorsus certum esse, neque vero duplicis *κ* ullum in libro extare vestigium; etiam *ἐκδιο* dubium esse; inde omnia evanuisse, neque audere se quidquam de *.. αιόμεναι* pronuntiare, sed ducere eo reliquias. Sequentia prorsus periisse; tantum *σώματ*, quod ante *ἀποφθιμένων* coniectura invenerat Welckerus, certum videri, sed deesse apostrophum. In iis quae sequerentur quaeque lectu faciliora essent, suppeditare codicem *Λινὸν*, certissimum esse *ἐργάμοισι*; post *χροϊζόμενον* evanida esse omnia ita, ut de *συμ* vel *.. ς ὅμ* ante *πρῶτα* nihil discerni posset. De voce *ὁμοβόλῳ* hodie tantum *ὁ ... ῳ* superesse. Postremo

---

*) In Welckeri et Naekii Museo Rhen. T. ii. p. 110. sqq.

**) Ibid.

***) In dissertatione de fragmentis poetarum in scholiis Vaticanis ad Euripidis Troades et Rhesum. Opuscc. T. v. p. 193. sqq.

†) Vs. 892. ed. Glasguensis, a qua in hac quidem parte non recedit LDindorfii exemplar vs. 895.

††) Mus. Rhen. l. l. p. 111. sq.

verba ἰοχάτοις ὕμνοις non carere suspicione; videri enim litteram, ultimae vocis ὕμνοις superscriptam, Alpha esse.

Hactenus Ambroschius; unde trium virorum coniecturae expendendae erunt. *Ac primo quidem*, inquit Hermannus p. 193, *quod Schneidewinus* [p. 112.] *initium scholii facile sic integrari posse dixit, φασὶ τὸν ἔλεγον παρωνομάσθαι, eo magnam prodidit levitatem. Non enim de elegis verbo est, sed quod Rhesi scriptor posuit ἰαλέμῳ explicabat scholiastes. Ex quo apertissimum est scripsisse eum: φασὶ δὲ ἰάλεμον παρωνομάσθαι ἐπὶ τιμῇ Ἰαλέμου τοῦ Ἀπόλλωνος καὶ Καλλιόπης.* Ego tantum abest, ut Hermanno assentiar, ut rectius sensum mihi constituisse videatur Schneidewinus. Neque enim contendit, τὸν ἔλεγον nomen duxisse ab Ialemo, sed ita quivis videt eius verba intelligenda esse, ut scholiastam uti verbis Pindari dicat, quo ostendat, *generi* alicui elegorum nomen fuisse ialemis, in honorem Ialemi. *) Quare sensum quidem bene constituit Schneidewinus, verba non item. Aut enim legendum est Ἰαλέμῳ· οὕτω τὸν ἔλεγον παρωνομάσθαι ἐπὶ τιμῇ Ἰαλέμου, aut quod ob praecedens ἄλλως magis placet: Ἄλλως. ἰάλεμόν φασι τὸν ἔλεγον παρωνομάσθαι ἐπὶ τιμῇ Ἰαλέμου.

Hermannum cur gravius etiam errasse dixerim, nunc probandum est. Ac verba quidem, quae reposuit, ferri possent, nisi codex aliam viam monstraret, sed ipsa explicatio ostendit, quam festinanter hunc locum tractaverit summus criticus. Neque enim concedi possunt, quae scripsit de sensu horum verborum (p. 197.): *Sic haec concinunt cum adnotatione scholiastae, qui quum his Pindari versibus ialemum inventum esse testetur in honorem Ialemi, Apollinis et Calliopae filii, collegit id ex eo, quod eadem Musa cum Ialemo Orpheum quoque luxisse dicitur, quem omnes ex Calliopa natum tradiderunt.* At quomodo tandem fugere potuit Hermannum, non Apollinis filium dici a Pindaro Orpheum, si quidem concedendum esset, Orphei mentionem fieri in fragmento superstiti, sed Oeagri **), ut diserte legitur in fine frag-

*) Similiter ipse Schneidewinus se defendit in libello: *Eustathii prooemium commentariorum Pindaricorum. Accesserunt supplementa corporis fragmentorum Pindaricorum Boeckhiani* cet. inscripto, quem sero demum inspicere licuit. Ibi p. 31. sq. rursus de hoc threni fragmento egit et p. 32. concedit quidem se merito vituperatum esse ab Hermanno, sed habuisse quod sequeretur. *Memineram*, inquit, *ἰάλεμον veteribus esse θρῆνον vel ἔλεγον, unde scholiastam ponebam poeticum vocabulum vulgari interpretatum esse, comparabamque schol. in Troadd.* 1304. Ἰαλέμῳ τοὺς θανόντας — ἀναλελῖς τοὺς τεθνηκότας θρήνῳ.

**) Hinc explicatur sententia Schneidewini (p. 120. cf. Welcker. p. 121. not. 7.), de qua ita expatiatur Hermannus p. 195.:

menti: *υἱὸν Οἰάγρου*? Quare si collegisset scholiasta ex eo quod Orpheus ubique *) Calliopae filius diceretur, etiam Ialemum a Pindaro Calliopae filium exhiberi, saltem scribere debuisset: *Ἰαλέμου, τοῦ Οἰάγρου καὶ Καλλιόπης.* Sic demum scholiastae verba congrua essent versibus Pindari, in quibus nulla omnino mentio fit Apollinis. Sed cum scripsisset *Apollinis* et Calliopae filium esse Ialemum, id non potuit colligere ex Pindari fragmento, in quo si quid video, ne commemoratus quidem est Orpheus. Iam si opus sit, ut sane est, ut Pindari fragmentum cum scholiastae annotatione consentiat, tale verborum Pindari argumentum fuerit necesse est, ut inde colligere potuerit grammaticus, *ialemum carmen in honorem Ialemi inventum esse.*

His constitutis ad ipsa poetae verba transimus. De quorum sensu, me iudice, ita recte scribit Hermannus p. 196.: *Hoc videor iure contendere, poetam varia carminum genera commemorare, quumque paeanes et dithyrambos nominasset, transire ad threnos, quibus Musae filios suos defleverint, Linum, Hymenaeum, Ialemum.* Orpheus enim, quem addit Hermannus, et cetera, quae de hoc commemorantur, omittenda videntur, ut probabimus infra.

Pro ἔντι scribendum esse utroque loco ἔντι annotavit Schneidewinus p. 113. et quivis poterat videre. Idem *Λατοῦς*, quod nunc codice denuo excusso confirmatur, animadvertit excidisse, quanquam falsis usus rationibus, **) ut Hermannus docuit p. 194. Etenim cum paeanes proprie Apollini consecrarentur, vix potuit aliud quam Latonae nomen poni. Neque dubitationem iniicit

---

Quin si cui placeat se omnia miscenti pervertentique scholae addicere, laudet etiam mirificum et incredibile Schneidewini iudicium, qui ubi recte emendatum esse dixit υἱὸν Οἰάγρου, eoque pertinere haec scholiastae Pindari ad Pyth. iv, 313. [Pindari fragmm. p. 654. Boeckh.] *Ἀπόλλωνος τὸν Ὀρφέα φησὶν εἶναι, ὃν καὶ αὐτὸς ὁ Πίνδαρος καὶ ἄλλοι Οἰάγρου λέγουσιν, Apollinem et Oeagrum natura haud multo magis quam Neptunum et Aegeum diversos fuisse narrat.* Ego saltem nescio, quomodo verba sua tueri velit Hermannus, nisi Oeagrum et Apollinem esse dicat eosdem, quam sententiam ipse adeo adversatur p. 196.

*) Aperte falsum est, omnes ex Calliopa natum tradere Orpheum; nam Clius dicitur ab Eustathio ad Il. *κ'*. p. 817. et schol. *κ'*, 435., Polymniae a schol. Apoll. Rh. i, 23. — Praeterea parum est verisimile ita conclusisse scholiastam, ut sibi persuasit Hermannus.

**) Defendit se nuper Schneidewinus ad Eustathium p. 33., istasque ineptias typothetae imputari iubet. At quae scripsisse contendit, ea, me iudice, minus etiam apta sunt.

Serv. ad Virg. Aen. x, 738. *Paean proprie Apollinis laus est, sed abusive etiam aliorum dicitur. Unde Pindarus opus suum, quod et hominum et deorum continet laudes, Paeanas vocavit.* ὥρια deinde ex coniectura Hermanni (p. 197.) fluxit, quam probat Schneidewin. ad Simonidis Cei rell. p. 50. et eximium inventum vocat idem ad Eustathium p. 38. Eandem ego quoque adoptavi, non quod ita scripsisse putarem Pindarum, sed quod certius quid et aptius non succurreret.

In iis quae sequuntur de dithyrambo in diversas partes abierunt Schneidewinus et Hermannus. Ille δὲ post ἔντι excidisse statuit, -λλοντες non certo suppleri posse dixit, et in voce ἐχιεῖ latere κισσοῦ vidit. Tum suspicatur sequentia fortasse ita restituenda esse: ἐκ Διω[νύσου μεταμ]αιόμεναι, hoc sensu: *Sunt ἀοιδαί, quae hederae coronam ex Dionyso*, h. e. ex certaminibus Dionyso sacris, *quaerunt*, quae iure repudiavit Hermannus (p. 194.), qui multo melius posuit (p. 197.)

